ac domos patrum suorū.

C III

HE sūt gnātiones aaron ⁊ moysi ī die
q̄ locutus ē dn̄s ad moysen in monte
synai. ⁊ h̄ noīa filiorū aaron. Primo-
genitus eius nadab: deinde abiu ⁊ eleaçar ⁊
ythamar. Hec noīa filioꝝ aaron sacerdotū q̇
vncti sūt. ⁊ q̄rū replete ⁊ ꝯsecrate manus ut
sacerdotio fūgerent᷑. Mortui sūt.n. nadab ⁊
abiu cū offerrent ignē alienū in ꝯspectu dn̄i
in deserto synai absq; liberꝭ: fūctiq; sūt sacer-
dotio eleaçar ⁊ ythamar corā aarō p̄re suo.
Locutusq; ē dn̄s ad moysen dicēs: Applica
tribū leui. ⁊ fac stare in ꝯspectu aaron sacer-
dotis ut mīstrēt ei ⁊ excubēt ⁊ obseruēt q̇cq̇d
ad cultū ꝑtinet multitudinis corā taberna cu
lo testimonij. ⁊ custodiant vasa tabernaculi
seruientes ī misterio ei⁹. Dabisq; dono leui-
tas aaron ⁊ filijs ei⁹ q̇bus traditi sūt a filijs
isrl'. Aaron aūt ⁊ filios ei⁹ ꝯstitues sup̱ cultū
sacerdotij. Externus qui ad ministrandum
accesserit morie᷑. Locutusq; ē dn̄s ad moy-
sen dicens: Ego tuli leuitas a filijs isrl' ꝓ oī
p̄mogenito q̇ apit vuluā in filijs isrl': eruntq;
leuite mei. Meū ē.n. oē p̄mogenitū. Ex q̄ ꝑ-
cussi p̄mogenitos ī t̄ra egypti: scificaui mihi
q̇cq̇d p̄mū nascit᷑ ī isrl'. Ab hoīe vsq; ad pec⁹
mei sūt. Ego dn̄s. Locutusq; ē dn̄s ad moy-
sen ī deserto synai dicēs: Numera filios le-
ui ꝑ domos patrū suoꝝ ⁊ familias oēm mas-
culū ab vno mense ⁊ sup̄. Nūerauit moyses
ut ꝑcepat dn̄s. ⁊ inuēti sunt filij leui ꝑ noīa
sua gerson ⁊ caath ⁊ merari. Filij gerson: le-
bni ⁊ semei. Filij caath: amram ⁊ iessaar. he-
bron ⁊ oçiel. Filij merari: mooli ⁊ musi. De
gerson fuere familie due: lebnitica ⁊ semeiti-
ca: q̄rū numerat⁹ est ꝑpl'us sex⁹ masculini ab
vno mense ⁊ sup̄: septē milia q̇ngenti. Hi p⁹ — 7500.
tab̄naculū metabūt᷑ ad occidentē sub p̄nci-
pe eliasaph filio iael. ⁊ habebūt excubias in
tabernaculo federꝭ ipsū tabernaculū ⁊ operi-
mentū ei⁹ tentoriū q̄d trahit᷑ añ fores tecti
federis ⁊ cortinas atrij tētoriūq; q̄d appen-
dit᷑ in itroitu atrij tab̄naculi. ⁊ q̇cq̇d ad ritū
altarꝭ ꝑtinet: funes tab̄naculi ⁊ oīa vtensilia
ei⁹. Cognatio caath habebit ꝑpl'os amrami-
tas ⁊ iessaaritas ⁊ hebronitas ⁊ oçielitas.
He sūt familie caathitaꝝ recēsite ꝑ noīa sua
oēs generis masculini ab vno mense ⁊ supra
octo milia sexcenti. Habebūt excubias scūa- — 8600.
rij. ⁊ castrametabunt᷑ ad meridianā plagā.
Princepsq; eoꝝ erit elisaphan fili⁹ oçiel. ⁊ cu-
stodiāt arcbā mensāq; ⁊ candelabꝝ altaria
⁊ vasa scūarij ī q̇bus mīstrat᷑. ⁊ velū cunctāq;
huiuscemodi supellectilē. Princeps aūt p̄nci-
pū leuitaꝝ eleaçar fili⁹ aaron sacerdotis erit
sup̱ excubitores custodie scūarij. At vero de
merari erunt ꝑpl'i moolite ⁊ musite recensiti
ꝑ noīa sua: oēs generꝭ masculini ab vno mē-
se ⁊ sup̄: sex milia ducenti. Princeps eorū su- — 6200.
riel fili⁹ abiaiel in plaga septētrionali castra
metabunt᷑. Erūt sub custodia eoꝝ tabule ta-
bernaculi ⁊ vectes ⁊ colūne ac bases earū. ⁊
oīa q̄ ad cultū huiuscemodi ꝑtinēt: colūneq;
atrij ꝑ circuitū cū basib⁹ suis. ⁊ paxilli cū fu-
nibus. Castrametabūt᷑ añ tab̄naculū federꝭ
i. ad oriental̄e plagam moyses ⁊ aaron cū
filijs suis hn̄tes custodiā scūarij in medio fi-
lioꝝ isrl'. Quisq̄s alienus accesserit morie᷑.
Oēs leuite q̄s nūerauerūt moyses ⁊ aaron:
iux̄ ꝑceptū dn̄i ꝑ familias suas ī genere ma-
sculino a mense vno ⁊ sup̄: fuerūt vigintiduo — os leuite. 22000.
milia. Et ait dn̄s ad moysen: Nūera p̄moge
nitos sex⁹ masculini de filijs isrl' ab vno mē-
se ⁊ sup̄. ⁊ habebis sūmā eorū. Tollesq; leui-
tas mihi ꝓ oī p̄mogenito filioꝝ isrl'. Ego sū
dn̄s. Et pecora eoꝝ ꝓ vniuersis p̄mogenitis
pecorū filioꝝ isrl'. Recensuit moyses sicut p̄-
cepat dn̄s p̄mogenitos filioꝝ isrl'. ⁊ fuerunt
masculi ꝑ noīa sua a mēse vno ⁊ supra vigi-
tiduo milia ducenti septuagintatres. Locu- — os p̄geniti isl' 22273.
tusq; ē dn̄s ad moysen dicēs: Tolle leuitas
ꝓ p̄mogenitis filioꝝ isrl'. ⁊ pecora leuitaꝝ ꝓ
pecorib⁹ eoꝝ. eruntq; leuite mei. Ego sū dn̄s.
In p̄cio aūt ducentoꝝ septuagintatriū q̇ ex-
cedūt numeꝝ leuitaꝝ de p̄mogenitis filiorū
isrl' accipies q̇nq; siclos ꝑ singula capita: ad
mensurā scūarij. Siclus h᷒ viginti obolos.
Dabisq; pecuniā aaron ⁊ filijs eius: preciū
eorū qui supra sūt. Tulit igit᷑ moyses pecu-
niā eorū qui fuerant amplius. ⁊ quos rede-
merat a leuitis ꝓ p̄mogenitꝭ filioꝝ isrl': mille
trecentoꝝ sexagintaq̇nq; sicloꝝ iuxta pōdus
sanctuarij. ⁊ dedit eam aaron ⁊ filijs eius
iuxta verbū quod preceperat sibi dominus.

Locutusq; ē dñs ad moysen ⁊ aaron dicēs: Tolle summam filioꝝ caath de medio leuitarū ꝑ domos ⁊ familias suas a tricesimo āno ⁊ sup̄ vsq; ad qnqgesimū annū: oīuz q̄ igrediunt̄ ut stent ⁊ ministrēt in tabernaculo federꝭ. Hic est cult⁹ filioꝝ caath. Tabernaculū federis ⁊ sanctū scōꝝ ingredient̄ aaron ⁊ filij ei⁹ qñ mouēda sunt castra. ⁊ deponent velū qd̄ pendet añ fores: inuoluētq; eo archā testimonij ⁊ opient rursum velamie hyacinthinaꝝ pelliū: extendentq; desup palliū totū hyacinthinum. ⁊ inducent vectes. Mēsam q̄z ꝓpositiōis iuoluēt hyacinthino pallio. ⁊ ponēt cū eo thuribula ⁊ mortariola· cyathos ⁊ crateras ad liba fūdēda. Panes semp i ea erūt. Extēdētq; desup palliū coccineū qd̄ rursū opient velamento hyacinthinaꝝ pelliū. ⁊ inducēt vectes. Sumēt ⁊ palliū hyacinthinū q̄ opient candelabrū cū lucernis ⁊ forcipib⁹ suis ⁊ emunctorijs ⁊ cūctꝭ vasis olei q̄ ad ꝯcinandas lucernas nccīa sūt. ⁊ sup oīa ponēt opimentū hyacinthinarū pelliū ⁊ inducēt vectes. Necnō ⁊ altare aureū inuoluēt hyacinthino vestimēto. ⁊ extendent desup operimentū hyacinthinaꝝ pelliū: inducētq; vectes. Oīa vasa q̄bus ministrat̄ in scūario iuoluēt hyacīthino pallio. ⁊ extendēt desup opimentum hyacinthinaꝝ pelliū· iducētq; vectes. Sz ⁊ altare mūdabūt cinere. ⁊ inuoluēt illud purpureo vestimēto: ponētq; cū eo oīa vasa q̄bus iministerio ei⁹ vtunt̄· id est igniū receptacula fuscinulas ac tridētes vncinos ⁊ batilla. Cūcta vasa altarꝭ opient sil' velamie hyacinthinarū pelliū. ⁊ iducēt vectes. Cūq; iuoluerit aaron ⁊ filij ei⁹ scūariū ⁊ oīa vasa ei⁹ i cōmotiōe castroꝝ· tūc intrabūt filij caath ut portēt iuoluta. ⁊ nō tangēt vasa scūarij ne moriant̄. Ista sūt onera filioꝝ caath i tabnaculo federꝭ sup q̄s erit eleaçar fili⁹ aaron sacerdotꝭ: ad cui⁹ ꝑtinet curā oleū ad ꝯcinnandas lucernas ⁊ cōpositionis icensū ⁊ sacrificiū qd̄ semp offert̄ ⁊ oleū vnctiōis. ⁊ q̄cq̄d ad cultū tabernaculi ꝑtinet: oīuzq; vasoꝝ que iscūario sūt. Locutusq; ē dñs ad moysen ⁊ aaron dicēs: Nolite ꝑdē ꝑp'lm caath de medio leuitaꝝ: s3 h̄ facite eis ut viuāt ⁊ nō moriant̄ si tetigerit scā scōꝝ. Aaron ⁊ filij ei⁹ intrabūt· ipsiq; disponent opa singuloꝝ. ⁊ diuidēt q̄d portare q̄s debeat. Alij nulla curiositate videāt q̄ sūt in scūario priusq̄z inuoluant̄: alioq̄n morient̄.

Locutusq; est dominus ad moysen dicens: Tollite summā etiā filioꝝ gerson ꝑ domos ac familias ⁊ cognatiōes suas a trigīta ānis ⁊ sup̄ vsq; ad ānos q̄nq̄ginta. Numera oēs q̄ ingrediunt̄ ⁊ ministrāt i tabernaculo federꝭ. Hoc ē officiū familie gersonitarū· ut portent cortinas tabernaculi ⁊ tectū federꝭ· opimentū aliud. ⁊ sup oīa velamē hyacinthinū: tentoriūq; qd̄ pēdet i introitu tabernaculi federis cortinas atrij ⁊ velū i introitu qd̄ ē ante tabernaculū. Oīa q̄ ad altare ꝑtinēt funiculos ⁊ vasa misterij iubēte aaron ⁊ filijs ei⁹ portabunt filij gerson. ⁊ sciant singuli cui debeāt oneri mācipari. Hic ē cultus familie gersonitarū in tabernaculo federis. Eruntq; sub manu ythamar filij aaron sacerdotis. Filios q̄z merari ꝑ familias ⁊ domos patꝝ suoꝝ recensebis a triginta ānis ⁊ sup̄ vsq; ad ānos q̄nq̄ginta: oēs q̄ ingrediunt̄ ad officiū misterij sui ⁊ cultū federis testimonij. Hec sunt onera eoꝝ. Portabūt tabulas tabnaculi ⁊ vectes ei⁹· colūnas ⁊ bases eaꝝ· colūnas q̄z atrij ꝑ circuitū cū basib⁹ ⁊ paxillis ⁊ funibus suis. Oīa vasa ⁊ supellectilē ad numeꝝ accipient sicq; portabūt. Hoc est officiū famlie merarítaꝝ ⁊ ministeriū in tabernaculo federꝭ: erūtq; sub manu ythamar filij aaron sacerdotꝭ. Recensuerūt igitur moyses ⁊ aaron ⁊ principes synagoge filios caath ꝑ cognationes ⁊ domos patrū suoꝝ a trigita ānis ⁊ sup̄ vsq; ad annū q̄nq̄gesimū· oēs q̄ ingrediunt̄ ad ministeriū tabernaculi federꝭ. ⁊ iuenti sūt duo milia septingenti q̄nq̄ginta. Hic ē numer⁹ ꝑp'li caath q̄ intrāt tabnaculū federꝭ. Hos nūerauit moyses ⁊ aaron iux̄ sermonē dñi ꝑ manū moysi. Numerati sūt ⁊ filij gerson ꝑ cognatiōes ⁊ domos patꝝ suoꝝ a triginta annis ⁊ sup̄ vsq; ad q̄nq̄gesimū ānū· oēs q̄ ingrediūt̄ ut ministrēt i tabernaculo federꝭ. ⁊ inuēti sūt duo milia sexcenti triginta. Hic ē ꝑp'ls gersonitaꝝ· q̄s nūerauerūt moyses ⁊ aaron iuxta ꝟbū dñi. Numerati sūt ⁊ filij merari per cognatiōes ⁊ domos patꝝ suoꝝ a triginta annis ⁊ sup̄ vsq; ad annū q̄nquagesimū· oēs q̄ ingrediunt̄ ad explendos rit⁹ tabernaculi federis. ⁊ inuēti sūt tria milia ducenti. Hic est numerus filioꝝ merari: q̄s recēsuerūt moyses ⁊ aarō iux̄ impiū dñi ꝑ manū moysi. Oēs q̄ recēsiti sūt de leuitꝭ ⁊ q̄s recēseri fecit ad nomē· moyses ⁊ aaron ⁊ ꝓncipes isrl' ꝑ cognationes ⁊ domos patrū suoꝝ a triginta annis

⁊ ſupra vſqꝫ ad annũ q̇nquageſimũ· ingredi-
entes ad miſteriũ tabnaculi ⁊ onera portan-
da: fuerũt ſi̇l' octo milia q̇ngẽti octogĩta. Ju-
xta v̄bũ dñi recenſuit eos moyſes vnũquẽqꝫ
iux̄ officiũ ſuũ ⁊ onera ſua: ſic p̄cepat ei dñs.

V

Locutuſqꝫ ẽ dñs ad moyſen dicens: Precipe filijs iſrl'· ut eijciant de caſtris oẽm leproſũ ⁊ q̇ ſemĩe fluit· pollutuſqꝫ eſt ſup̱ mortuo. Tam maſculũ q̄ꝫ feminã eijcite de caſtris: ne contaminẽt ea cũ habitauerit vobiſcũ. Feceruntqꝫ ita filij iſrl': ⁊ eiecerũt eos extra caſtra ſicut locutus erat dñs moyſi. Locutuſqꝫ eſt dñs ad moyſen dicens: Loq̄re ad filios iſrl': Vir ſiue mulier cũ fecerit ex oĩbus pctĩs q̄ ſolẽt hoĩbus accidẽ. ⁊ p̱ negligentiã tranſgreſſi fuerit mandatũ dñi atqꝫ deliquerit: ꝯfitebunt̄ pctm̃ ſuũ ⁊ reddẽt ipſũ caput· q̇ntãqꝫ p̱tem deſup̱ ei i quẽ pecca-uerint. Sin aũt nõ fuerit q̇ recipiat· dabunt dño ⁊ erit ſacerdotis· excepto ariete q̇ offert̄ ꝓ expiatione ut ſit placabilis hoſtia. Oẽs q̄ꝫ p̄mitie q̄s offerũt filij iſrl'· ad ſacerdotẽ perti-nent. ⁊ q̇cq̇d i ſcũariũ offert̄ a ſingulis ⁊ tra-dit̄ manib⁹ ſacerdotis· ipſi⁹ erit. Locutuſqꝫ ẽ dñs ad moyſen dicẽs: Loq̄re ad filios iſrl'. ⁊ dices ad eos: Vir cui⁹ vxor errauerit· mari-tũqꝫ ꝯtẽnens dormierit cũ alt̄o viro. ⁊ h̄ ma-ritus dep̄hendẽ nõ q̇uerit ſed latet adulteriũ ⁊ teſtib⁹ argui nõ põt· q̇a nõ ẽ inuẽta i ſtupro ſi ſpũs çelotipie cõcitauerit virũ ꝯ̄ vxorẽ ſuã q̄ uel polluta eſt· uel falſa ſuſpitione appetit̄: adducet eã ad ſacerdotẽ. ⁊ offeret oblationẽ ꝓ illa decimã p̱tẽ ſati farine ordeacee. Nõ fũ-det ſup̱ eã oleũ nec ĩponet thus· q̇a ſacrificiũ çelotipie eſt. ⁊ oblatio inueſtigãs adulteriũ. Offeret igit̄ eã ſacerdos ⁊ ſtatuet corã dño. aſſumetqꝫ aquã ſcãm i vaſe fictili. ⁊ pauxillũ terre de pauimento tabernaculi mittet in eã. Cũqꝫ ſteterit mulier in ꝯſpectu dñi· diſcoope-riet caput eius. ⁊ ponet ſup̱ manus illi⁹ ſacri-ficiũ recordatiõis ⁊ oblationẽ çelotipie. Ipſe aũt tenebit aq̄s amariſſimas· in q̇b⁹ cũ exe-cratione maledicta ꝯgeſſit: adiurabitqꝫ eã. ⁊ dicet: Si nõ dormiuit vir alien⁹ tecũ. ⁊ ſi non polluta es deſerto mariti thoro: non te noce-bũt aque iſte amariſſime in q̄s maledicta cõ-geſſi. Sin ãt declinaſti a viro tuo atqꝫ pollu-ta es. ⁊ ꝯcubuiſti cũ alt̄o: his maledictiõib⁹ ſubiacebis. Det te dñs in maledictionẽ ex-emplũqꝫ cũctoꝝ in p̄p̄lo ſuo. Putreſcere faci-at femur tuũ. ⁊ tumens vter⁹ tuus dirũpat̄. Ingrediant̄ aque maledicte in ventrẽ tuũ. ⁊ vtero tumeſcẽte putreſcat femur. Et reſpon-debit mulier: Amen· amen. Scribetqꝫ ſacer-dos in libello iſta maledicta. ⁊ delebit ea aq̄s amariſſ mis in q̄s maledicta ꝯgeſſit. ⁊ dabit ei bibẽ. Quas cũ exhauſerit· tollet ſacerdos de manu eius ſacrificiũ çelotipie. ⁊ eleuabit illud coram dño· imponetqꝫ ſuper altare: ita dũtaxat ut p̄us pugillũ ſacrificij tollat de eo qȯ offert̄ ⁊ incendat ſup̱ altare. ⁊ ſic potũ det mulieri aq̄s amariſſimas. Quas cũ biberit: ſi polluta ẽ ⁊ ꝯtẽpto viro adulterij rea: p̱trã-ſibũt eã aque maledictionis. ⁊ inflato ventre computreſcet femur: eritqꝫ mulier in maledi-ctionẽ ⁊ in exemplũ oĩ p̄p̄lo. Q᷑ ſi polluta non fuerit: erit innoxia. ⁊ faciet liberos. Iſta eſt lex çelotipie. Si declinauerit mulier a viro ſuo. ⁊ ſi polluta fuerit· marituſqꝫ çelotipie ſpi-ritu ꝯcitatus adduxerit eã in conſpectu dñi: ⁊ fecerit ei ſacerdos iuxta oĩa q̄ ſcripta ſunt: maritus abſqꝫ culpa erit. ⁊ illa recipiet iniq̇-tatem ſuam.

VI

Locutuſqꝫ eſt dñs ad moyſen dicẽs: Loq̄re ad filios iſrl'. ⁊ dices ad eos: Vir ſiue mulier cũ fecerint votum ut ſcĩficent̄. ⁊ ſe voluerint dño ꝯſecrare: a vino ⁊ oĩ qȯ inebriare põt abſtinebunt. Acetũ ex vino ⁊ ex q̄libet alia potione. ⁊ q̇cq̇d de vua exp̄mit̄ nõ bibẽt: vuas recentes ſiccaſqꝫ non comedẽt: cũctis diebus q̇bus ex voto dño cõ-ſecrant̄. Quicq̇d ex vinea eẽ põt ab vua paſ-ſa vſqꝫ ad acinũ· nõ comedẽt. Oi tp̱e ſepara-tionis ſue nouacula nõ trãſibit p̱ caput eius vſqꝫ ad cõpletũ diẽ q̄ dño ꝯſecrat̄. Scũs erit creſcẽte ceſarie capit̄ ei⁹. Oi tp̱e ꝯſecratiõis ſue ſup̱ mortuũ non ingrediet̄: nec ſup̱ patris q̇dẽ ⁊ matris ⁊ fr̄is ſororiſqꝫ funere cõtami-nabit̄: q̇a ꝯſecratio dei ſui ſup̱ caput eius eſt. Oibus dieb⁹ ſeparatiõis ſue ſcũs erit dño· Sin aũt mortu⁹ fuerit ſubito q̇ſpiã corã eo: polluet̄ caput ꝯſecrationis ei⁹. qȯ radet illico ⁊ in eadẽ die purgatiõis ſue. ⁊ rurſũ ſeptima. In octaua aũt die offeret duos turtures uł duos pullos colũbe ſacerdoti i introitu fede-ris teſtimonij: facietqꝫ ſacerdos vnũ ꝓ pctõ ⁊ alterum in holocauſtũ. ⁊ dep̄cabit̄ ꝓ eo· q̇a peccauit ſup̱ mortuo: ſcĩficabitqꝫ caput ei⁹ in die illo. ⁊ ꝯſecrabit dño die ſeparatiõis illius offerens agnũ anniculũ ꝓ pctõ· ita tñ ut dies p̄ores irriti fiãt: qm̃ polluta eſt ſcĩficatio ei⁹. Iſta eſt lex ꝯſecrationis. Cũ dies q̄s ex voto

decreuerat complebunť: adducet eū ad ostiū
tabernaculi federis: ut offerat oblationē ei⁹
dn̄o· agnū anniculū imaculatū i holocaustū
⁊ ouē anniculā imaculatā ꝓ pctō. ⁊ arietem
imaculatū hostiā pacificā: canistrū q̄ꝫ panū
açimoꝝ q̄ ꝯspsi sūt oleo. ⁊ lagana absqꝫ fer-
mēto vncta oleo· ac libamia singuloꝝ· q̄ of-
feret sacerdos corā dn̄o: ⁊ faciet tā ꝓ pecca-
to q̄ꝫ in holocaustū. Arietē ꝟo imolabit ho-
stiā pacificā dn̄o· offerēs sił canistrū açimoꝝ
⁊ libamenta q̄ ex more debenť. Tūc radetur
naçareus an̄ ostiū tabernaculi federꝭ cesarie
ꝯsecratiōis sue: tolletqꝫ capillos ei⁹ ⁊ ponet
supꝫ ignē q̄ ē suppositus sacrificio pacificoꝝ. ⁊
armū coctū arietis: tortāqꝫ absqꝫ fermento
vnā de canistro. ⁊ laganū açimū vnū. ⁊ tra-
det in man⁹ naçarei postq̄ꝫ rasū fuerit caput
eius: susceptaqꝫ rursū ab eo eleuabit in ꝯspe-
ctu dn̄i. ⁊ scificata sacerdotis erūt: sicut pec-
tusculū qd̄ separari iussū est ⁊ femur. Post hͨ
pōt bibē naçare⁹ vinū. Ista ē lex naçarei cū
vouerit oblationē suā dn̄o tpe ꝯsecrationis
sue: exceptis his q̄ iuenerit man⁹ ei⁹. Juxta
qd̄ mente deuouerat: ita faciet ad pfectionē
scificationis sue. Locutusqꝫ ē dn̄s ad moysen
dicēs: Loq̄re aaron ⁊ filijs ei⁹: Sic bn̄dicetꝭ
filijs isrł. ⁊ dicetis eis: Benedicat tibi dn̄s. ⁊
⁊ custodiat te. Ostendat dn̄s faciē suā tibi:
⁊ misereať tui. Conuertat dn̄s vultū suū ad
te. ⁊ det tibi pacē. Jnuocabūtqꝫ nomen meū
supꝫ filios isrł. ⁊ ego benedicam eis. **VII**

Factū ē aūt in die q̄ cōpleuit moyses
tabernaculum ⁊ erexit illud: vnxitqꝫ
⁊ scificauit cū oīb⁹ vasis suis altare
sił ic ⁊ oīa vasa ei⁹: obtulerūt principes isrł ⁊
capita familiaꝝ· q̄ erāt p singulas trib⁹ p̄fe-
cti eoꝝ q̄ numerati fuerāt mūera corā dn̄o:
sex plaustra tecta cū duodeci bobus. Unum
plaustrū obtulere duo duces. ⁊ vnū bouem
singuli: obtulerūtqꝫ ea in ꝯspectu tabernacu-
li. Ait aūt dn̄s ad moysen: Suscipe ab eis ut
seruiāt i misterio tabernaculi. ⁊ trades ea le-
uitis iuxta ordinē misterij sui. Jtaqꝫ cū susce-
pisset moyses plaustra ⁊ boues: tradidit ea
leuitꝭ. Duo plaustra ⁊ q̄tuor boues dedit fi-
lijs gerson· iuxta id qd̄ habebant necessariū·
q̄tuor alia plaustra ⁊ octo boues dedit filijs
merari ꝑm officia ⁊ cultum suum: sub manu
ythamar filij aaron sacerdotꝭ. Filijs aūt ca-
ath non dedit plaustra ⁊ boues: q̄a in scūario
seruiūt· ⁊ onera ꝓprijs portāt humerꝭ. Igiť

obtulerūt duces in dedicationē altarꝭ· die q̄
vnctū ē· oblationē suā an̄ altare. Dixitqꝫ do-
min⁹ ad moysen: Singuli duces p singulos
dies offerāt munera i dedicationē altarꝭ. Pri
mo die obtulit oblationē suā naason filius
āminadab de tribu iuda: fuerūtqꝫ in ea ace-
tabulū argenteū· pondo centū trigita sicloꝝ:
phiala argētea hn̄s septuagita siclos iuxta
pond⁹ scūarij· vtrūqꝫ plenū simila ꝯspsa oleo
i sacrificiū: mortariolū ex decē siclis aureis
plenū incēso: bouem de armento ⁊ arietem ⁊
agnū anniculū i holocaustū· hircūqꝫ ꝓ pctō·
⁊ in sacrificio pacificoꝝ boues duos· arietes
q̄nqꝫ· hircos q̄nqꝫ· agnos āniculos quinqꝫ.
Hec ē oblatio naasō filij āminadab. Secūdo
die obtulit nathanael fili⁹ suar dux de tribu
ysachar acetabulū argenteū appēdēs centū
triginta siclos· phialā argenteā hn̄tē septua-
ginta siclos iux pōd⁹ scūarij· vtrūqꝫ plenū si-
mila ꝯspsa oleo in sacrificiū: mortariolū au-
reū hn̄s decē siclos plenū incēso: bouē de ar-
mēto ⁊ arietē. ⁊ agnū anniculū i holocaustū
hircūqꝫ ꝓ pctō. ⁊ i sacrificio pacificoꝝ boues
duos· arietes q̄nqꝫ· hircos q̄nqꝫ· agnos āni-
culos q̄nqꝫ. Hec fuit oblatio nathanael filij
suar. Tertio die princeps filiorum çabulon
heliab fili⁹ helon obtulit acetabulū argēteū
appendēs centū triginta siclos· phialā argē-
teā hn̄tē septuaginta siclos ad pōd⁹ scūarij·
vtrūqꝫ plenū simila cōspsa oleo in sacrificiū:
mortariolū aureū appendēs decē siclos ple-
nū incēso: bouē de armēto ⁊ arietē ⁊ agnum
anniculū i holocaustū· hircūqꝫ ꝓ pctō. ⁊ i sa-
crificio pacificoꝝ bones duos· arietes q̄nqꝫ·
hircos q̄nqꝫ· agnos āniculos q̄nqꝫ. Hec ē ob-
latio heliab filij helon. Die q̄rto princeps fi-
liorum ruben elisur fili⁹ sedeur· obtulit aceta-
bulū argēteū appēdēs centūtriginta siclos·
phialā argēteā hn̄tem septuagita siclos ad
pōd⁹ scūarij· vtrūqꝫ plenū simila cōspsa oleo
i sacrificiū: mortariolū aureū appēdēs decē
siclos plenū incēso: bouē de armēto ⁊ arietē ⁊
agnū anniculū i holocaustū· hircūqꝫ ꝓ pctō·
⁊ in hostias pacificorū boues duos· arietes
q̄nqꝫ· hircos q̄nqꝫ· aguos āniculos quinqꝫ.
Hec fuit oblatio elisur filij sedeur. Die q̄nto
p̄nceps filioꝝ symeō salamiel fili⁹ surisaddai
obtulit acetabulū argēteū appēdēs cētūtri-
ginta siclos· phialā argēteā hn̄tē septuagita
siclos ad pondus scūarij· vtrūqꝫ plenū simila
conspsa oleo i sacrificiū: mortariolū aureum

appendens decē siclos plenū incēso: boue de armēto et arietē et agnū āniculū in holocaustū: hircūq; pro pctō. et in hostias pacificoꝝ boues duos: arietes qnq;: hircos qnq;: agnos āniculos qnq;. Hec fuit oblatio salamihel filij surisaddai. Die sexto pnceps filiorum gad heliasaph filius duel obtulit acetabulū argēteū appēdēs cētūtrigīta siclos: phialā argēteā hñtē septuaginta siclos ad pondus scūarij: vtrūq; plenū simila cōspsa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appendēs decē siclos plenum incēso: boue de armēto et arietē et agnū āniculū in holocaustū: hircūq; pro pctō. et i hostias pacificoꝝ boues duos: arietes quinq;: hircos qnq;: agnos āniculos qnq;. Hec fuit oblatio heliasaph filij duel. Die septimo pnceps filiorū ephraim elisama filius amiud obtulit acetabulū argēteū appēdēs cētūtrigīta siclos: phialā argēteā hñtē septuaginta siclos ad pōdus scūarij: vtrūq; plenum simila pspsa oleo i sacrificiū: mortariolū aureū appendens decē siclos plenū incēso: boue de armēto et arietē et agnū āniculū in holocaustū: hircūq; pro pctō. et in hostias pacificorū boues duos: arietes qnq;: hircos qnq;: agnos āniculos qnq;. Hec fuit oblatio elisama filij amiud. Die octauo pnceps filiorum manasse gamaliel filius phadassur obtulit acetabulū argenteū appēdēs centūtriginta siclos: phialā argenteā hñtē septuaginta siclos ad pōdus scūarij: vtrūq; plenū simila pspsa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appendēs decem siclos plenū incēso: boue de armēto et arietē et agnū anniculū i holocaustū: hircūq; pro peccato. et i hostias pacificoꝝ boues duos: arietes qnq;: hircos qnq;: agnos āniculos qnq;. Hec fuit oblatio gamaliel filij phadassur. Die nono pnceps filiorum beniamin abidan filius gedeonis obtulit acetabulū argenteū appendēs centūtriginta siclos: phialā argenteā hñtē septuaginta siclos ad pondus scūarij: vtrūq; plenū simila cōspsa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appendēs decē siclos plenū incēso: boue de armento et arietē et agnum anniculū i holocaustū: hircūq; pro pctō. et in hostias pacificorum boues duos: arietes qnq;: hircos qnq;: agnos āniculos qnq;. Hec fuit oblatio abidan filij gedeonis. Die decio pnceps filioꝝ dan abiezer filius amisaddai obtulit acetabulū argenteū appēdēs centūtriginta siclos: phialā argenteā hñtē septuaginta siclos ad pondus scūarij: vtrūq; plenū simila conspsa oleo i sacrificiū: mortariolum aureū appendens decē siclos plenū incenso: boue de armēto et arietē et agnū āniculū in holocaustū: hircūq; pro pctō. et in hostias pacificoꝝ boues duos: arietes qnq;: hircos qnq;: agnos āniculos qnq;. Hec fuit oblatio abiezer filij amisaddai. Die vndecimo pnceps filiorum aser phegiel filius ochran obtulit acetabulū argenteū appēdēs cētūtriginta siclos: phialā argenteā hñtē septuaginta siclos ad pōdus scūarij: vtrūq; plenū simila cōspsa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appēdens decē siclos plenū incēso: boue de armento et arietē et agnū āniculū i holocaustū: hircūq; pro pctō. et in hostias pacificorum boues duos: arietes qnq;: hircos qnq;: agnos āniculos qnq;. Hec fuit oblatio phegiel filij ochran. Die duodecimo pnceps filioꝝ neptalim abira filius henan obtulit acetabulū argenteū appendēs centūtriginta siclos: phialā argenteā habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: vtrūq; plenū simila oleo cōspsa in sacrificiū: mortariolum aureum appendēs decē siclos plenū incēso: boue de armēto et arietē et agnū āniculū in holocaustū: hircūq; pro pctō. et i hostias pacificoꝝ boues duos: arietes qnq;: hircos qnq;: agnos āniculos qnq;. Hec fuit oblatio abira filij henan. Hec i dedicatiōe altaris oblata sūt a pncipibus isrl in die q̄ psecratū ē: acetabula argētea duodecim: phiale argēteē duodecim: mortariola aurea duodecim: ita ut centūtriginta argēti siclos habēt vnū acetabulū: et septuaginta siclos vna phiala: i. in cōe vasoꝝ oīuz ex argento: sicli duo milia q̄dringēti pōdere scūarij: mortariola aurea duodeci plena incēso: denos siclos appendētia pondē scūarij: i. simul auri sicli centū viginti: boues de armēto i holocaustū duodeci: arietes duodeci: agni āniculi duodeci: et libamēta eoꝝ: hirci duodeci pro pctō: in hostias pacificoꝝ: boues vigintiq̄tuor: arietes sexaginta: hirci sexaginta: agni anniculi sexaginta. Hec oblata sūt in dedicatione altaris qn̄ vnctū ē. Cūq; ingredere moyses tabernaculū federis ut cōsuleret oraculū: audiebat vocē loquentis ad se de ppitiatorio qḋ erat sup archā testimonij int duos cherubin: vnde et loq̄bat ei.

Capitulum VIII

Locutusq; est dñs ad moysen dicens: Loq̄re aaron. et dices ad eū: Cū posueris septē lucernas: cādelabꝝ

in australi pte erigat᷑. Hoc igit᷑ precipe ut lu-
cerne ꝯ͂ torcã e regiõe respiciant ad mensam
panũ ꝓpositiõis : ꝯ͂ eã partẽ quã candelabꝝ
respicit· lucere debebũt. Fecitq́ꝫ aaron ⁊ ipo-
suit lucernas sup candelabꝝ· ut p̄cepat dñs
moysi. Hec aũt erat factura cãdelabri· ex au-
ro ductili tam medi⁹ stipes q̄ȝ cuncta que ex
vtroq́ꝫ calamoꝝ latẽ nascebant᷑. Iuxta exẽ-
plũ qꝺ ostẽdit dñs moysi : ita opat⁹ ẽ cande-
labꝝ. Et locut⁹ ẽ dñs ad moysen dicẽs: Tol-
le leuitas de medio filioꝝ isrl̄. ⁊ purificabis
eos iuxta hũc ritũ. Aspgant᷑ aq̃ lustratiõis
⁊ radãt oẽs pilos carnis sue. Cũq́ꝫ lauerint
vestimẽta sua ⁊ mũdati fuerint· tollent bouẽ
de armentis ⁊ libamentũ eius· similã oleo cõ-
spersam: bouẽ aũt alteꝝ de armento accipies
ꝓ pctõ. ⁊ applicabis leuitas corã tabernacu-
lo federis : ꝯuocata oĩ multitudine filioꝝ isrl̄.
Cũq́ꝫ leuite fuerint coram dño· ponẽt filij isrl̄
manus suas sup eos. ⁊ offeret aaron leuitas
mun⁹ in ꝯspectu dñi a filijs isrl̄ : ut seruiãt in
ministerio ei⁹. Leuite q̄ȝ ponẽt man⁹ suas sup
capita boũ : e qb⁹ vnũ facies ꝓ pctõ. ⁊ alteꝝ
i holocaustũ dñi· ut dep̄cer̄ ꝓ eis. Statuesq́ꝫ
leuitas i ꝯspectu aaron ⁊ filioꝝ ei⁹. ⁊ ꝯsecra-
bis oblatos dño· ac sepabis de medio filioꝝ
isrl̄ ut sint mei. ⁊ postea igrediant᷑ tabernacu-
lũ federis ut seruiãt mihi. Sicq́ꝫ purificabis
⁊ ꝯsecrabis eos i oblationẽ dñi· qm̄ dono do-
nati sũt mihi a filijs isrl̄. Pro p̄mogenitis q̄
apiunt oẽm vuluã i isrl̄· accepi eos. Mea sũt
eñi oĩa p̄mogenita filioꝝ isrl̄· tam ex hoĩbus
q̄ȝ ex iumẽtis. Ex die q̄ p̄cussi oẽ primogenitũ
i t̄ra egypti· scĩficaui eos mihi. ⁊ tuli leuitas
ꝓ cunctꝭ p̄mogenitꝭ filioꝝ isrl̄ : tradidiq́ꝫ eos
dono aaron ⁊ filijs ei⁹ de medio p̄pl̄i· ut s̄ui-
ant mihi ꝓ isrl̄ in tabnaculo federis. ⁊ orent ꝓ
eis ne sit in p̄pl̄o plaga· si ausi fuerint accedẽ
ad scĩariũ. Feceruntq́ꝫ moyses ⁊ aaron ⁊ oĩs
multitudo filioꝝ isrl̄ sup leuitis que p̄ceperat
dñs moysi: purificatiq́ꝫ sunt ⁊ lauerũt vesti-
menta sua. Eleuauitq́ꝫ eos aaron in ꝯspectu
dñi ⁊ orauit ꝓ eis : ut purificati ingrederent᷑
ad officia sua i tabnaculũ federis corã aaron
⁊ filijs ei⁹. Sic p̄cepat dñs moysi de leuitis :
ita factũ ẽ. Locutusq́ꝫ est dñs ad moysen di-
cẽs: Hec ẽ lex leuitaꝝ. A vigintiq́nq́ꝫ ãnis ⁊
sup̄ igredient᷑: ut mĩstrent in tabernaculo fe-
deris. Cũq́ꝫ q̄nq̄gesimũ ãnũ etatꝭ impleuerit·
seruire cessabũt: erũtq́ꝫ mĩstri fratrũ suoꝝ in
tabnaculo federis· ut custodiant q̄ sibi fuerint
cõmendata: opera aũt ipsa non faciant. Sic
dispones leuitis in custodijs suis. CIX

Locut⁹ ẽ dñs ad moysen i deserto sy-
nai· ãno secũdo postq̄ȝ egressi sunt de
t̄ra egypti· mense p̄mo dicẽs: Faciãt
filij isrl̄ phase i tpe suo· q̄rtadecima die men-
sis huius ad vesperã· iuxta oẽs cerimonias ⁊
iustificatiões eius. Precepitq́ꝫ moyses filijs
isrl̄ ut facerẽt phase. Qui fecerũt tẽpore suo
q̄rtadecima die mẽsis ad vesperã in mõte sy-
nai. Iuxta oĩa q̄ mãdauerat dñs moysi fece-
runt filij isrl̄. Ecce aũt q̄dam imundi sup aĩa
hoĩs q̄ nõ poterãt facere phase i die illo: acce-
dentes ad moysen ⁊ aaron· dixerũt eis: Im-
mũdi sumus sup aĩa hoĩs: q̄re fraudamur ut
nõ valeam⁹ oblationẽ offerre dño in tpe suo
int᷑ filios isrl̄? Quib⁹ rñdit moyses : State
ut ꝯsulã q̄d p̄cipiat dñs de vobis. Locutusq́ꝫ
ẽ dñs ad moysen dicẽs: Loq̄re filijs isrl̄. Hõ
q̄ fuerit imũd⁹ sup aĩa· siue in via ꝓcul i gen-
te vr̄a· faciat phase dño in mẽse secũdo q̄rta-
decima die mensis ad vesperã: cũ azimis ⁊ la-
ctucis agrestib⁹ comedẽt illud. Nõ relinquẽt
ex eo q̄ppiã vsq́ꝫ mane. ⁊ os ei⁹ nõ ꝯfringẽt·
oẽm ritũ phase obseruabũt. Si q̄s aũt ⁊ mũ-
dus est ⁊ i itinere nõ fuit. ⁊ tñ nõ fecit phase :
exterminabit᷑ aĩa illa de p̄pl̄is suis· q̄a sacrifi-
cium dño non obtulit tpe suo. Pctm̄ suũ ipse
portabit. Peregrinus q̄ȝ ⁊ aduena si fuerint
apud vos: facient phase dño iux̄ cerimonias
⁊ iustificatiões suas. Preceptũ idẽ erit apud
vos tã aduene q̄ȝ indigene. Igit᷑ die q̄ erectũ
ẽ tabnaculũ· opuit illud nubes. A vespe aũt
sup tẽtoriũ erat q̄si spẽs ignis vsq́ꝫ mane. Sic
fiebat iugit᷑. Per diem opiebat illud nubes. ⁊
p noctẽ q̄si spẽs ignis. Cũq́ꝫ ablata fuisset nu-
bes q̄ tabernaculũ ꝓtegebat· tũc ꝓficiscebãt᷑
filij isrl̄. ⁊ i loco vbi stetisset nubes· ibi castra-
metabant᷑. Ad imperiũ dñi ꝓficiscebantur ⁊
ad imperiũ illius figebãt tabernaculũ. Cũctꝭ
dieb⁹ q̄bus stabat nubes sup tabnaculũ: ma-
nebãt in eodẽ loco. ⁊ si euenisset ut multo tẽ-
pore maneret sup illud· erant filij isrl̄ in excu-
bijs dñi. ⁊ nõ ꝓficiscebant᷑ q̄tq̄t dieb⁹ fuisset
nubes sup tabnaculũ. Ad imperiũ dñi erige-
bãt tentoria. ⁊ ad imperiũ illius deponebant.
Si fuisset nubes a vespe vsq́ꝫ mane. ⁊ statim
diluculo tabernaculũ reliq̄sset: ꝓficiscebant᷑:
⁊ si p⁹ diẽ ⁊ noctẽ recessisset: dissipabant ten-
toria. Si vo biduo aut vno mẽse uel lõgiori
tpe fuisset sup tabernaculum· manebant filij

isrl' in eodẽ loco ⁊ nõ ꝓficiscebant᷑: statim aũt
ut recessisset mouebant castra. Per ṽbũ dñi
figebant tẽtoria. ⁊ p ṽbũ illi⁹ ꝓficiscebant᷑:
erantq; in excubijs dñi iuxta imperiũ eius p
manum moysi. C X

Locutusq; est dñs ad moysen dicẽs:
Fac tibi duas tubas argẽteas ducti-
les: qbus cõuocare possis multitudi-
nẽ qñ mouẽda sũt castra. Cũq; icrepuerī tu-
bis: cõgregabit᷑ ad te oĩs turba ad ostiũ ta-
bernaculi federī. Si semel clanguerī: venient
ad te pncipes ⁊ capita multitudinis isrl'. Si
aũt ꝓlixior atq; ɔcisus clangor increpuerit
mouebũt castra. pmi q sũt ad orientalẽ pla-
gã. In secũdo aũt sonitu ⁊ pari vlulatu tube
leuabũt tentoria q habitãt ad meridiẽ. ⁊ iux
hũc modũ reliq faciẽt vlulantib⁹ tubis in ꝓ-
fectionẽ. Qñ aũt ɔgregãd⁹ ẽ ppl'us. simplex
tubaꝝ clangor erit. ⁊ nõ cõcise vlulabũt. Fi-
lij aũt aaron sacerdotꝫ clangẽt tubis: eritq;
h legitimũ sempiternũ ĩ gñatiõib⁹ vr̃is. Si
exieritis ad bellũ de terra vr̃a ɔ hostes q di-
micãt aduersũ vos: clangetꝫ vlulantibus tu-
bis. ⁊ erit recordatio vr̃i corã dño deo vr̃o:
ut eruamini de manib⁹ inimicoꝝ vr̃oꝝ. Si qñ
habebitis epulũ ⁊ dies festos ⁊ kalẽdas: ca-
netis tubis sup holocaustis ⁊ pacificis victi-
mis: ut sint vob̃ in recordationẽ dei vr̃i. Ego
dñs deus vester. Anno secũdo mense secũdo
vicesima die mẽsis. eleuata ẽ nubes de taber-
naculo federī. Profectiq; sunt filij isrl' p tur-
mas suas de deserto synai. ⁊ recubuit nubes
ĩ solitudine pharan. Mouerũtq; castra pmi
iuxta imperiũ dñi p manũ moysi. Filij iuda p
turmas suas. qꝝ princeps erat naason fili⁹
ãminadab. In tribu filioꝝ ysachar fuit prin-
ceps nathanael fili⁹ suar. In tribu çabulon
erat pnceps eliab filius helon. Depositũq; est
tabnaculũ: qd portãtes egressi sunt filij ger-
son ⁊ merari. Profectiq; sũt ⁊ filij ruben per
turmas ⁊ ordinẽ suũ. qꝝ pnceps erat elisur
fili⁹ sedeur. In tribu aũt filioꝝ symeon prin-
ceps fuit salamihel fili⁹ surisaddai. Porro in
tribu gad erat pnceps heliasaph filius duel
Profectiq; sũt ⁊ caathite. portantes scĩuariũ
Tamdiu tabernaculũ portabat᷑ donec veni-
rẽt ad erectiõis locũ. Mouerũt castra ⁊ filij
ephraim p turmas suas: in qꝝ exercitu prin-
ceps erat elisama fili⁹ ãmiud. In tribu autẽ
filiorũ manasse pnceps fuit gamaliel filius
phadassur. ⁊ in tribu beniamin erat dux abi-
dan filius gedeonis. Nouissimi castroꝝ oĩuꝫ
ꝓfecti sunt filij dan p turmas suas: in qꝝ ex-
ercitu princeps fuit abieçer fili⁹ amisaddai.
In tribu aũt filioꝝ aser erat pnceps phegiel
fili⁹ ochran. Et in tribu filioꝝ neptalim pn-
ceps fuit ahira filius henan. Hec sũt castra ⁊
ꝓfectiones filioꝝ isrl' p turmas suas qñ egre-
diebantur. Dixitq; moyses obab filio raguel
madianite cognato suo: Proficiscimur ad lo-
cũ quẽ dñs daturus ẽ nob̃: veni nobiscũ ut
bñfaciam⁹ tibi: qa dñs bona ꝓmisit israheli.
Cui ille rñdit: Nõ vadã tecũ: sed reuertar in
terrã meã in q natus sum. Et ille: Noli inqt
nos relinqre. Tu. n. nosti in qbus locis p de-
sertũ castra ponẽ debeam⁹. ⁊ eris ductor nr̃.
Cũq; nobiscũ veneris: qcqd optimum fuerit
ex opibus qs nob̃ traditur⁹ est dñs. dabim⁹
tibi. Profecti sũt g de mõte dñi viã triũ dieꝝ:
archaq; federī dñi pcedebat eos p dies tres
ꝓuidens castroꝝ locũ. Nubes qq; dñi sup eos
erat p diẽ cũ incederẽt. Cũq; eleuaret᷑ archa
dicebat moyses: Surge dñe ⁊ dissipent᷑ ini-
mici tui. ⁊ fugiãt q oderũt te a facie tua. Cũ
aũt deponeret᷑. aiebat: Reuertẽ dñe ad mul-
titudinem exercitus isrl'. C XI

Interea ortũ ẽ murmur ppl'i: qsi dolen-
tiũ ꝓ labore ɔ dñm. Qd cum audisset
irat⁹ ẽ. ⁊ accẽsus ĩ eos ignis dñi. deuo-
rauit extremã castroꝝ partẽ. Cũq; clamasset
ppl'us ad moysen: orauit moyses ad dñm. ⁊
absort⁹ ẽ ignis. Vocauitq; nomẽ loci illius
incẽsio. eo q succẽsus fuisset ɔ eos ignis dñi.
Vulgus qppe ꝓmiscuũ qd ascẽderat cũ eis.
flagrauit desiderio sedẽs ⁊ flens. iunctꝫ sibi
parit᷑ filijs isrl'. ⁊ ait: Quis dabit nobis ad
vescendum carnes? Recordamur piscũ qs
comedebamus in egypto gratis: in mentem
nobis veniũt cucumeres ⁊ pepones. porriq; ⁊
cepe ⁊ allea. Anima nr̃a arida ẽ. nihil aliud
respiciũt oculi nostri nisi man. Erat autem
man qsi semẽ coriandri coloris bdellij. Cir-
cuibatq; ppl's. ⁊ colligẽs illud frãgebat mo-
la siue terebat ĩ mortario: coquẽs ĩ olla ⁊ fa-
ciens ex eo tortulas saporis qsi panis oleati.
Cũq; descendẽt nocte sup castra ros. descẽ-
debat parit᷑ ⁊ man. Audiuit g moyses flentẽ
ppl'm p familias: singulos p ostia tẽtorij sui.
Iratusq; est furor dñi valde: s ⁊ moysi into-
leranda res visa ẽ. ⁊ ait ad dñm: Cur afflixi-
sti seruũ tuũ? Quare nõ inuenio grãm corã
te? Et cur imposuisti pond⁹ vniuersi ppli hui⁹?

me. cor. et h[ec] fuit video des. cũ oib[us] st. op[us] ptisq; in pto et supino.

sup me? Nunq̇d ego ꝯcepi oēm hāc multitu-
dinē uel genui eā · ut dicas mihi: porta eos in
sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulū·
⁊ defer in t̄rā ꝑ q̄ iurasti p̄ribus eoꝝ? Unde
mihi carnes ut dem tāte multitudini? Flent
ꝯtra me dicētes: da nob̄ carnes ut comeda-
mus. Nō possum sol⁹ sustinē oēm hunc p̄plm·
q̇a ḡuis ē mihi. Sin alit̄ tibi videt̄: obsecro
ut interficias me. ⁊ inueniā gr̄am ī oculis tuis:
ne tātis afficiar malis. Et dixit dn̄s ad moy-
sen: Congrega mihi septuaginta viros de se-
nioribus isrl̄ q̇s tu nosti q̄ senes p̄pli sint ac
mḡri. ⁊ duces eos ad ostiū tab̄naculi federis:
faciesq̄ ibi stare tecū ut descendā ⁊ loq̄r tibi·
⁊ auferā de spū tuo tradāq̄ eis · ut sustentent
tecū onus p̄pli. ⁊ nō tu sol⁹ ḡueris. Populo
q̊q̄ dices: Scificamini. Cras comedetis car-
nes. Ego.n. audiui vos dicere: Quis dabit
nob̄ escas carniū? Bn̄ nobis erat in egypto.
Ut det vob̄ dn̄s carnes ⁊ comedatis · nō vno
die nec duob⁹ uel q̇nq̄ aut decē · nec viginti
q̇dē · s̄ vsq̄ ad mensem dieꝝ: donec exeat per
nares v̄ras ⁊ v̄tat̄ i nauseā · eo q̄ repuleritis
dn̄m q̇ in medio v̄ri ē. ⁊ fleueritis corā eo di-
cētes: Quare egressi sum⁹ ex egypto ut peri-
rem⁹ in solitudine? Et ait moyses ad dn̄m:
Sexcēta milia peditū hui⁹ p̄pli sunt. Et tu di-
cis: dabo eis esū carniū mēse itegro? Nunq̇d
ouiū ⁊ boū multitudo cedet̄ ut possit sufficere
ad cibū · uel oēs pisces maris in vnū cōgrega-
bunt̄ ut eos satient? Cui r̄ndit dn̄s: Nunq̇d
man⁹ dn̄i inualida ē? Jam nūc videbis · vtrū
me⁹ sermo ope cōpleat̄. Uenit igit̄ moyses ⁊
narrauit p̄plo v̄ba dn̄i · ꝯgregās septuagita
viros de seniorib⁹ isrl̄: q̇s stare fecit circa ta-
bernaculū. Descenditq̄ dn̄s ꝑ nubē. ⁊ locut⁹
ē ad eū · auferēs de spū q̇ erat i moyse. ⁊ dans
septuaginta viris. Cūq̄ req̇euisset in eis spūs:
ꝓph̄auerūt nec vltra cessauerūt. Remanse-
rant aūt in castris duo viri · q̄ꝝ vn⁹ vocabat̄
heldad ⁊ alt̄ medad · sup q̇s req̇euit spūs: nā
⁊ ipsi descripti fuerāt ⁊ nō exierant ad taber-
naculū. Cū ꝓph̄arēt ī castris: cucurrit puer
⁊ nunciauit moysi dicens: Heldad ⁊ medad
ꝓphetāt i castris. Stati iosue fili⁹ nun mīster
moysi ⁊ electus e pluribus · ait: Dn̄e mi moy-
ses ꝓhibe eos. At ille: q̇d inq̄t emularis pro
me? Quis tribuat ut oīs p̄pl̄s ꝓphetet. ⁊ det
eis dn̄s spm̄ suū? Reūsusq̄ ē moyses ⁊ ma-
iores natu isrl̄ i castra. Uent⁹ āt egrediēs a
dn̄o · arreptas trās mare coturnices detulit

Emulor i(n)stat amat i(n)uidet ac imita(tur).

⁊ dimisit in castra · itinē quantū vno die ꝯfici
pōt ex oi ꝑte castroꝝ ꝑ circuitū: volabantq̄
in aere duob⁹ cubitis i altitudine sup terrā.
Surgēs ḡ p̄pl̄us toto die illo ⁊ nocte ac die
altero: ꝯgregauit coturnicū multitudinē: q̇
pap · decē choros. ⁊ siccauerūt eas ꝑ gyrū ca-
stroꝝ. Adh̄ carnes erāt in dentib⁹ eoꝝ · nec
defecerat huiuscemodi cib⁹. ⁊ ecce furor dn̄i
ꝯcitatus i p̄plm · ꝑcussit eū plaga magna ni-
mis. Uocatusq̄ ē ille loc⁹ sepulchra ꝯcupi-
scētie: ibi.n. sepelierūt p̄plm q̇ desiderauerat
carnes. Egressi aūt de sepulchris ꝯcupiscētie
venerūt in aseroth. ⁊ manserūt ibi. CXII

Locutaq̄ ē maria ⁊ aaron ꝯ̄ moysen
ꝑpter vxorem ei⁹ ethiopissam. ⁊ dixe-
rūt: Nū ꝑ solum moysen locutus est
dn̄s? Nōne ⁊ nob̄ siliter ē locut⁹? Qd cū au-
disset dn̄s iratus ē valde. Erat.n. moyses vir
mitissimus sup oēs hoīes q̇ morabant̄ in t̄ra.
Stati locut⁹ ē dn̄s ad eū ⁊ ad aarō ⁊ mariā
Egredimi vos tm̄ tres ad tab̄naculū federis
Cūq̄ fuissent egressi descēdit dn̄s in colūna
nubis. ⁊ stetit i itroitu tab̄naculi vocās aarō
⁊ mariā. Qui cū issent · dixit ad eos: Audite
sermones meos. Si q̇s fuerit int̄ vos ꝓpheta
dn̄i · i visiōe apparebo ei · uel ꝑ somniū loq̄r ad
illū. At nō talis seru⁹ me⁹ moyses q̇ in oi do-
mo mea fidelissim⁹ est. Ore.n. ad os loq̄r ei.
Palā ⁊ nō ꝑ enigmata ⁊ figuras deū videt.
Quare ḡ nō timuistis detrahē s̄uo meo moy-
si? Iratusq̄ ꝯ̄ eos abijt. Nubes q̊q̄ recessit q̄
erat sup tab̄naculū. Et ecce maria apparuit
candēs lepra q̄si nix. Cūq̄ respexisset eā aarō
⁊ vidisset ꝑfusā lepra · ait ad moysen: Obse-
cro dn̄e mi · ne iponas nob̄ h̄ pctm̄ qd̄ stulte
cōmisim⁹: ne fiat hec q̄si mortua: ⁊ ut aborti-
uū quod ꝓijcit̄ de vulua matris sue. Ecce iam
mediū carnis ei⁹ deuoratū ē a lepra. Clama-
uitq̄ moyses ad dn̄m dicens: Deus obsecro
sana eā. Cui r̄ndit dn̄s: Si pat̄ ei⁹ spuisset in
faciē illius: nōne debuerat salti septē diebus
rubore suffundi? Sepet̄ septē dieb⁹ ex castra·
⁊ postea reuocabit̄. Exclusa ē itaq̄ maria ex
castra septē dieb⁹. ⁊ p̄pl̄us nō ē mot⁹ de loco
illo · donec reuocata est maria. CXIII

Profectusq̄ ē p̄pl̄us de aseroth · fixis
tentorijs i deserto pharan. Ibiq̄ lo-
cut⁹ ē dn̄s ad moysen dicēs: Mitte
viros q̇ ꝯsiderēt terrā chanaā quā daturus
sū filijs isrl̄: singulos de singulis tribubus ex
ꝑncipibus. Fecit moyses qd̄ dn̄s imperarat

de deserto pharan mittēs ꝑncipes viros : q̄ꝝ
ista sūt noīa. De tribu ruben semmua filium
çecbur. De tribu symeon: saphat filium vri.
De tribu iuda: caleb filium iephone. De tri-
bu ysachar: igal filiū ioseph. De tribu effra-
im: osee filium nun. De tribu beniamin: phal-
ti filium raphu. De tribu çabulon : geddihel
filium sodi. De tribu ioseph sceptri manasse:
gaddi filium susi. De tribu dan : amihel filiū
gemalli. De tribu aser: sthur filium michael.
De tribu neptalim: naabi filiū napsi. De tri-
bu gad: guhel filiū machi. Hec sunt noīa vi-
roꝝ q̄s misit moyses ad ꝯsiderandā terram.
vocauitq̄ʒ osee filium nun iosue. Misit ergo eos
moyses ad ꝯsiderandā terrā chanaan. ⁊ di-
xit ad eos: Ascendite per meridianā plagā.
Cūq̄ʒ veneritis ad mōtes. considerate terrā
q̄lis sit ⁊ ꝑplm q̄ inhabitator est eiꝰ. vtꝝ fortꝭ
sit an infirmus. pauci nūero an plures. ipsa
t̄ra bona an mala: vrbes quales. murate an
absq̄ʒ murꝭ. humꝰ pinguis an sterilis. nemo-
rosa an absq̄ʒ arboribꝰ. Cōfortamī ⁊ afferte
nob̄ de fructibꝰ t̄re. Erat autē tēpꝰ q̄n iam ꝑ-
coque vue vesci p̄nt. Cūq̄ʒ ascēdissent. explo-
rauerūt terrā a deserto syn. vsq̄ʒ roob intrā-
tibꝰ emath. Ascēderūtq̄ʒ ad meridiē ⁊ vene-
rūt in hebron. vbi erant ahiman ⁊ sisai ⁊ tol-
mai. filij enach: nā hebron septē annis ante
thanim vrbē egypti cōdita est. Pergentesq̄ʒ
vsq̄ʒ ad torrentē botri. absciderūt palmitē cū
vua sua. quem portauerūt in vecte duo viri.
De malis q̄ʒ granatꝭ ⁊ de ficis loci illiꝰ tule-
rūt q̄ appellatꝰ ē nehelescol. i. torrēs botri. eo
q̄ botrum portassent inde filij isrl'. Reuersiq̄ʒ
exploratores t̄re pꝰ q̄dragita dies oī regiōe
circuita. venerunt ad moysen ⁊ aaron. ⁊ ad
oēm cetum filioꝝ isrl' in desertū pharan. q̄d est
i cades. Locutiq̄ʒ eis ⁊ oī multitudini ondide-
rūt fructꝰ t̄re. ⁊ narrauerūt dicētes: Venimꝰ
in t̄rā ad quā misistis nos. q̄ reuera fluit la-
cte ⁊ melle. ut ex his fructibꝰ cognosci pōt: s̄
cultores fortissimos h̄ʒ. ⁊ vrbes grādes atq̄ʒ
muratas. Stirpem enach vidimꝰ ibi. Ama-
lech habitat in meridie. etheus ⁊ iebuseus ⁊
amorreus in mōtanis. Chananeꝰ v̄o morat̄
iux̄ mare. ⁊ circa fluēta iordanis. Int̄ h̄ ca-
leb cōpescens murmur ꝑpl'i q̄ oriebat̄ ꝯ moy-
sen. ait: Ascēdamꝰ ⁊ possideamꝰ t̄rā: q̄m po-
terimꝰ obtinē eā. Alij v̄o q̄ fuerāt cū eo dice-
bāt: Nequaq̄ ad hūc ꝑplm valemus ascen-
dere. q̄a fortior nob̄ ē. Detraxerūtq̄ʒ t̄re quā
inspexerāt apud filios isrl' dicentes : Terra
quā lustrauimus deuorat habitatores suos.
Populus quē aspeximꝰ. ꝓcere stature ē. Ibi
vidimꝰ mōstra q̄dam filioꝝ enach de gn̄e gi-
ganteo. quibꝰ cōꝑati q̄si locuste videbamur.

C XIIII

Igitur vociferās oīs turba
fleuit nocte illa. ⁊ murmurati sūt ꝯtra
moysen ⁊ aaron cuncti filij isrl' dicen-
tes: Utinā mortui essemus i egypto. ⁊ nō in
hac vasta solitudine. Utinā pereamus. ⁊ nō
inducat nos dn̄s i terrā istā ne cadamꝰ gla-
dio. ⁊ vxores ac liberi nr̄i ducantur captiui.
Nōne melius ē reuerti in egyptū? Dixerūtq̄ʒ
alt̄ ad alterū: Cōstituamꝰ nob̄ ducē. ⁊ reuer-
tamur in egyptum. Quo audito moyses ⁊
aaron ceciderūt ꝓni i t̄rā corā oī multitudi-
ne filioꝝ isrl'. At v̄o iosue filiꝰ nun ⁊ caleb fi-
liꝰ iephone q̄ ⁊ ipsi lustrauerāt terrā. sciderūt
vestimenta sua. ⁊ ad oēm multitudinē filiorū
isrl' locuti sūt. Terra quā circuiuimus valde
bona ē. Si ꝓpitius fuerit dn̄s. iducet nos i eā
⁊ tradet humū lacte ⁊ melle manantē. Noli-
te rebelles esse ꝯ dn̄m. neq̄ʒ timeatꝭ ꝑplm t̄re
huiꝰ: q̄a sicut panē ita eos possumus deuora-
re. Recessit ab eis oē p̄sidiū : dn̄s nobiscū est:
nolite metuē. Cūq̄ʒ clamaret oīs multitudo
⁊ lapidibꝰ eos vellet opprimē: apparuit gl'ia
dn̄i sup̄ tectū federꝭ. cunctꝭ vidētibꝰ filijs isrl'.
Et dixit dn̄s ad moysen: Usq̄ʒq̄ detrahet mi-
hi ꝑpl'us iste? Quousq̄ʒ non credent mihi in
oībꝰ signis q̄ feci corā eis? Feriā igit̄ eos pe-
stilentia atq̄ʒ ꝯsūmā. te autē faciā ꝑncipē sup̄
gentē magnā ⁊ fortiorē q̄ h̄ est. Et ait moy-
ses ad dn̄m: Ut audiāt egyptij de q̄rū medio
eduxisti ꝑplm istū. ⁊ habitatores terre huius
qui audierūt q̄ tu dn̄e in ꝑpl'o isto sis. ⁊ facie
videaris ad faciē. ⁊ nubes tua ꝓtegat illos.
⁊ in colūna nubis p̄cedas eos per diem. ⁊ in
colūna ignis p̄ noctem: q̄ occideris tantam
multitudinē q̄si vnū hoiem. ⁊ dicāt: Non po-
terat introducē ꝑplm in t̄rā ꝓ q̄ iurauerat:
idcirco occidit eos i solitudine. Magnificet̄
ergo fortitudo dn̄i sicut iurasti dicens: Dn̄s pa-
tiēs ⁊ multe mīe. auferēs iniq̄tatē ⁊ scelera.
nullūq̄ʒ īnoxiū derelinquens. q̄ visitas pctā
patꝝ in filios i tertiā ⁊ quartā gn̄atione. Di-
mitte obsecro pctm̄ ꝑpl'i tui huiꝰ ꝯm magni-
tudinem mīe tue: sicut propitius fuisti egre-
dientibꝰ de egypto vsq̄ʒ ad locū istū. Dixitq̄ʒ
dn̄s: Dimisi iuxta v̄bū tuū. Uiuo ego ⁊ im-
plebit̄ gl'ia dn̄i vniu̇sa terra. Attū oēs hoies

qui viderunt maiestatem meā ⁊ signa q̄ feci
in egypto ⁊ in solitudine. ⁊ tēptauerūt me iā
ꝑ decē vices. nec obedierūt voci mee: non vi-
debūt terrā ꝓ q̄ iuraui prib⁹ eoꝝ. nec quisq̄
ex illis q̇ detraxit mihi intuebit̄ eā. Seruū
meū caleb q̇ plenus alio spū secut⁹ est me. in-
ducā in terrā hāc quā circuiuit. ⁊ semē eius
possidebit eā. qm̄ amalechites ⁊ chananeus
habitāt in vallib⁹. Cras mouete castra. ⁊ re-
uertimini i solitudinē ꝑ viā maris rubri. Lo-
cutusq̄ est dn̄s ad moysen ⁊ aaron dicens:
Usq̄ q̄ mltitudo h̄ pessima murmurat ꝯ me?
Querelas filioꝝ isrl̄ audiui. Dic ḡ eis: Uiuo
ego ait dn̄s: sicut locuti estis audiēte me. sic
faciā vob̄. In solitudine hac iacebūt cadaue-
ra vr̄a. Oēs q̇ numerati estis a viginti ānis
⁊ sup̄. ⁊ murmurastis ꝯ me. nō ītrabitꝭ terrā
sup quā leuaui manum meā ut habitare vos
facerē: preter caleb filiū iephone. ⁊ iosue filiū
nun. Paruulos aūt vr̄os de quibus dixistis
ꝙ p̄de hostibus forēt: ītroducā ut videāt t̄rā
q̄ vob̄ displicuit. Ur̄a cadauera iacebūt i so-
litudine. Filij vr̄i erūt vagi i deserto annis q̄-
draginta. ⁊ portabūt fornicationē vr̄am do-
nec ꝯsūmant̄ cadauera patrū i deserto. iuxta
numerū q̄dragínta dieꝝ q̇b⁹ ꝯsiderastis t̄rā.
Ann⁹ ꝓ die iputabit̄. Et q̄dragita ānis reci-
pietis iniq̄tates vr̄as. ⁊ scietis vltionē meā.
Qm̄ sicut locut⁹ sū. ita faciā oī multitudini
huic pessime. q̄ ꝯsurrexit aduersū me. In soli-
tudine hac deficiet ⁊ morietur. Igit̄ oēs viri
q̄s miserat moyses ad cōtēplandā terrā. ⁊ q̇
reuersi murmurare fecerant ꝯ eū oēm multi-
tudinē. detrahētes terre ꝙ esset mala. mortui
sūt atq̄ ꝑcussi in ꝯspectu dn̄i. Iosue aūt filius
nun ⁊ caleb fili⁹ iephone vixerunt ex oībus q̇
pgexerāt ad ꝯsiderandā terrā. Locutusq̄ est
moyses vniuersa verba h̄ ad oēs filios isrl̄. ⁊
luxit ppl̄s nimis. Et ecce mane p̄mo surgen-
tes. ascēderūt v̄ticē montꝭ. atq̄ dixerūt: Pa-
rati sum⁹ ascendē ad locū de q̄ dn̄s locut⁹ ē:
q̇a peccauimus. Quib⁹ moyses: Cur inquit
trāsgredimini v̄bū dn̄i. qd̄ vob̄ nō cedet in ꝓ-
sperum? Nolite ascendē: nō. n. ē dn̄s vobiscū:
ne corruatꝭ corā inimicis vr̄is. Amalechites
⁊ chananeus an̄ vos sūt q̄ꝝ gladio corruetꝭ.
eo ꝙ nolueritꝭ acq̇escē dn̄o: nec erit dn̄s vo-
biscū. At illi ꝯtenebrati. ascenderūt in v̄ticē
montis. Archa aūt testamenti dn̄i ⁊ moyses
nō recesserūt de castris. Descēditq̄ amalechi-
tes ⁊ chanane⁹ q̇ habitabat i mōte. ⁊ ꝑcutiēs

eos atq̄ ꝯcidens. ꝑsecut⁹ est eos vsq̄ horma.

Locutus est dn̄s ad moysen XV
dicens: Loq̄re ad filios isrl̄. ⁊ dices
ad eos: Cū igressi fueritꝭ t̄rā habita-
tionis vr̄e quā ego dabo vob̄. ⁊ fecerit̄ obla-
tionē dn̄o in holocaustū. aut victimā pacifi-
cam. vota soluētes. uel spōte offerētes mune-
ra. aut in solēnitatibus vr̄is adolētes odorē
suauitatꝭ dn̄o. de bobus siue de ouib⁹ offeret
q̇cūq̄ imolauerit victimam: sacrificiū simile
decimā partē ephi cōspsam oleo. qd̄ mensurā
habebit q̄rtā partē hin. ⁊ vinū ad liba fūden-
da eiusdē mensure dabit i holocaustū siue in
victimā. Per agnos singulos ⁊ arietes erit
sacrificiū. simile duaꝝ decimaꝝ. q̄ conspsa sit
oleo tertie ꝑtis hin. ⁊ vinū ad libamētū t̄tie
partis eiusdē mēsure offeret i odorē suauitatꝭ
dn̄o. Qn̄ vero de bobus feceris holocaustum
aut hostiā ut ipleas votū uel pacificas victi-
mas: dabis ꝑ singulos boues simile tres de-
cimas ꝯspse oleo. qd̄ habeat mediū mensure
hin. ⁊ vinū ad liba fundenda eiusdē mensure
in oblationē suauissimi odorꝭ dn̄o. Sic facies
ꝑ singulos boues ⁊ arietes ⁊ agnos ⁊ hedos
Tam indigene q̄ꝫ ꝑegrini eodē ritu offerent
sacrificia. Unū p̄ceptū erit atq̄ iudiciū tam
vob̄ q̄ꝫ aduenis t̄re. Locutus ē dn̄s ad moy-
sen dicens: Loq̄re filijs isrl̄. ⁊ dices ad eos:
Cū veneritis in terrā quā dabo vob̄. ⁊ come-
deritꝭ de panib⁹ regiōis illi⁹: separabitis p̄mi-
tias dn̄o de cibis vr̄is. Sicut de areis p̄mi-
tias sepabitis: ita ⁊ de pulmētis dabitꝭ p̄mi-
tiua dn̄o. Qd̄ si ꝑ ignorantiā p̄terieritis q̇cq̄
hoꝝ q̄ locut⁹ est dn̄s ad moysen. ⁊ mandauit
ꝑ eū ad vos. a die q̄ cepit iubere ⁊ vltra. ob-
litaq̄ fuerit facere multitudo: offeret vitulū
de armento holocaustū in odorem suauissimū
dn̄o. ⁊ sacrificiū eius ac liba ut cerimonie po-
stulāt. hircūq̄ ꝓ pctō. ⁊ rogabit sacerdos ꝓ
oī multitudine filioꝝ isrl̄. ⁊ dimittet̄ eis. qm̄
nō sponte peccauerūt: nihilominus offerētes
incensum dn̄o ꝓ se ⁊ ꝓ pctō atq̄ errore suo. ⁊
dimittet̄ vniuerse plebi filiorum isrl̄ ⁊ adue-
nis q̇ ꝑegrinant̄ int̄ eos. qm̄ culpa ē oīs ppl̄i
ꝑ ignorātiā. Qd̄ si aīa vna nesciēs peccauerit
offeret caprā āniculā ꝓ pctō suo. ⁊ dep̄cabit̄
ꝓ ea sacerdos ꝙ inscia peccauerit corā dn̄o:
impetrabitq̄ ei veniā ⁊ dimittet̄ illi. Tā indi-
genis q̄ꝫ aduenis vna lex erit oīuꝫ q̇ peccaue-
rint ignorātes. Aīa v̄o q̄ ꝑ supbiā aliq̇d cō-
miserit. siue ciuis sit ille siue peregrinus: qm̄

aduersus dn̄m rebellis fuit: peribit de populo
suo. Verbū n. dn̄i ꝯtēpsit. ⁊ ꝑceptū illi⁹ fecit
irritū: idcirco delebit̄. ⁊ portabit iniquitatem
suā. Factū est aūt cū eēnt filij isrl̄ i solitudine
⁊ inuenissent hoiem colligentē ligna i die sab-
bati: obtulerūt eū moysi ⁊ aaron ⁊ vniuerse
multitudini. Qui recluserūt eū in carcerem
nescientes q̇d sup̱ eo facere deberent. Dixitq̄
dn̄s ad moysen: Morte moriat̄ hō iste: ob-
ruat eū lapidibus oīs turba ex̄ castra. Cūq̄
eduxissent eū foras obruerūt eū lapidib⁹. ⁊
mortu⁹ est sicut ꝑcepat dn̄s. Dixit q̊q̄ dn̄s ad
moysen: Loq̄re filijs isrl̄. ⁊ dices ad eos: ut
faciāt sibi fimbrias p̱ āgulos q̄tuor palliox̄
ponētes i eis vittas hyacinthinas. Quas cū
viderint recordent̄ oīuꝫ mandatox̄ dn̄i. nec
sequant̄ cogitatiōes suas. ⁊ oculos p̱res va-
rias fornicantes: sed mag̃ memores precе-
ptox̄ dn̄i faciēt ea: sintq̄ sancti deo suo. Ego
dn̄s deus vr̄. q̇ eduxi vos de terra egypti ut
essem deus vester. **C. XVI**

Ecce aūt chore filius isuar filij caath:
filij leui. ⁊ dathan atq̄ abiron filij
eliab. hon q̊q̄ fili⁹ phelеth de filijs ru-
ben. surrexerūt contra moysen. alijq̄ filiorū
isrl̄ ducēti q̇nq̄ginta viri ꝑceres synagoge. ⁊
q̇ tp̱e ꝯcilij p̱ noia vocabant̄. Cūq̄ stetissent
aduersū moysen ⁊ aaron. dixerūt: Sufficiat
vobis. q̇a oīs multitudo scōx̄ ē. ⁊ i ipsis ē dn̄s.
Cur eleuami sup̱ ꝑp̄l̄m dn̄i? Q̄d cū audisset
moyses: cecidit ꝑn⁹ i faciē. locutusq̄ ad cho-
re ⁊ ad oēm multitudinē: mane inquit notū
faciet dn̄s q̇ ad se p̱tineant. ⁊ scōs applicabit
sibi. ⁊ q̊s elegerit appropinq̄būt ei. Hoc igit̄
facite. Tollat vnusquisq̄ thuribulū suū. tu
chore ⁊ oē ꝯciliū tuū. ⁊ hausto cras igne po-
nite desup̱ thymiama coram dn̄o. ⁊ quēcūq̄
elegerit. ipse erit scūs. Multū erigimini filij
leui. Dixitq̄ rursū ad chore: Audite filij leui.
Nū parū vob̄ ē q̄ separauit vos de⁹ isrl̄ ab oī
ꝑp̄l̄o. ⁊ iūxit sibi ut seruiretis ei i cultu taber-
naculi. ⁊ staretis corā frequētia ꝑp̄li ⁊ mini-
straretis ei? Idcirco ad se fecit accedere te ⁊
oēs fr̄es tuos filios leui. ut vob̄ etiā sacerdo-
tiū vendicetis. ⁊ oīs globus tuus stet contra
dn̄m? Quid est. n. aaron ut murmuret̄ ꝯtra
eū? Misit ergo moyses ut vocaret dathan ⁊
abiron filios eliab. Qui rn̄derūt: Non veni-
m⁹. Nunq̇d parū ē tibi q̄ eduxisti nos de terra
que lacte ⁊ melle manabat ut occideres in
deserto. nisi ⁊ dn̄at⁹ fueris nr̄i? Reuera idu-
xisti nos in terrā q̄ fluit riuis lactis ⁊ mellis:
⁊ dedisti nob̄ possessiones agrox̄ ⁊ vinearū?
An ⁊ oculos nr̄os vis eruere? Nō venim⁹.
Iratusq̄ moyses valde. ait ad dn̄m: Ne re-
spicias sacrificia eox̄. Tu scis q̄ nec asellum
q̇dē vnq̄ acceperim ab eis nec afflixeri quē-
piā eox̄. Dixitq̄ ad chore: Tu ⁊ oīs congre-
gatio tua state seorsū corā dn̄o: ⁊ aaron die
crastino separati. Tollite singuli thuribula
vr̄a. ⁊ ponite sup̱ ea incensū offerētes dn̄o du-
cēta q̇nq̄gita q̇nq̄ thuribula: aaron q̊q̄ teneat
thuribulū suū. Q̄d cū fecissent stātib⁹ moyse
⁊ aaron ⁊ coaceruassent aduersum eos oēm
multitudinē ad ostiū tabernaculi. apparuit
cunct̄ glia dn̄i. Locutusq̄ dn̄s ad moysen ⁊
aaron. ait: Sep̱amini de medio ꝯgregatiōis
hui⁹ ut eos repēte disp̱dā. Qui ceciderūt ꝑni
in faciē atq̄ dixerūt: Fortissime de⁹ spirituū
vniuerse carnis: nū vno peccante. ꝯ oēs ira
tua deseuiet? Et ait dn̄s ad moysen: Preci-
pe vniuerso ꝑp̄l̄o ut separet̄ a tab̄naculis cho-
re ⁊ dathan ⁊ abiron. Surrexitq̄ moyses ⁊
abijt ad dathan ⁊ abiron. ⁊ sequētib⁹ eū se-
niorib⁹ isrl̄ dixit ad turbā: Recedite a taber-
naculis impiox̄. ⁊ nolite tangē q̄ ad eos p̱ti-
nēt. ne iuoluamini i pctīs eox̄. Cūq̄ recessis-
sent a tētorijs eox̄ p̱ circuitū: dathan ⁊ abi-
ron egressi stabāt i introitu papilionū suorū
cū vxoribus ⁊ liberis oīq̄ frequentia. Et ait
moyses: In h̄ scietis q̄ dn̄s miserit me ut fa-
cerē vniuersa q̄ cernit̄. ⁊ nō ex ꝓprio ea cor-
de ꝓtulerim. Si ꝯsueta hoiuꝫ morte iterierīt
⁊ visitauerit eos plaga q̄ ⁊ ceti visitari solēt:
suit filios suos iudices i isrl'. Fuitq;
nomen filij eius pmogeniti iohel. ⁊
nomẽ secũdi abia: iudicũ in bersabee. Et nõ
ambulauerũt filij illi⁹ i vijs ei⁹: s; declinaue-
rũt p⁹ auaritiã: acceperũtq; munera. ⁊ puer-
terunt iudiciũ. Cõgregati g̊ vniũsi maiores
natu isrl' venerũt ad samuelẽ i ramatha: di-
xerũtq; ei: Ecce tu senuisti. ⁊ filij tui nõ am-
bulãt i vijs tuis. Cõstitue nobis regẽ: ut iu-
dicet nos: sicut ⁊ vniuerse habẽt nationes.
Displicuitq; sermo i oculis samuelis: eo q̃ di-
xissent: da nob̃ regẽ ut iudicet nos. Et ora-
uit samuel ad dñm. Dixit ãt dñs ad samuelẽ
Audi vocẽ ppl'i i oib⁹ q̃ loquũt̃ tibi. Nõ eni
te abiecerũt s; me: ne regnem sup eos. Juxta
oia opa sua q̃ fecerũt a die qua eduxi eos de
egypto vsq; ad diẽ hãc: sicut dereliqrunt me
⁊ seruierũt dijs alienis: sic faciũt etiam tibi.
Nũc g̊ vocẽ eoꝝ audi. Uerũtñ ꝯtestare eos
⁊ p̃dic eis ius reg̃ q̇ regnatur⁹ ẽ sup eos. Di-
xit itaq; samuel oia v̾ba dñi ad ppl'm q̇ petie
rat a se regẽ. ⁊ ait: Hoc erit ius regis q̇ ipera-
tur⁹ ẽ vob̃. Filios vr̃os tollet ⁊ ponet i cur-
rib⁹ suis: facietq; sibi eqtes ⁊ p̃cursores q̃-
drigaꝝ suaꝝ. ⁊ ꝯstituet sibi tribunos ⁊ cẽtu-
riones. ⁊ aratores agroꝝ suoꝝ. ⁊ messores
segetũ. ⁊ fabros armoꝝ ⁊ curruũ suoꝝ. Filias
q̊q; vr̃as faciet sibi vnguentarias ⁊ focarias
⁊ panificas. Agros q̊q; vr̃os ⁊ vineas ⁊ oli-
ueta optima tollet. ⁊ dabit huis suis. S; ⁊
segetes vr̃as ⁊ vinearũ redditus addecima-
bit: ut det eunuchis ⁊ famulis suis. Seruos
etiã vestros ⁊ ãcillas ⁊ iuuenes optimos ⁊
asinos auferet. ⁊ ponet i ope suo. Greges q̊q;
vestros addecimabit: vosq; eritis ei serui.

Et clamabitis in die illa a facie regis vestri quem elegistis vobis. ⁊ nō exaudiet vos dominus in die illa: quia petistis vobis regem. Noluit aūt populus audire vocē samuelis. sed dixerūt: Nequaq̄. Rex eni erit sup nos ⁊ erimus nos quoq̄ sicut omnes gentes. ⁊ iudicabit nos rex nr̄. ⁊ egredieť ante nos. ⁊ pugnabit bella nostra ꝓ nobis. Et audiuit samuel oīa verba ppl'i. ⁊ locut⁹ est ea in auribus dn̄i. Dixit aūt dn̄s ad samuelē. Audi vocē eoꝝ. ⁊ constitue sup eos regem. Et ait samuel ad viros israhel: Vadat vnusq̄sq̄ i ciuitatem suam.

CIX

Et erat vir de beniamin noīe Cis filius abiel. filij seor. filij bechor. filij sareth. filij aphia. filij viri gemini fortis robore. Et erat ei filius vocabulo saul electus ⁊ bonus. ⁊ nō erat vir de filijs isrl' melior illo. Ab humero ⁊ sursū eminebat super oēm ppl'm. Perierant aūt asine cis p̄ris saul Et dixit cis ad saul filiū suū. Tolle tecū vnū de pueris. ⁊ ꝯsurgēs vade ⁊ q̄re asinas. Qui cū transissent p montē effraim ⁊ p t̄rā salisa ⁊ nō iuenissent. transierūt etiā p t̄rā salim. ⁊ nō erāt: s; ⁊ p t̄rā gemini. ⁊ minime reppererunt. Cū aūt venissent in t̄rā suph. dixit saul ad puerū q erat cū eo. Veni ⁊ reuertamur: ne forte dimiserit p̄r me⁹ asinas ⁊ sollicitus sit ꝓ nobis. Qui ait ei: Ecce vir dei ē i ciuitate hac vir nobilis. oē qd loq̄ť sine ambiguitate venit. Nūc ergo eamus illuc. si forte indicet nobis de via nr̄a. ꝓpter quā venim⁹. Dixitq̄ saul ad pueꝝ suū: Ecce ibim⁹. Quid ferem⁹ ad virū dei? Panis defecit in sitarcijs nr̄is. ⁊ sportulā nō habemus ut demus hoī dei. nec q̄cq̄ aliud. Rursū puer r̄ndit sauli. ⁊ ait: Ecce inuēta ē i manu mea q̄rta ps stateris argēti: dem⁹ hoī dei. ut indicet nobis viā nostrā. Olim in isrl' sic loq̄bať vnusq̄sq̄: vadēs cōsulere deū. Venite ⁊ eam⁹ ad vidētē. Qui. n. ꝓpha diciť hodie: vocabať olim videns. Et dixit saul ad pueꝝ suū: Optim⁹ sermo tuus Veni eam⁹. Et ierūt in ciuitatē in q̄ erat vir dei. Cūq̄ ascenderēt cliuū ciuitatis inuenerūt puellas egrediētes ad hauriēdā aquam. ⁊ dixerūt eis: Nū hic ē videns? Que r̄ndētes dixerūt illis: Hic ē. Ecce an̄ te. Festina nunc hodie. n. venit i ciuitatē: q̄a sacrificiū ē hodie ppl'i in excelso. Ingrediētes vrbē statim iuenietis eū: an̄q̄ ascēdat excelsū ad vescendū. Neq̄. n. comessur⁹ ē ppl'us donec ille veniat: q̄a ipse bn̄dicet hostie. ⁊ deinceps comedent q vocati sūt. Nūc ergo conscendite: q̄a hodie repietis eū. Et ascenderūt in ciuitatem Cūq̄ ambularēt i medio vrbis. apparuit samuel egrediens obuiam eis. ut ascenderet i excelsū. Dn̄s aūt reuelauerat auriculam samuelis an̄ vnā diē q̄ veniret saul dicēs: Hac ipsa hora q̄ nūc est. cras mittā virū ad te de t̄ra beniamin. ⁊ vnges eū ducē sup populum meū isrl'. Et saluabit ppl'm meū de manu philistinoꝝ: q̄a respexi ppl'm meū. Venit. n. clamor eoꝝ ad me. Cūq̄ aspexisset samuel saulem. dn̄s dixit ei: Ecce vir quē dixeram tibi. Iste dn̄abiť ppl'o meo. Accessit aūt saul ad samuelem in medio porte. ⁊ ait: Indica oro mihi. vbi ē dom⁹ videntis? Et r̄ndit samuel sauli dicens: Ego sū vidēs. Ascēde an̄ me in excelsū ut comedas mecū hodie. ⁊ dimittam te mane. ⁊ oīa q̄ sūt i corde tuo indicabo tibi Et de asinis q̄s nudiusterti⁹ ꝑdidisti ne sollicit⁹ sis. q̄a iuēte sūt. Et cui⁹ erūt optima q̄q̄ isrl'? Nōne tibi ⁊ oī domui p̄ris tui? Rn̄dens aūt saul ait: Nūqd nō fili⁹ gemini ego sū de mima tribu isrl'. ⁊ cognatio mea nouissima inť oēs familias de tribu beniamin? Quare ergo locut⁹ es mihi sermonē istū? Assumēs itaq̄ samuel saulē ⁊ pueꝝ ei⁹. introduxit eos i trichiniū. ⁊ dedit eis locū in capite eoꝝ qui fuerāt iuitati. Erant. n. q̄si triginta viri. Dixitq̄ samuel coco: Da partē quā dedi tibi ⁊ p̄cepi ut reponeres seorsū apud te. Leuauit aūt cocus armū. ⁊ posuit an̄ saul. Dixitq̄ samuel: Ecce qd remāsit: pone an̄ te ⁊ comede quia de industria seruatū ē tibi qn̄ populum vocaui. Et comedit saul cū samuele i die illa Et descenderūt de excelso in oppidū. ⁊ locut⁹ est cum saule in solario. strauitq̄ saul i solario ⁊ dormiuit. Cūq̄ mane surrexissent ⁊ iā dies lucescēt. vocauit samuel saulē i solario dicēs: Surge ut dimittā te. Et surrexit saul. Egressi sūt ambo. ipse videl; ⁊ samuel. Cūq̄ descenderēt in extrema pte ciuitatis. samuel dixit ad saul: Dic puero ut antecedat nos ⁊ trāseat. Tu aūt subsiste paulisper ut indicem tibi verbum dn̄i.

CX

Tulit autē samuel lenticulam olei. ⁊ effudit sup caput eius. ⁊ deosculat⁹ est eum. ⁊ ait: Ecce vnxit te domin⁹ super hereditatem suā in principem. Cumq̄ abieris hodie a me: inuenies duos viros iuxta sepulchrū rachel in finibus beniamin

No.

hec sitarchia . e . ē uas repositoriū sic [illegible] ... hec cistarchia q̄i cista ꝑ archa

h statere . in . me . [illegible] appendes [illegible] ... semissis

cliuus . ui . ē ascensus montuosus .

in meridie· dicētqꝫ tibi: Inuente sūt asine ad qs ieras ꝑquirendas. ⁊ intermissis pat tuus asinis sollicitꝰ ē ꝓ vob̄. ⁊ dicit: Quid faciā de filio meo? Cūqꝫ abieris inde. ⁊ vltra trāsierꝭ ⁊ veneris ad quercū thabor· iuenīēt te tres viri ascēdētes ad deū in bethel· vnꝰ portans tres hedos. ⁊ aliꝰ tres tortas panis. ⁊ alius portās lagenā vini. Cūqꝫ te salutauerint dabūt tibi duos panes. ⁊ accipies de māu eoꝝ. Post hec venies i collē dn̄i vbi ē statio philistinoꝝ. Et cū ingressus fueris ibi vrbem: obuiū habebis gregē ꝓph̄aꝝ descendētiū de excelso. ⁊ ante eos psalteriū ⁊ tympanū ⁊ tibiā ⁊ cithará· ipsosqꝫ ꝓphetātes. ⁊ insiliet in te spūs dn̄i. ⁊ ꝓph̄abis cū eis. ⁊ mutaberꝭ in virū aliū. Qn̄ g̊ euenerint signa h̄ oīa tibi: fac q̄cūqꝫ iuenerit manꝰ tua: qa dn̄s tecū ē. Et descēdes an̄ me i galgala. Ego quippe descendā ad te ut offeras oblationē. ⁊ imoles victimas pacificas. Septē diebꝰ expectabis donec veniā ad te. ⁊ ostendā tibi que facias. Itaqꝫ cū auertisset humerū suū ut abiret a samuele imutauit ei deꝰ cor aliud. ⁊ venerūt oīa signa h̄ i die illa. Venerūtqꝫ ad ꝑdictū collē. ⁊ ecce cuneꝰ ꝓph̄aꝝ obuiꝰ ei. Et isiluit sup eū spūs dn̄i. ⁊ ꝓph̄auit i medio eoꝝ. Videntes aūt oēs qui nouerant eū heri ⁊ nudiustertiꝰ ꝙ eēt cū ꝓph̄is ⁊ ꝓph̄aret· dixerunt ad iuicē: Que nā res accidit filio cis? Nū ⁊ saul int̄ ꝓph̄as? Rn̄ditqꝫ aliꝰ ad alteꝝ dicēs Et q̇s p̄r eiꝰ? Propterea v̄sū ē i ꝓuerbiū. Nū ⁊ saul int̄ ꝓph̄as? Cessauit aūt ꝓph̄are. ⁊ venit ad excelsū. Dixitqꝫ patruus saul ad eū ⁊ ad pueꝝ eius: Quo abistis? Qui rn̄derunt. Querē asinas. Quas cū nō repperissemꝰ· venimꝰ ad samuelē. Et dixit ei patruꝰ suꝰ: Indica mihi q̇d dixerit tibi samuel. Et ait saul ad patruū suū. Indicauit nobis· qa inuente eēnt asine. De sermone aūt regni nō indicauit ei: quē locutꝰ fuerat ei samuel. Et ꝯuocauit samuel ꝑpl̄m ad dn̄m i masphat. ⁊ ait ad filios isrl̄: Hec dicit dn̄s deꝰ isrl̄. Ego eduxi isrl̄ de egypto. ⁊ erui vos de manu egyptioꝝ ⁊ de manu oīuꝫ regū q̇ affligebāt vos. Vos aūt hodie ꝓiecistis dn̄m deū vr̄m· q sol̄ꝰ saluauit vos de vniūsis malis ⁊ tribulationibꝰ vr̄is. ⁊ dixistis: Nequaq̄: s̄ regem constitue sup nos. Nūc g̊ state corā dn̄o ꝑ tribꝰ vr̄as ⁊ ꝑ familias. Et applicuit samuel oēs tribus isrl̄. ⁊ cecidit sors super tribū beniamin. Et applicuit tribū beniamin ⁊ cognationes eiꝰ ⁊ cecidit sup cognationē methri. ⁊ peruenit vsqꝫ ad saul filiū cis. Quesierūt ergo eū. ⁊ nō est inuētꝰ. Et ꝯsuluerūt pꝰ h̄ dn̄m vtꝝ nā venturꝰ eēt illuc. Rn̄ditqꝫ dn̄s: Ecce abscōditꝰ est domi. Cucurrerūt itaqꝫ ⁊ tulerunt eū inde· stetitqꝫ in medio ꝑpl̄i. ⁊ altior fuit vniuerso ꝑpl̄o ab humero ⁊ sursū. Et ait samuel ad oēm ꝑpl̄m: Certe videtis quē elegit dn̄s· q̄m nō sit silis illi i oī ꝑpl̄o. Et clamauit oīs ꝑpl̄us. ⁊ ait: Viuat rex. Locutꝰ ē aūt samuel ad ꝑpl̄m legem regni. ⁊ scripsit in libro. ⁊ reposuit coram dn̄o. Et dimisit samuel oēm populū· singulos i domū suā. Sed ⁊ saul abijt in domū suā i gabaa. Et abijt cū eo pars exercitus· q̄ꝝ tetigerat deus corda. Filij v̄o belial dixerūt. Nū saluare nos poterit iste? Et despexerūt eū. ⁊ nō attulerūt ei munera. Ille v̄o dissimulabat se audire

C XI

Et factū ē q̄i pꝰ mensem· ascēdit naas ammonites. ⁊ pugnare cepit aduersum iabes galaad· dixerūtqꝫ oēs viri iabes ad naas. Habeto nos federatos ⁊ ꝯuiemꝰ tibi. Et rn̄dit ad eos naas āmonites. In h̄ feriā vobiscū fedꝰ· ut eruā oīuꝫ vestrū oculos dextros: ponāqꝫ vos opprobriū i vniuerso isrl̄. Et dixerūt ad eū seniores iabes. Cōcede nobis septē dies· ut mittamꝰ nūcios ad vniuersos terminos isrl̄. ⁊ si nō fuerit q̇ defendat nos egrediemur ad te. Venerūt g̊ nūcij i gabaa saulis. ⁊ locuti sūt v̄ba h̄ audiēte ꝑpl̄o. Et leuauit oīs ꝑpl̄us vocē suā ⁊ fleuit. Et ecce saul veniebat sequēs boues de agro. ⁊ ait: Quid hꝫ ꝑpl̄us ꝙ plorat? Et narrauerūt ei v̄ba viroꝝ iabes. Et isiluit spūs dn̄i in saul cū audisset h̄ v̄ba. ⁊ iratꝰ ē furor eiꝰ nimis. Et assumēs vtrūqꝫ bouē cōcidit in frusta: misitqꝫ in oēs terminos isrl̄ per manū nūcioꝝ dicēs: Quicūqꝫ nō exierit. ⁊ secutus fuerit saul ⁊ samuel· sic fiet bobus eiꝰ. Inuasit g̊ timor dn̄i ꝑpl̄m. ⁊ egressi sūt q̄si vir vnꝰ ⁊ recensuit eos in bezeth. Fuerūtqꝫ filioꝝ isrl̄ trecenta milia· viroꝝ aūt iuda triginta milia. Et dixerūt nūcijs q̇ venerāt. Sic dicetis viris q̇ sūt in iabes galaad. Cras erit vobis salꝰ cū icaluerit sol. Venerūt g̊ nūcij ⁊ nūciauerūt viris iabes. Qui letati sūt. ⁊ dixerūt: Mane exibimꝰ ad vos. ⁊ facietꝭ nobis oē q̇ placuerit vobis. Et factū est cū dies crastinus venisset: cōstituit saul ꝑpl̄m in tres ꝑtes Et igressꝰ ē media castra i vigilia matutina ⁊ ꝑcussit āmon vsqꝫ dū icalescēt dies. Reliq̄

aũt diſpſi ſũt ita ut nõ relinq̃rent̃ ex eis duo pariť. Et ait ꝑpl'ꝯ ad ſamuelem: Quis ẽ iſte q̇ dixit: ſaul nõ regnabit ſup nos? Date viros ⁊ interficiem⁹ eos. Et ait ſaul. Nõ occideť q̇ſq̄ in die hac: q̇a hodie fecit dñs ſalutem in iſrľ. Dixit aũt ſamuel ad ꝑpl'm. Venite ⁊ eamus in galgala. ⁊ inouem⁹ ibi regnum. Et perexit oĩs ꝑpl'us i galgala. ⁊ fecerũt ibi regẽ ſaul corã dño i galgala. Et imolauerũt ibi victimas pacificas corã dño. Et letat⁹ ẽ ibi ſaul. ⁊ cũcti viri iſrľ nimis. CXII

Dixit aũt ſamuel ad vniuerſum iſrľ: Ecce audiui vocem vr̃am iuxta oĩa q̄ locuti eſtis ad me. ⁊ conſtitui ſup vos regẽ. Et nũc rex gradiť añ vos. Ego aũt ſenui ⁊ incanui. Porro filij mei vobiſcũ ſunt. Itaq̄ cõuerſat⁹ corã vob̄ ab adoleſcẽtia mea vſq̄ ad hãc diẽ ecce p̄ſto ſũ. Loq̇mini de me corã dño ⁊ corã xp̄o ei⁹: vtꝝ bouem cuiuſq̄ tulerim aut aſinũ: ſi quẽq̄ calũniat⁹ ſum: ſi oppreſſi aliquẽ: ſi de manu cuiuſq̄ munus accepi. ⁊ ɔtemnã illud hodie reſtituãq̄ vobis. Et dixerũt: Nõ es calũniatus nos: neq̄ oppreſſiſti: neq̄ tuliſti de manu alicui⁹ quippiã. Dixitq̄ ad eos: Teſtis eſt dñs aduerſũ vos ⁊ teſtis chriſtus eius in die hac: q̇a non inueneritis i manu mea quippiã. Et dixerunt: Teſtis. Et ait ſamuel ad ꝑpl'm: Dñs q̇ fecit moyſen ⁊ aaron. ⁊ eduxit pr̄es nr̄os de terra egypti: adeſt. Nũc ḡ ſtate ut iudicio contendam aduerſũ vos corã dño: de omnib⁹ miſericordijs dñi q̄s fecit vobiſcũ ⁊ cũ patrib⁹ vr̄is: quõ iacob ingreſſus ẽ in egyptũ. ⁊ clamauerũt pr̄es vr̄i ad dñm. ⁊ miſit dñs moyſen ⁊ aaron. ⁊ eduxit pr̄es vr̄os de egypto. ⁊ collocauit eos i loco hoc. Qui obliti ſũt dñi dei ſui. ⁊ tradidit eos in manus ſyſare mḡri militie aſor. ⁊ i manu philiſtinoꝝ. ⁊ i manu regi moab. ⁊ pugnauerũt aduerſũ eos. Poſtea aũt clamauerũt ad dñm ⁊ dixerũt. Peccauim⁹: quia dereliquim⁹ dñm. ⁊ ſeruiuim⁹ baalim ⁊ aſtaroth. Nũc ḡ erue nos de mãu inimicoꝝ noſtroꝝ. ⁊ ſeruiemus tibi. Et miſit dominus hierobaal ⁊ badan ⁊ barach ⁊ iepte ⁊ ſamuel. ⁊ eruit vos de manu inimicoꝝ vr̄oꝝ ꝑ circuitũ. ⁊ habitaſtis ɔfidenter. Videntes aũt q̄ naas rex filioꝝ ãmon veniſſet aduerſũ vos: dixiſtis mihi: neq̄q̄: ſ; rex imperabit nobis: cũ dñs de⁹ veſter regnet i nobis. Nũc ḡ p̄ſto ẽ rex veſter quẽ elegiſtis ⁊ petiſtis. Ecce dedit vob̄ dñs regẽ. Si timueritis dñm ⁊ ſeruieritis ei. ⁊ audieritis vocẽ ei⁹. ⁊ nõ exaſperaueritis os dñi: eritis ⁊ vos ⁊ rex q̇ imperat vob̄ ſequẽtes dñm deũ vr̄m. Si aũt non audieritis vocẽ dñi: ſed exaſperaueritis ſermones ei⁹: erit man⁹ dñi ſup vos ⁊ ſup pr̄es veſtros. Sed ⁊ nũc ſtate ⁊ videte rem iſtã grandem quã factur⁹ ẽ dñs i ɔſpectu vr̄o. Nunq̇d nõ meſſis tritici ẽ hodie? Inuocabo dñm ⁊ dabit voces ⁊ pluuias. ⁊ ſcietis ⁊ videbitis q̇a grãde malũ feceritis vobis i ɔſpectu dñi petẽtes ſup vos regem. Et clamauit ſamuel ad dñm. ⁊ dedit dñs voces ⁊ pluuias in illa die. Et timuit oĩs populus nimis dñm ⁊ ſamuelẽ. Et dixit vniuerſus ꝑpl'us ad ſamuelem. Ora pro ſeruis tuis ad dñm deũ tuũ ut non moriamur. Addidim⁹ .n. vniuerſis peccatis noſtris malũ: ut peterem⁹ nobis regẽ. Dixit autem ſamuel ad ꝑpl'm. Nolite timere. Vos feciſtis vniuerſũ malũ h̄. Verũtñ nolite recedẽ a tergo dñi: ſed ſeruite dño in omni corde veſtro. ⁊ nolite declinare p⁹ vana que nõ ꝓderũt vob̄: neq̄ eruẽt vos: q̇a vana ſũt ⁊ nõ derelinquet dñs ꝑpl'm ſuũ ꝓpter nomẽ ſuũ magnũ: q̇a iurauit dñs facẽ vos ſibi populũ. Abſit aũt a me h̄ pctm̃ i dño ut ceſſem orare ꝓ vob̄. ⁊ docebo vos viã bonã ⁊ rectã. Igiť timete dñm. ⁊ ſeruite ei i ꝟitate. ⁊ ex toto corde vr̄o. Vidiſtis .n. magnifica q̄ i vobis geſſerit dñs. Qȝ ſi pſeueraueritis in malitia: ⁊ vos ⁊ rex veſter pariter peribitis. CXIII

Filius vni⁹ ãni erat ſaul cũ regnare cepiſſet: duob⁹ autẽ annis regnauit ſup iſrľ. Et elegit ſibi ſaul tria milia de iſrľ. Et erãt cũ ſaul duo milia i machmas ⁊ in monte bethel: mille aũt cũ ionatha i gabaa beniamin. Porro ceterũ ꝑpl'm remiſit vnũquẽq̄ i tabnacula ſua. Et ꝑcuſſit ionathas ſtationẽ philiſtinoꝝ que erat in gabaa. Qd̃ cũ audiſſent philiſtijm: ſaul cecinit buccina in oĩ tr̄a dicẽs: Audiãt hebrei. Et vniuerſus iſrľ audiuit huiuſcemodi famã: ꝑcuſſit ſaul ſtationẽ philiſtinorũ. Et erexit ſe iſrľ aduerſus philiſtijm. Clamauit ergo ꝑpl'ꝯ p⁹ ſaul i galgala. ⁊ philiſtijm ɔgregati ſunt ad preliandũ ɔ̄ iſrľ: triginta milia curruũ. ⁊ ſex milia eq̇tũ. ⁊ reliquũ vulg⁹ ſicut arena q̄ eſt i littore marị plurima. Et aſcẽdẽtes caſtrametati ſũt i machmas ad orientẽ bethauen. Qd̃ cũ vidiſſent viri iſrľ ſe i arto poſitos: afflictus .n. erat ꝑpl'us: abſconderunt ſe in ſpeluncis ⁊ in abditis: in petris q̊q̄ ⁊ i antris ⁊ in

cisternis. Hebrei aūt transierunt iordanē in trā gad ⁊ galaad. Cūqꝫ adhuc eēt saul i galgala vniuersus pplꝰ pterritꝰ ē q̄ seq̄baꝛ eū Et expectauit septē diebus iuxta placitū samuelis. ⁊ nō venit samuel in galgala. Dilapsusqꝫ ē pplꝰ ab eo. Ait ḡ saul: Afferte mi holocaustum ⁊ pacifica. Et obtulit holocaustū. Cūqꝫ cōplesset offerens holocaustū. ecce samuel veniebat. Et egressus est saul obuiā ei ut salutaret eū. Locutusqꝫ ē ad eū samuel Quid fecisti? Rn̄dit saul. Quia vidi q̄ populꝰ dilaberetꝛ a me. ⁊ tu nō veneras iux̄ placitos dies. Porro philistijm cōgregati fuerant i machmas. dixi: Nūc descendēt philistijm ad me in galgala. ⁊ faciē dn̄i nō placaui. Necessitate cōpulsus: obtuli holocaustū dn̄o. Dixitqꝫ samuel ad saul: Stulte egisti: nec custodisti mandata dn̄i dei tui que p̄cepit tibi. Quod si nō fecisses: iā nūc p̄parasset dn̄s regnū tuū sup̄ isrl̄ in sempit̄nū. Sed nequaq̄ regnū tuū vltra cōsurget. Quesiuit dn̄s sibi virū iux̄ cor suū. ⁊ p̄cepit ei dn̄s ut esset dux sup̄ pplm suū. eo q̄ nō seruaueris que p̄cepit dn̄s. Surrexit aūt samuel. ⁊ ascendit de galgalis i gabaa beniamin. Et reliq̄ ppl̄i ascenderūt pꝰ saul obuiā pplo q̄ expugnabāt eos: veniētes de galgala i gabaa i colle beniamī. Et recensuit saul pplm q̄ inuēti fuerāt cū eo q̄si sexcētos viros. ⁊ saul ⁊ ionathas filiꝰ eiꝰ pplꝰsqꝫ q̄ inuentꝰ fuerat cū eis erat in gabaa beniamin. Porro philistijm consederant in machmas. Et egressi sūt ad p̄liādū de castris philistinoꝝ tres cunei. Unus cuneꝰ pgebat ꝯ viā effraim ad terrā saul. Porro aliꝰ ingrediebaꝛ p̄ viā bethoron. Tertiꝰ aūt verterat se ad iter termini i t̄ra sabaa iminētis vallis seboim ꝯ desertū. Porro faber ferrarius nō īueniebaꝛ in oi terra isrl̄. Cauerant. n. philistijm: ne forte facerēt hebrei gladiū aut lanceam. Descendebat ḡ oīs isrl̄ ad philistijm ut acueret vnusq̄sqꝫ vomerē suū ⁊ ligonē ⁊ securim ⁊ tridētē ⁊ sarculū. Retuse itaqꝫ erant acies vomerū ⁊ ligonū ⁊ tridētiū ⁊ securiū vsqꝫ ad stimulū corrigēdū. Cūqꝫ venisset dies p̄lij nō est inuētꝰ ensis ⁊ lācea i manu totiꝰ ppl̄i q̄ erat cū saul ⁊ ionatha. excepto saul ⁊ ionatha filio eiꝰ. Egressa ē aūt statio philistijm ut trāscēderet in machmas.

C. XIIII

Et accidit i quadā die ut dicēt ionathas filiꝰ saul ad adolescentē armigerū suū. Ueni ⁊ transeamꝰ ad stationē philistinorū q̄ ē trans locū illū. Patri aūt suo h̄ ipsū nō idicauit. Porro saul morabaꝛ in extrema p̄te gabaa sub malog̃nato q̄ erat i agro gabaa. Et erat pplꝰ cum eo q̄si sexcētoꝝ viroꝝ. Et achias filiꝰ achitob fris ichabod filij phinees q̄ ortꝰ fuerat ex heli sacerdote dn̄i in sylo portabat ephot. Sꝫ ⁊ populus ig̃rabat q̄ iisset ionathas. Erāt aūt int̄ ascēsus p̄ quos nitebaꝛ ionathas trāsire ad stationem philistinorū eminentes petre ex vtraqꝫ p̄te. ⁊ q̄si in modū dentiū scopuli hinc inde p̄rupti. Nomē vni boses. ⁊ nomē alteri sene. Unꝰ scopulꝰ ꝓminēs ad aq̄lonē ex aduerso machmas. ⁊ alter ad meridiē ꝯ gabaa Dixit aūt ionathas ad adolescētē armigerū suū. Ueni trāseamꝰ ad stationē icircūcisorū hoꝝ. si forte faciat dn̄s ꝓ nobis. q̄a nō ē dn̄o difficile saluare uel i multis uel i paucis. Dixitqꝫ ei armiger suꝰ. Fac oia q̄ placēt aio tuo Perge q̄ cupis. ⁊ ero tecū vbicūqꝫ volueris. Et ait ionathas. Ecce nos trāsimꝰ ad viros istos. Cūqꝫ apparuerimꝰ eis. si taliter locuti fuerint ad nos. manete donec veniamus ad vos: stemꝰ i loco n̄ro: nec ascēdamꝰ ad eos. Si aūt dixerit ascēdite ad nos: ascēdamꝰ ad eos: q̄a tradidit eos dn̄s in manibꝰ nostris. Hoc erit nob̄ signū. Apparuit igiꝛ vterqꝫ stationi philistinorū. Dixerūtqꝫ philistijm. En hebrei egrediūꝛ de cauernis i q̄bꝰ abscōditi fuerāt. Et locuti sūt viri de statione ad ionathan ⁊ ad armigerū eiꝰ. dixerūtqꝫ. Ascēdite ad nos. ⁊ ostēdemꝰ vob̄ rem. Et ait ionathas ad armigerꝝ suū: Ascēdamus. Sequere me. Tradidit. n. dn̄s eos i manꝰ isrl̄. Ascēdit āt ionathas manibꝰ ⁊ pedibꝰ reptās. ⁊ armiger eius pꝰ eū. Itaqꝫ cū vidissent faciē ionathe: alij cadebāt an̄ ionathan: alios armiger eiꝰ interficiebat sequēs eū. Et facta ē plaga p̄ma quā p̄cussit ionathas ⁊ armiger eiꝰ q̄i viginti viroꝝ: i media p̄te iugeris. quā par boū i die arare ꝯsueuit. Et factū ē miraculū in castris ⁊ p̄ agros. Sꝫ ⁊ oīs pplꝰ statiōis eoꝝ q̄ ierāt ad p̄dandū obstupuit. ⁊ cōturbata sūt castra. Et accidit q̄si miraculū a deo. Et respexerūt speculatores saul q̄ erāt in gabaa beniamin. ⁊ ecce multitudo ꝓstrata. ⁊ huc illucqꝫ diffugiens. Et ait saul pplo q̄ erat cū eo. Req̄rite ⁊ videte q̄s abierit ex nob̄. Cūqꝫ req̄sissent: reptū ē nō adesse ionathan ⁊ armigerꝝ eius. Et ait saul ad achiam. Applica archam dn̄i. Erat. n. ibi archa dn̄i in die illa

cū filijs isrl'. Cūq3 loq̄ret saul ad sacerdotē:
tumult⁹ magn⁹ exort⁹ ē i castrꝭ philistinorū.
Crescebatq3 paulatī. 7 clari⁹ resonabat. Et
ait saul ad sacerdotē. Contrahe manū tuā.
Cōclamauit ḡ saul 7 oīs ppl'us q̇ erat cū eo
7 venerūt vsq3 ad locū certaminis. Et ecce
ꝟsus fuerat gladi⁹ vniuscuiusq3 ad ꝓximū
suū. 7 cedes magna nimis. Sz 7 hebrei qui
fuerāt cum philistijm heri 7 nudiustertius
ascenderantq3 cū eis in castris. reuersi sūt ut
eēnt cū isrl' 7 his qui erāt cū saul 7 ionatha.
Omnes q3 israhelite q̇ se abscōderāt ī mōte
effraim. audientes q͞p fugissent philistei: so-
ciauerūt se cū suis ī ꝓlio. Et erāt cū saul q̄si
decē milia viroꝝ. 7 saluauit dn̄s deus israhel
in die illa. Pugna aūt ꝑuenit vsq3 ad betha-
uen. Et viri isrl' sociati sūt sibi in die illa. Ad-
iurauit aūt saul ppl'm dicēs: Maledict⁹ vir
q̇ comederit panē vsq3 ad vesperā donec vl-
ciscar de īimicis meis. Et non manducauit
vniuersus ppl'us panē. Omnisq3 t̄re vulg⁹
venit ī saltū: ī q̄ erat mel sup̱ faciē agri. In-
gressus ē itaq3 ppl'us saltū. 7 apparuit fluēs
mel: nullusq3 applicuit manū ad os suū. Ti-
mebat n. ppl'us iuramētū. Porro ionathas
nō audierat cū adiuraret pat̄ ei⁹ ppl'm. Ex-
tenditq3 sūmitatē ꝟge quā habebat ī manu
7 intinxit in fauū mellis. Et cōuertit manū
suā ad os suū. 7 illuminati sūt oculi ei⁹. Re-
spondensq3 vn⁹ de ppl'o ait: Iureiurādo con-
strinxit pat̄ tuus ppl'm dicēs: Maledict⁹ vir
q̇ comederit panē hodie. Defecerat autē po-
pulus. Dixitq3 ionathas. Turbauit pr̄ me⁹
terrā. Vidistis ipsi quia illuminati sūt oculi
mei. eo q͞p gustauerim paululū de melle isto:
quanto magꝭ si comedisset ppl'us de p̄da ini-
micoꝝ suoꝝ quā repꝑit? Nonne maior pla-
ga facta fuisset ī philistijm? Percusserunt ḡ
ī die illa philisteos a machmis vsq3 ī hailon
Defatigat⁹ ē aūt ppl's nimis. 7 ꝟsus ad p̄dā
tulit oues 7 boues 7 vitulos. 7 mactauerūt
ī t̄ra. Comeditq3 ppl'us cū sanguine. Nūcia-
uerūt autē sauli dicentes. q͞p popul⁹ peccasset
dn̄o comedēs cū sanguine. Qui ait. Preua-
ricati estis. Voluite ad me iam nūc saxum
grande. Et dixit saul: Dispg̱amini ī vulgus
7 dicite eis ut adducat ad me vnusq̇sq3 bouē
suū 7 arietē. 7 occidite sup̱ istud. 7 vescimini
7 non peccabitꝭ dn̄o comedētes cum sangui-
ne. Adduxit itaq3 oīs ppl'us vnusq̇sq3 bouē
in manu sua vsq3 ad noctē. 7 occiderūt ibi.

Edificauit aūt saul altare domino. Tuncq3
primum cepit edificare altare dn̄o. Et dixit
saul. Irruam⁹ sup̱ philisteos nocte. 7 vaste-
mus eos vsq3 dū illucescat mane: nec relin-
quam⁹ ex eis virū. Dixitq3 ppl'us: Omne q̇d
bonū tibi videtur ī oculis tuis. fac. Et ait sa-
cerdos. Accedam⁹ huc ad deū. Et consuluit
saul dn̄m dicēs: Nū ꝑsequar philistijm? Si
trades eos ī manu isrl'? Et nō rn̄dit ei ī die
illa. Dixitq3 saul: Applicate huc vniuersos
angulos ppl'i. 7 scitote 7 videte ꝑ quē accide-
rit h̄ pctm̄ hodie. Viuit dn̄s saluator isrl': q̇a
si ꝑ ionathan filiū meū factū ē. absq3 retrac-
tatione morietr̄. Ad q̇d null⁹ cōtradixit ei de
oī ppl'o. Et ait ad vniuersū isrl': Separami-
ni vos in partē vnam. 7 ego cū ionatha filio
meo ero ī ꝑte altera. Rn̄ditq3 ppl'us ad saul:
Q̇d bonū tibi videtur in oculis tuis. fac. Et
dixit ad dn̄m deū isrl'. Dn̄e deus isrl' da iudi-
ciū: q̇d est q͞p non rn̄derꝭ seruo tuo hodie? Si
in me aut ī ionatha filio meo est iniq̄tas h̄-
da ostensionē. Aut si hec iniq̄tas ē ī populo
tuo. da scītatē. Et dep̄hensus est ionathas 7
saul: ppl'us autē exiuit. Et ait saul: Mittite
sortē int̄ me 7 inter ionathan filiū meum. Et
capt⁹ ē ionathas. Dixit aūt saul ad ionathā
Indica mihi q̇d fecerꝭ. Et indicauit ei iona-
thas. 7 ait: Gustās gustaui in sūmitate ꝟge
q̄ erat in manu mea paululū mellis. Et ecce
ego morior? Et ait saul: Hec faciat mihi de⁹
7 h̄ addat: q̇a morte morieris ionatha. Di-
xitq3 popul⁹ ad saul: Ergo ne ionathas mo-
rietr̄. q̇a fecit salutē hanc magnā in isrl'? Hoc
nephas ē. Viuit dn̄s: si ceciderit capill⁹ de ca-
pite ei⁹ in t̄rā: q̇a cū deo opat⁹ ē hodie. Libe-
rauit ḡ ppl'us ionathan ut nō moreretr̄. Re-
cessitq3 saul: nec ꝑsecut⁹ ē philistijm. Porro
philistijm abierūt ī loca sua. Et saul ꝯfirma-
to regno sup̱ isrl' pugnabat ꝑ circuitum ad-
uersū oēs inimicos ei⁹. ꝯ moab 7 filios am-
mon 7 edom 7 reges soba 7 philisteos. 7 q̄-
cūq3 se verterat sup̱abat. Cōgregatoq3 exer-
citu ꝑcussit amalech. 7 eruit isrl' de manu va-
statoꝝ eius. Fuerūt aūt filij saul: ionathas 7
iesui 7 melchisua. Et noīa duaꝝ filiaꝝ eius
nomē p̄mogenite merob. 7 nomen minoris
michol. 7 nomē vxoris saul achinoem filia
achimaas. Et nomē p̄ncipis militie ei⁹ ab-
ner filius ner: patruelis saul. Porro cis fuit
pat̄ saul. 7 ner pat̄ abner fili⁹ abiel. Erat āt
bellū potens aduersū philisteos: omnibus

dieb⁹ saul. Nam quecūq̧ viderat saul virū
forte ⁊ aptū ad preliū·sociabat eū sibi. C XV
T A dixit samuel ad saul: Me misit
dn̄s ut vngerē te in regem sup̄ p̄p̄lm
eius isrl̄. Nūc ḡ audi vocē dn̄i. Hec
dicit dn̄s exercituū. Recensui quecūq̧ fecit
amalech israheli quō restitit ei i via cū ascē-
deret de egypto. Nūc ḡ vade ⁊ p̄cute ama-
lech. ⁊ demolire vniuersa ei⁹. Nō parcas ei
⁊ nō cōcupiscas ex reb⁹ ipsi⁹ aliq̄d·s̄ interfi-
ce a viro vsq̧ ad mulierem. ⁊ paruulū atq̧
lactantē·bouē ⁊ ouē·camelū ⁊ asinū. Prece-
pit itaq̧ saul p̄p̄lo. ⁊ recensuit eos q̄si agnos
ducenta milia peditū. ⁊ decem milia virorū
iuda. Cūq̧ venisset saul vsq̧ ad ciuitatē ama
lech: tetendit insidias in torrēte. Dixitq̧ saul
cineo: Abite·recedite·atq̧ discedite ab ama-
lech: ne forte inuoluam te cū eo. Tu enī feci-
sti misericordiā cū oib⁹ filijs isrl̄: cū ascēde-
rēt de egypto. Et recessit cine⁹ de medio ama-
lech. Percussitq̧ saul amalech ab euila: do-
nec venias sur q̄ est e regione egypti. Et ap-
prehendit agag regē amalech viuū. Omne
aūt vulg⁹ interfecit i ore gladij. Et pepcit saul
⁊ p̄p̄ls agag. ⁊ optimis gregibus ouiū ⁊ ar-
mentoꝝ ⁊ vestib⁹ ⁊ arietib⁹ ⁊ vniuersis que
pulchra erāt·nec voluerūt disp̄dē ea. Quic-
quid ḡ vile fuit ⁊ reprobū: hoc demoliti sūt.
Factū ē aūt v̄bū dn̄i ad samuel dicēs: Peni-
tet me ꝙ ꝯstituerī saul regē·q̄a dereliq̄t me. ⁊
v̄ba mea ope nō ipleuit. Cōtristatusq̧ ē sa-
muel. ⁊ clamauit ad dn̄m tota nocte. Cūq̧
de nocte surrexisset samuel ut iret ad saul ma
ne: nūciatū est samueli eo ꝙ venisset saul in
carmelū. ⁊ erexisset sibi fornicē triūphalē. ⁊
reuersus trāsisset: descēdissetq̧ i galgala. Ve-
nit ergo samuel ad saul. ⁊ saul offerebat ho-
locaustū dn̄o de initijs p̄daꝝ q̄ attulerat ex
amalech. Et cum venisset samuel ad saul·di-
xit ei saul: Benedict⁹ tu dn̄o. Impleui v̄bū
dn̄i. Dixitq̧ samuel: Et que est h̄ vox gregū
q̄ resonat i aurib⁹ meis. ⁊ armētoꝝ quā ego
audio? Et ait saul: De amalech adduxerūt
ea. Pepcit.n.p̄p̄ls melioꝛib⁹ ouib⁹ ⁊ armē-
tis ut imolarēt dn̄o deo tuo: reliqua v̄o oc-
cidim⁹. Ait aūt samuel ad saul: Sine me ⁊
indicabo tibi q̄ locutus sit dn̄s ad me nocte
Dixitq̧ ei: Loq̄re. Et ait samuel. Nonne cū
paruul⁹ eēs i oculis tuis·caput in tribubus
isrl̄ factus es? Unxitq̧ te dn̄s i regē sup̄ isrl̄
⁊ misit te dn̄s i viam. ⁊ ait: Vade ⁊ interfice
pctōres amalech. ⁊ pugnabis ꝯ eos vsq̧ ad
internitionē eoꝝ. Quare ḡ nō audisti vocē
dn̄i: s̄ versus ad p̄dā es. ⁊ fecisti malū i ocu-
lis dn̄i? Et ait saul ad samuelē. Immo audi-
ui vocē dn̄i. ⁊ ambulaui i via p̄ quam misit
me domin⁹. ⁊ adduxi agag regē amalech. ⁊
amalech interfeci. Tulit aūt de p̄da p̄p̄ls oues
⁊ boues p̄mitias eoꝝ que cesa sūt ut imolet
dn̄o deo suo in galgalis. Et ait samuel. Nū-
quid vult domin⁹ holocausta aut victimas
⁊ non potius ut nō obediatur voci domini?
Melior ē.n. obediētia q̄ victime. ⁊ auscul-
tare magis q̄ offerre adipem arietū·qm̄ q̄si
pctm̄ ariolādi est repugnare. ⁊ quasi scelus
idolatrie nolle acq̄escere. Pro eo ḡ ꝙ abie-
cisti sermonem dn̄i: abiecit te dn̄s ne sis rex.
Dixitq̧ saul ad samuelē: Peccaui: q̄a p̄uari-
catus sū sermonē dn̄i. ⁊ verba tua·timens
p̄p̄lm. ⁊ obediēs voci eoꝝ. Sz nūc porta q̄so
pctm̄ meū. ⁊ reuertere mecū ut adorē dn̄m.
Et ait samuel ad saul: Non reuertar tecū·q̄a
ꝓiecisti sermonem dn̄i. ⁊ ꝓiecit te dn̄s·ne sis
rex sup̄ isrl̄. Et conuersus ē samuel ut abiret
Ille aūt app̄hēdit sūmitatē pallij ei⁹: que ⁊
scissa ē. Et ait ad eū samuel: Scidit dn̄s re-
gnū isrl̄ a te hodie. ⁊ tradidit illud ꝓximo tuo
meliori te. Porro triūphator in isrl̄ non par-
cet. ⁊ penitudine nō flectet̄. Neq̧.n. hō ē ut
agat pn̄iam. At ille ait: Peccaui. Sz nūc ho
nora me corā seniorib⁹ p̄p̄li mei ⁊ corā isrl̄. ⁊
reuertere mecū ut adorē dn̄m deū tuū. Re-
uersus ḡ samuel·secut⁹ ē saulē. Et adorauit
saul dn̄m. Dixitq̧ samuel: Adducite ad me
agag regē amalech. Et oblatus ē ei agag
pinguissim⁹ tremēs. Et dixit agag: Siccine
sep̄at amara mors? Et ait samuel: Sicut
fecit absq̧ liberis mulieres gladius tuus: sic
absq̧ liberis erit int̄ mulieres mat̄ tua. Et
in frusta cōcidit eū samuel corā dn̄o i galga-
lis. Abijt aūt samuel in ramatha: saul v̄o
ascēdit i domū suā i gabaa. Et non vidit sa-
muel vltra saul vsq̧ i diē mortis sue. Verū-
tn̄ lugebat samuel saul: qm̄ dn̄m penitebat
ꝙ cōstituisset regē saul sup̄ israhel. C XVI
D Ixitq̧ dn̄s ad samuelē. Usq̧quo tu
luges saul: cū ego ꝓiecerim eum ne
regnet super isrl̄? Imple cornu tuū
oleo. ⁊ veni ut mittā te ad isai bethleemiten.
Prouidi enī i filijs eius mihi regem. Et ait
samuel: Quō vadam? Audiet enī saul. ⁊ in-
terficiet me. Et ait dn̄s: Vitulū de armento

obia.

∴ hec plalanga. ge. l' hec phalanga. ge. l' phalanx. gis. d'r legio. vn̄ gdā. An̄ falā falerata falā frege falāgas.

tolles ī manu tua. ⁊ dices: Ad imolādū dn̄o veni. Et vocabis isai ad victimā. Et ego ostē dā tibi q̄d facias. ⁊ vnges quēcūq̧ mōstrauero tibi. Fecit ergo samuel sicut locutus est ei dn̄s. Venitq̧ in bethleē. Et āmirati sunt seniores ciuitatis occurrentes ei. Dixeruntq̧: Pacific⁹ ne ē ingressus tuus? Et ait: Pacificus. Ad imolandū dn̄o veni. Sctificamini: ⁊ venite mecū ut imolē. Sctificauit ergo isai ⁊ filios ei⁹. ⁊ vocauit eos ad sacrificiū. ⸿Cūq̧ ingressi eēnt. vidit heliab ⁊ ait: Nū corā dn̄o ē christ⁹ ei⁹? Dixit dn̄s ad samuelē. Ne respicias vultū ei⁹. neq̧ altitudinē stature eius qm̄ abieci eū. nec iuxta intuitū hoīs ego iudico. Hō. n. videt ea q̄ parēt. dn̄s autē intuet̄ cor. Et vocauit isai aminadab ⁊ adduxit eū corā samuel. Qui dixit: Nec hūc elegit dn̄s. Adduxit aūt isai samma. de q̄ ait: Etiā hūc nō elegit dn̄s. Adduxit itaq̧ isai septē filios suos corā samuel. Et ait samuel ad isai: Nō elegit dn̄s ex istis. Dixitq̧ samuel ad isai: Nūq̄d iam cōpleti sūt filij? Qui respondit: Adhuc reliquus ē puul⁹. ⁊ pascit oues. Et ait samuel ad isai: Mitte. ⁊ adduc eū. Nec n. discumbem⁹ p̄usq̄ huc ille veniat. Misit ergo ⁊ adduxit eum. ⸿Erat aūt rufus ⁊ pulcher aspectu. decoraq̧ facie. Et ait dn̄s: Surge ⁊ vnge eū. Ipse est eni. Tulit ergo samuel cornu olei. ⁊ vnxit eū ī medio fratꝝ ei⁹. Et directus ē spūs dn̄i a die illa ī dauid. ⁊ deinceps. Surgensq̧ samuel abijt ī ramatha. ⸿Spūs autē dn̄i recessit a saul. ⁊ exagitabat eum spūs nequā a dn̄o. Dixerūtq̧ serui saul ad eū: Ecce spūs dn̄i mal⁹ exagitat te. Jubeat dn̄s nr̄ rex ⁊ serui tui q̄ corā te sunt. q̄rent hoīem scientē psallere cithara: ut qn̄ arripuerit te spūs dn̄i mal⁹. psallat manu sua. ⁊ leui⁹ feras. Et ait saul ad seruos suos. Prouidete ergo mihi aliquē bn̄ psallētē. ⁊ adducite eū ad me. Et respondēs vn⁹ de puerꝭ ait: Ecce vidi filiū isai bethleemitē scientē psallē. ⁊ fortissimū robore. ⁊ virū bellicosū. ⁊ prudentē ī vbis. ⁊ virū pulchrū. ⁊ dn̄s ē cū eo. Misit ergo saul nūcios ad isai dicēs: Mitte ad me dauid filiū tuū q̄ ē ī pascuis. ⸿Tulit itaq̧ isai asinū plenū panib⁹. ⁊ lagenā vini. ⁊ hedū de capris vnū. ⁊ misit per manū dauid filij sui sauli. Et venit dauid ad saul. ⁊ stetit corā eo. At ille dilexit eū nimis ⁊ fact⁹ ē ei⁹ armiger. Misitq̧ saul ad isai dicēs: Stet dauid ī ꝯspectu meo. Inuenit. n. grām ī oculis meis. Igitur qn̄cūq̧ spūs dn̄i malus arripiebat saul dauid tollebat citharam ⁊ pcuciebat manu sua. ⁊ refocillabat̄ saul. ⁊ leui⁹ habebat. Recedebat. n. ab eo spūs malus.

CXVII

Congregātes aūt philistijm agmina sua ī p̄liū. cōuenerūt in socchot iude: ⁊ castrametati sunt int̄ socchot ⁊ azecha in finib⁹ domim. Porro saul ⁊ viri israhel cōgregati. venerūt in valle terebinthi. ⁊ direxerūt aciem ad pugnandū ꝯ philistijm. Et philistijm stabant sup̄ montē ex pte hac: ⁊ isrl̄ stabat sup̄ montē ex alt̄a pte: vallisq̧ erat int̄ eos. Et egressus ē vir spuri⁹ de castrꝭ philistinoꝝ noīe goliath de geth: altitudīs sex cubitoꝝ ⁊ palmo. ⁊ cassis erea sup̄ caput ei⁹. ⁊ lorica hamata induebat̄. Porro pōd⁹ lorice ei⁹ q̄nq̧ milia sicloꝝ eris erat. ⁊ ocreas ereas habebat ī crurib⁹. ⁊ clype⁹ ere⁹ tegebat hūeros ei⁹. Hastile aūt haste ei⁹ erat q̄si liciatoriū texentiū. Ipsū autē ferrū haste ei⁹ sexcētos siclos habebat ferri. Et armiger ei⁹ an̄cedebat eū. Stansq̧ clamabat adūsū ∴ phalāgas isrl̄. ⁊ dicebat eis: Quare venistꝭ parati ad p̄liū? Nūq̄d ego nō sū philisteus ⁊ vos serui saul? Eligite ex vobis virū. ⁊ descēdat ad singulare certamē. Si q̄uerit pugnare mecū ⁊ pcusserit me: erim⁹ vob̄ serui. Si aūt ego p̄ualuero ⁊ pcussero eū: vos serui eritis ⁊ seruietꝭ nobis. Et aiebat philiste⁹ Ego exprobraui agminib⁹ isrl̄ hodie. Date mihi virū. ⁊ ineat mecū singulare certamē. ⸿Audiens aūt saul ⁊ oēs israhelite sermões philistei huiuscemodi. stupebāt ⁊ metuebant nimis. Dauid aūt erat fili⁹ viri effratei de q̄ sup̄ dictū ē de bethleem iuda cui nomē erat isai. q̄ habebat octo filios. ⁊ erat vir in dieb⁹ saul senex ⁊ grādeu⁹ int̄ viros. Abierūt aūt tres filij ei⁹ maiores p⁹ saul in p̄liū. Et noīa triū filiorū eius q̄ perrexerūt ad bellū: heliab p̄mogenit⁹. ⁊ secund⁹ aminadab. terti⁹ q̄q̧ samma. Dauid aūt erat mim⁹. Trib⁹ ergo maiorib⁹ secutꝭ saulē: abijt dauid ⁊ reuersus ē a saul ut pasceret gregē prīs sui ī bethleem. Procedebat vo philesteus mane ⁊ vespere ⁊ stabat q̄dragita dieb⁹. ⸿Dixit aūt isai ad dauid filiū suū: Accipe frib⁹ tuis ephi polente ⁊ decē panes istos. ⁊ curre in castra ad frēs tuos. ⁊ decē formellas casei. has deferes ad tribunū. Et frēs tuos visitabis si recte agāt ⁊ cū q̄b⁹ ordinati sūt disce. Saul aūt ⁊ illi ⁊ oēs filij israhel ī valle terebinthi pugnabāt

d' rufus & pulcher.

aduersum philistijm. Surrexit itaq; dauid mane. ⁊ cōmendauit gregē custodi ⁊ onust⁹ abijt sicut ꝑcepat ei isai. Et venit ad locum magala ⁊ ad exercitū: q̇ egressus ad pugnā vociferat⁹ erat i certamie. Direxerat. n. aciē isrł: ħ ⁊ philistijm ex aduerso fuerāt ꝑparati. Derelinquens ḡ dauid vasa q̄ attulerat sub mānu custodis ad sarcinas. cucurrit ad locū certaminis. ⁊ int̄rogabat si oīa recte agerēt erga frēs suos. Cūq; adhuc ille loqueret̄ eis apparuit vir ille spuri⁹ ascēdēs goliath noīe philisteus de geth: de castris philistinoꝝ. Et loquēte eo h̄ eadē ꝟba audiuit dauid. Oēs aūt israhelite cū vidissent virū fugerūt a facie ei⁹. timētes eū valde. Et dixit vnusquispiā de isrł: Nū vidisti virū hūc q̇ ascendit? Ad exꝓbrandū. n. isrł ascēdit. Virū ḡ q̇ percusserit eū. ditabit rex diuitijs magnis. ⁊ filiā suā dabit ei. ⁊ domū pr̄is ei⁹ faciet absq; tributo i isrł. Et ait dauid ad viros q̇ stabāt secū dicēs: Quid dabit̄ viro q̇ ꝑcusserit philisteū hūc. ⁊ tulerit opprobriū de isrł? Quis est eni hic philiste⁹ incircūcisus q̇ exꝓbrauit aciē dei viuētis? Referebat aūt ei ppł's eundem sermonē dicens: Hec dabunt̄ viro qui ꝑcusserit eū. Qḋ cū audisset heliab frat̄ eius maioꝛ loquēte eo cū alijs: irat⁹ ē ꝯ dauid. ⁊ ait: Quare venisti ⁊ q̄re dereliq̇sti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuā ⁊ neq̇tiā cordis tui: q̇a ut videres ꝑliū descēdisti. Et dixit dauid. Quid feci? Nunq̇d nō ꝟbū est? Et declinauit paululū ab eo ad aliū. Dixitq; eūdē sermonē. Et respondit ei ppł's ꝟbū sicut pri⁹. Audita sūt autē ꝟba q̄ locut⁹ ē dauid. ⁊ annūciata i ꝯspectu saul. Ad quē cū fuisset adduct⁹. locut⁹ ē ei. Non ꝯcidat coꝛ cuiusq̄ i eo. Ego seru⁹ tuus vadā ⁊ pugnabo aduersus philisteum. Et ait saul ad dauid. Nō vales resistē philisteo isti nec pugnare aduersus eū: q̇a puer es. Hic autē vir bellatoꝛ ē ab adolescētia sua. Dixitq; dauid ad saul: Pascebat seru⁹ tu⁹ pr̄is sui gregē. ⁊ veniebat leo uel vrsus ⁊ tollebat arietem de medio greg̃. ⁊ ꝑsequebar eos ⁊ ꝑcutiebā. eruebāq; de oꝛe eoꝛū. Et illi consurgebāt aduersū me. ⁊ apprehēdebā mentū eoꝛū ⁊ suffocabā int̄ficiebāq; eos. Nā ⁊ leonē ⁊ vrsū int̄feci ego seru⁹ tuus. Erit igit̄ ⁊ philisteus hic incircūcisus q̄si vn⁹ ex eis. Nūc vadam. ⁊ auferā opprobriū ppł'i. Qm̄ q̇s ē iste philiste⁹ incircūcisus: q̇ ausus ē maledicere

exercitui dei viuentis? Et ait dauid: Dn̄s q̇ eripuit me de manu leonis ⁊ de manu vrsi: ipse me liberabit de mānu philistei hui⁹. Dixit autē saul ad dauid: Vade ⁊ domin⁹ tecū sit. Et induit saul dauid vestimentis suis. ⁊ imposuit galeā ereā sup̱ caput eius. ⁊ vestiuit eū loꝛica. Accinct⁹ ḡ dauid gladio ei⁹ sup̱ vestē suam: cepit tēptare si armat⁹ posset incedere. Non. n. habebat ꝯsuetudinē. Dixitq; dauid ad saul: Nō possum sic incedē: q̇a nō vsū habeo. Et deposuit ea. Et tulit baculū suū quē sp̱ habebat in manib⁹. ⁊ elegit sibi q̇nq; lympidissimos lapides de toꝛrēte. ⁊ misit eos in peram pastoꝛalē quā habebat secū. ⁊ fundā manu tulit. ⁊ ꝓcessit aduersum philisteū. Ibat aūt philiste⁹ incedēs. ⁊ appropiquās aduersū dauid. ⁊ armiger ei⁹ ante eū. Cūq; inspexisset eū philisteus ⁊ vidisset dauid: despexit eū. Erat aūt adolescens rufus ⁊ pulcher aspectu. Et dixit philisteus ad dauid: Nūq̇d ego canis sū q̄ tu venis ad me cū baculo? Et maledixit philisteus dauid in dijs suis. Dixitq; ad dauid: Veni ad me. ⁊ dabo carnes tuas volatilibus celi ⁊ bestijs terre. Dixit autē dauid ad philisteū: Tu venis ad mē cū gladio ⁊ hasta ⁊ clypeo: ego autē venio ad te in noīe dn̄i exercituū dei agminū isrł q̇b⁹ exꝓbrasti hodie. ⁊ dabit te dn̄s in manu mea. ⁊ ꝑcutiā te. ⁊ auferā caput tuū a te. Et dabo cadauera castroꝝ philistijm hodie volatilibus celi ⁊ bestijs t̄re. ut sciat oīs terra. q̇a ē dn̄s de⁹ in isrł. ⁊ nouerit vniuersa ecclesia h̄ q̇a non i gladio nec i hasta saluat dn̄s. Ipsi⁹ eni ē bellū. ⁊ tradet vos in manus nr̄as. Cū ḡ surrexisset philisteus ⁊ veniret ⁊ appropinquaret ꝯ dauid: festinauit dauid. ⁊ occurrit ad pugnam ex aduerso philistei. Et misit manū suā in peram. tulitq; lapidem ⁊ funda iecit. ⁊ percussit eum in fronte. ⁊ infixus est lapis in fronte ei⁹. ⁊ cecidit in faciem suam sup̱ terrā. Preualuitq; dauid aduersū philisteū in funda ⁊ lapide: ꝑcussūq; philisteū int̄fecit. Cūq; gladiū nō haberet i manu dauid. cucurrit ⁊ stetit sup̱ philisteū. ⁊ tulit gladiū ei⁹. ⁊ eduxit eū de vagina sua. ⁊ int̄fecit eū. ꝑciditq; caput ei⁹. Vidētes autē philistijm q̄ moꝛtu⁹ eēt foꝛtissim⁹ eoꝝ fugerūt. Et ꝯsurgētes viri isrł ⁊ iuda vociferati sunt ⁊ ꝑsecuti sunt philisteos vsq; dū venirent in vallē ⁊ vsq; ad poꝛtas accharō. Cecideruntq; vulnerati de philistijm in via sarim ⁊ vsq;

ad geth. ⁊ vſq; ad accharon. Et reuertētes filij iſrl' poſtq̄ ꝑſecuti ſunt philiſteos inua-ſerūt caſtra eoꝝ. Aſſumēs aūt dauid caput philiſtei · attulit illud ĩ irl'm: arma ꝟo eiꝰ poſuit ĩ tabernaculo ſuo. Eo aūt tpe q̄ viderat ſaul dauid egredientem ꝯ philiſteum · ait ad abner ꝑncipem militie. De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcēs? Dixitq; abner: Viuit aīa tua rex ſi noui. Et ait rex: Interroga tu cuiꝰ filiꝰ ſit iſte puer. Cūq; regreſſus eſſet dauid ꝑcuſſo philiſteo · tulit eū abner ⁊ introduxit corā ſaule · caput philiſtei hn̄tē in manu. Et ait ad eum ſaul: De qua ꝓgenie es o adoleſcens? Dixitq; dauid: Filius ſerui tui iſai bethleemite ego ſum.

XVIII

Et factū eſt cū cōpleſſet loq̄ ad ſaul · aīa ionathe ꝯglutinata ē aīe dauid ⁊ dilexit eū ionathas q̄ſi aīam ſuam Tulitq; eū ſaul ĩ die illa. ⁊ nō conceſſit ei ut reūtereť ĩ domū pr̄is ſui. Inierūt aūt dauid ⁊ ionathas fedus. Diligebat. n. eū q̄ſi aīam ſuā. Nā expoliauit ſe ionathas tunica q̄ erat induťꝰ. ⁊ dedit eā dauid ⁊ reliq̄ veſtimenta ſua vſq; ad gladiū ⁊ arcū ſuū. ⁊ vſq; ad baltheū. Egrediebať q̄ꝫ dauid ad oīa quecūq; miſiſſet eū ſaul. ⁊ ꝓdenť ſe agebat. Poſuitq; eū ſaul ſup viros belli. ⁊ acceptus erat ĩ oculis vniuerſi ꝑpl'i: maximeq; ĩ ꝯſpectu famulorū ſaul. Porro cū reuerteretur ꝑcuſſo philiſteo dauid. ⁊ ferret caput eius in irl'm. egreſſe ſūt mulieres de vniuerſis vrbibꝰ iſrl' cantātes chorosq; ducētes ĩ occurſū ſaul regis ĩ tympanis leticie ⁊ ĩ ſiſtris. ⁊ ꝑcinebant mulieres ludentes · atq; dicentes: Percuſſit ſaul mille. ⁊ dauid decē milia. Iratus ē aūt ſaul nimis. ⁊ diſplicuit in oculis eiꝰ iſte ſermo. Dixitq;: Dederūt dauid decem milia. ⁊ mihi mille dederunt. Quid ei ſupeſt niſi ſolū regnū? Nō rectis ḡ oculis ſaul aſpiciebat dauid: a die illa ⁊ deinceps. Poſt diē autē alteram inuaſit ſpūs dei malꝰ ſaul. ⁊ ꝓphetabat ĩ medio domꝰ ſue. Dauid aūt pſallebat manu ſua ſic̄ ꝑ ſingulos dies. Tenebatq; ſaul lanceā ⁊ miſit eā: putans ꝙ ꝯfigē poſſet dauid cū pariete. Et declinauit dauid a facie eiꝰ ſecūdo. Et timuit ſaul dauid · eo ꝙ eēt dn̄s cū eo ⁊ a ſe receſſiſſet. Amouit ḡ eum ſaul a ſe: ⁊ fecit eum tribunū ſup mille viros. Et egrediebať ⁊ intrabat in ꝯſpectu ꝑpl'i. In oībꝰ q̄ꝫ vijs ſuis dauid ꝓdenť agebat. ⁊ dn̄s erat cū eo. Vidit itaq; ſaul ꝙ ꝓdēs eēt nimis ⁊ cepit cauere eū. Oīs aūt iſrl' ⁊ iuda diligebat dauid. Ipſe aūt ingrediebať ⁊ egrediebať an̄ eos. Dixitq; ſaul ad dauid. Ecce filia mea maior merob · ipſam dabo tibi vxorē tm̄modo eſto vir fortis. ⁊ ꝓeliare bella dn̄i. Saul aūt reputabat dicens: Non ſit manꝰ mea ĩ eo: ſꝫ ſit ſup eū manꝰ philiſtinorū. Ait āt dauid ad ſaul: Quis ego ſū · aut q̄ ē vita mea · aut cognatio pr̄is mei ĩ iſrl': ut fiam gener regis? Factū ē aūt tempꝰ cū deberet dari merob filia ſaul dauid: data ē hadrieli molathite vxor. Dilexit aūt dauid michol filiā ſaul alterā. Et nūciatū eſt ſaul. ⁊ placuit ei. Dixitq; ſaul: Dabo eā illi ut fiat ei ĩ ſcandalum. ⁊ ſit ſup eū manus philiſtinorū. Dixitq; ſaul ad dauid: In duabꝰ gener meꝰ eris hodie. Et mādauit ſaul ſeruis ſuis. Loq̄mini ad dauid clam me · dicētes: Ecce places regi. ⁊ oēs ſerui eiꝰ diligūt te. Nūc ḡ eſto gener regꝫ Et locuti ſunt ſerui ſaul in auribus dauid oīa ꝟba hec. Et ait dauid: Num paꝝ videť vobis generū eē regꝫ? Ego aūt ſū vir pauꝑ ⁊ tenuis. Et renūciauerūt ſerui ſaul dicētes Huiuſcemodi ꝟba locutꝰ ē dauid. Dixit aūt ſaul: Sic loq̄mini ad dauid. Nō hꝫ rex ſponſalia neceſſe niſi tm̄ centū ꝓputia philiſtinoꝝ · ut fiat vltio de inimicis regꝫ. Porro ſaul cogitabat dauid tradē in manꝰ philiſtinoꝝ. Cūq; renūciaſſent ſerui eiꝰ dauid ꝟba q̄ dixerat ſaul · placuit ſermo in oculis dauid ut fieret gener regis. Et pꝰ paucos dies ſurgēs dauid · abijt ĩ accharō cū viris q̄ ſub eo erāt ⁊ ꝑcuſſit ex philiſtijm ducētos viros. ⁊ attulit eoꝝ ꝓputia ⁊ ānumerauit ea regi: ut eſſet gener eius. Dedit itaq; ſaul ei michol filiam ſuā vxorem. Et vidit ſaul. ⁊ itellexit ꝙ dn̄s eēt cū dauid. Michol āt filia ſaul diligebat eū. Et ſaul magꝫ cepit timē dauid. Factuſq; ē ſaul inimicꝰ dauid cunctꝭ diebꝰ. Et egreſſi ſūt ꝑncipes philiſtinoꝝ. A ꝑncipio āt egreſſionis eoꝝ · ꝓdentiꝰ ſe gerebat dauid q̄ꝫ oēs viri ſaul. ⁊ celebre factū eſt nomē eiꝰ nimis.

XIX

Locutꝰ ē aūt ſaul ad ionathan filiū ſuū ⁊ ad oēs ſeruos ſuos ut occiderēt dauid. Porro ionathas filiꝰ ſaul diligebat dauid valde. Et indicauit ionathas dauid dicens: Querit ſaul pr̄ meꝰ occidē te. Quapꝓpť obſerua te q̄ſo mane. ⁊ manebis clam ⁊ abſcōderis. Ego autē egrediēs ſtabo iuxta pr̄em meū in agro vbicūq; fuerit. ⁊ ego loquar de te ad patrē meū

ſ. c. 16 circa finē. d' saul. mitte ad me filiū tuū dauid.

⁊ qđcũq; videro nunciabo tibi. Locutꝰ est ergo ionathas de dauid bona ad saul patrẽ suũ. Dixitq; ad eum: Ne pecces rex in seruũ tuũ dauid: qa non peccauit tibi. ⁊ opa eiꝰ bona sũt tibi valde. ⁊ posuit aiam suã i manu tua ⁊ ꝑcussit philisteũ. ⁊ fecit dñs salutẽ magnã vniuerso israheli. Vidisti ⁊ letatꝰ es. Quare ergo peccas i sanguie inoxio· interficiẽs dauid q ẽ absq; culpa? Qđ cũ audisset saul: placatus voce ionathe iurauit. Viuit dñs: qa nõ occidet. Vocauit itaq; ionathas dauid. ⁊ idicauit ei oia ṽba h. Et introduxit ionathas dauid ad saul. ⁊ fuit añ eũ sicut erat heri ⁊ nudiustertiꝰ. Motũ ẽ autẽ rursũ bellũ. ⁊ egressus dauid pugnauit aduersum philistijm: ꝑcussitq; eos plaga magna. ⁊ fugerũt a facie eius. Et factꝰ ẽ spũs dñi malꝰ in saul. Sedebat aũt i domo sua. ⁊ tenebat lanceã. Porro dauid psallebat i manu sua. Nisusq; ẽ saul ꝯfigere dauid lancea i pariete. Et declinauit dauid a facie saul. Lancea aũt casso vulnere ꝑlata ẽ in pariete. ⁊ dauid fugit. ⁊ saluatꝰ ẽ nocte illa. Misit ergo saul satellites suos nocte i domũ dauid ut custodirẽt eũ ⁊ interficeret mane. Qđ cũ annũciasset dauid michol vxor sua dicens: nisi saluaueris te nocte hac cras morieris: deposuit eũ ꝑ fenestrã. Porro ille abijt ⁊ aufugit: atq; saluatꝰ ẽ. Tulit aũt michol statuã. ⁊ posuit eã sup lectũ. ⁊ pellem pilosam caprarũ posuit ad caput eiꝰ. ⁊ opuit eam vestimẽtis. Misit aũt saul apparitores qui raperẽt dauid. ⁊ rñsũ est ꝙ egrotaret. Rursũq; misit saul nũcios ut viderẽt dauid dicẽs: Afferte eũ ad me i lecto ut occidatur. Cũq; venissent nũcij· inuẽtũ ẽ simulacrũ sup lectũ. ⁊ pellis caprarũ ad caput eius. Dixitq; saul ad michol: Quare sic illusisti mihi ⁊ dimisisti inimicũ meum ut fugeret? Et respondit michol ad saul: Quia ipse locutꝰ ẽ mihi dicẽs: Dimitte me: alioqn interficiã te. Dauid aũt fugiẽs saluatꝰ ẽ. Et venit ad samuel in ramatha. ⁊ nũciauit ei oia que fecerat sibi saul· Et abierũt ipse ⁊ samuel. ⁊ morati sũt i naioth. Nũciatũ est aũt sauli a dicentibus: Ecce dauid in naioth in ramatha. Misit ergo saul lictores ut raperent dauid. Qui cũ vidissent cuneũ ꝓphetarũ vaticinãtiũ. ⁊ samuelem stantẽ sup eos: factꝰ ẽ etiã spũs dñi i illis. ⁊ ꝓphetare cepũt etiã ipsi. Qđ cũ nũciatũ esset sauli: misit ⁊ alios nuncios. Prophetauerũt aũt ⁊ illi. Et rursũ misit saul tertios nũcios· q ⁊ ipsi ꝓphetauerũt. Et iratꝰ iracũdia saul· abijt etiã ipse i ramatha. ⁊ venit vsq; ad cisternã magnã que ẽ i socoth. Et interrogauit. ⁊ dixit: In q loco sũt samuel ⁊ dauid? Dictumq; est ei. Ecce in naioth sũt in ramatha. Et abijt i naioth in ramatha. Et factus est etiam sup eum spiritus dñi. ⁊ ambulauit ingrediens. ⁊ ꝓphetabat vsq; dũ veniret in naioth in ramatha. Et expoliauit etiã ipse se vestimẽtis suis. ⁊ ꝓphetauit cũ ceteris corã samuel. ⁊ cecinit nudꝰ tota die illa ⁊ nocte. Unde ⁊ exiuit ꝓuerbiũ. Num ⁊ saul inter ꝓphetas? CXX

Fugit aũt dauid de naioth q ẽ in ramatha: veniẽsq; locutꝰ ẽ corã ionatha. Quid feci? Que ẽ iniqtas mea ⁊ qđ pctm meũ in patrẽ tuũ: quia qrit aiam meã? Qui dixit ei: Absit a te· non morieris. Neq; enim faciet pr meꝰ qcq̃ grande vel paruũ nisi priꝰ indicauerit mihi. Hunc ergo celauit a me pr meꝰ sermonẽ tm̃modo. Nequaq̃ enim erit istud: Et iurauit rursum dauid. Et ait ille: Scit ꝑfecto pr tuus ꝙ iueni grãm i oculis tuis. ⁊ dicet. Nesciat h ionathas ne forte tristet. Quinimo viuit dñs ⁊ viuit aia tua: qa vno tm̃ ut ita dicã gradu ego morsq; diuidimur. Et ait ionathas ad dauid: Quodcũq; dixerit m aia tua· faciam tibi. Dixit autẽ dauid ad ionathan. Ecce kalẽde sũt crastino: ⁊ ego ex more sedẽ soleo iuxta regẽ ad vescendũ. Dimitte ergo me ut abscõder i agro vsq; ad vesperã diei tertie. Si respiciẽs reqsierit me pater tuus· rñdebis ei: Rogauit me dauid ut iret celerit i bethleẽ ciuitatẽ suã· qa victime solẽnes ibi sũt vniuersis contribulibus suis. Si dixerit bñ· pax erit seruo tuo. Si aũt fuerit iratꝰ: scito qa cõpleta ẽ malitia eiꝰ. Fac ergo miam in seruũ tuũ: qa fedus dñi me famulum tuũ tecũ inire fecisti. Si aũt ẽ iniquitas aliq in me· tu me interfice. ⁊ ad patrẽ tuũ ne introducas me. Et ait ionathas: Absit h a me. Neq; enim fieri põt: ut si certe cognouero cõpletã eẽ pris mei malitiã ꝯ te: nõ ãnũciẽ tibi. Rñditq; dauid ad ionathan: Quis renunciabit mihi: si qd forte rñderit tibi pater tuus dure de me? Et ait ionathas ad dauid. Ueni ⁊ egrediamur foras i agrũ. Cũq; exissent ambo in agrũ· ait ionathas ad dauid. Dñe deus israhel si inuestigauero sniam pris mei crastino uel ꝑendie. ⁊ aliqd boni fuerit sup dauid. ⁊ non stati misero ad te ⁊ notũ tibi fecero: h faciat deus ionathe ⁊ h augeat. Si aũt

pseuerauerit p̄ris mei malitia aduersū te: reuelabo aurem tuā ⁊ dimittā te ut vadas ī pace. ⁊ sit dn̄s tecū sicut fuit cū p̄re meo. Et si vixero·facies mihi miām dn̄i: si ꝟo mortu⁹ fuero·nō auefres miām tuā a domo mea vsq̄ i sempit̄nū. Aut si nō fecero qn̄ eradicauerit dn̄s iīmicos dauid vnūquēq̄ de terra auferat ionathā de domo sua. ⁊ req̇rat dn̄s de māu iīmicoꝝ dauid. Pepigit ḡ ionathas fed⁹ cū domo dauid. Et req̇siuit dn̄s de manu iīmicoꝝ dauid. Et addidit ionathas deierare dauid: eo ꝙ diligeret illū. Sicut eni aīam suā ita diligbat eum. Dixitq̄ ad eū ionathas. Cras kalende sūt. ⁊ req̇ret̄. Req̇ret̄ n. sessio tua vsq̄ perendie. Descēdes ḡ festinus ⁊ venies i locū vbi celand⁹ es·in die qn̄ opari licet. ⁊ sedebis iuxta lapidē cui nomē ē ezel. Et ego tres sagittas mittā iuxta eū. ⁊ iaciā q̄si exercens me ad signū. Mittā q̇ꝫ ⁊ puerū dicēs ei: Vade ⁊ affer mihi sagittas. Si dixero puero·ecce sagitte intra te sūt·tolle eas: tu veni ad me·q̇a pax tibi ē ⁊ nihil est mali: viuit dn̄s. Si aūt sic locut⁹ fuero puero·ecce sagitte vltra te sūt: vade in pace: quia dimisit te dn̄s. De ꝟbo aūt qd̄ locuti fuimus ego ⁊ tu: sit dn̄s int̄ me ⁊ te vsq̄ i sempit̄nū. Abscōdit⁹ ē ḡ dauid in agro. ⁊ venerūt kalende. ⁊ sedit rex ad comedendū panē. Cūq̄ sedisset rex sup̄ cathedrā suam ƀm consuetudinē q̄ erat iuxta parietē: surrexit ionathas ⁊ sedit abner ex latē saul·vacuusq̄ apparuit loc⁹ dauid. ⁊ nō ē locut⁹ saul q̇cq̄ in die illa. Cogitabat. n. ꝙ forte euenisset ei ut nō esset mund⁹ nec purificatus. Cūq̄ illuxisset dies secūda p⁹ kalēdas·rurs⁹ apparuit vacu⁹ locus dauid. Dixitq̄ saul ad ionathā filiū suū. Cur nō venit fili⁹ isai nec heri nec hodie ad vescēdū? Rn̄ditq̄ ionathas sauli: Rogauit me obnixe ut iret in bethleem. ⁊ ait: Dimitte me: qm̄ sacrificiū solēne est in ciuitate mea vn⁹ de frib⁹ meis accersiuit me. Nūc ḡ si inueni grām ī oculis tuis: vadā cito ⁊ videbo frēs meos. Ob hanc cām nō venit ad mensam regis. Irat⁹ aūt saul aduersū ionathan dixit ei: Fili mulieris vltro virū rapientis: nūq̇d ignoro q̇a diligis filiū isai i ɔfusionē tuā. ⁊ i ɔfusionē igminiose m̄ris tue? Oib⁹ n. dieb⁹ q̇b⁹ fili⁹ isai vixerit sup̄ t̄rā·non stabilieris tu neq̄ regnū tuū. Itaq̄ iam nūc mitte ⁊ adduc eū ad me: q̇a fili⁹ mortis est. Rn̄dens aūt ionathas sauli p̄ri suo ait: Quare morieṫ? Quid fecit? Et arripuit saul lanceā ut percuteret eum. Et intellexit ionathas ꝙ diffinitū esset a p̄re suo ut interficereṫ dauid. Surrexit ḡ ionathas a mēsa in ira furoris. ⁊ nō comedit i die kalēdaꝝ secūda panē. Contristat⁹ ē. n. sup̄ dauid·eo ꝙ ɔfudisset eū pat̄ suus. Cūq̄ illuxisset mane·venit ionathas i agrū iuxta placitū dauid. ⁊ puer paruul⁹ cū eo. Et ait ad pueꝝ suū: Vade ⁊ affer mihi sagittas q̄s ego iacio. Cūq̄ puer cucurrisset iecit aliā sagittā trās pueꝝ. Venit itaq̄ puer ad locū iaculi qd̄ miserat ionathas. Et clamauit ionathas p⁹ tergū pueri. ⁊ ait: Ecce ibi ē sagitta·porro vltra te. Clamauitq̄ iteꝝ ionathas p⁹ tergū pueri dicens: Festina velocit̄ ne steteris. Collegit autē puer ionathe sagittas. ⁊ attulit ad dn̄m suū. ⁊ q̇d agereṫ penit⁹ ignorabat. Tm̄modo. n. ionathas ⁊ dauid rē nouerāt. Dedit ḡ ionathas arma sua puero. ⁊ dixit ei: Vade ⁊ defer i ciuitatē. Cūq̄ abisset puer surrexit dauid de loco q̇ ꝟgebat ad austꝝ. ⁊ cadēs ꝓn⁹ in terrā adorauit t̄tio. Et osculātes se alteruꝰꝝ·fleuerūt parit̄: dauid aūt āpli⁹. Dixit ḡ ionathas ad dauid. Vade in pace. Quecūq̄ iurauimus ambo in noīe dn̄i·dicētes: dn̄s sit int̄ me ⁊ te ⁊ int̄ semē tuū ⁊ semē meū vsq̄ in sempit̄nū. Et surrexit dauid ⁊ abijt: sed ⁊ ionathas ingressus est ciuitatem.

CXXI

Venit aūt dauid in nobe ad achimelech sacerdotem. Et obstupuit achimelech·eo ꝙ venisset dauid ⁊ dixit ei: Quare tu sol⁹. ⁊ nullus ē tecū? Et ait dauid ad achimelech sacerdotē: Rex precepit mihi sermonē. ⁊ dixit: Nemo sciat rem ꝓpter quā missus es a me. ⁊ cuiusmodi p̄cepta tibi dederim. Nā ⁊ pueris meis condixi i illū ⁊ illū locū. Nūc ḡ si quid habes ad manū uel q̇nq̄ panes da mihi: aut q̇cq̇d inueneris. Et rn̄dens sacerdos ad dauid·ait illi: Non habeo laicos panes ad manū: ƀ tm̄ panē scm̄. Si mūdi sūt pueri maxīe a mulierib⁹: manducent. Et rn̄dit dauid sacerdoti. ⁊ dixit ei: Et q̇dē si de mulierib⁹ agiṫ continuim⁹ nos ab heri ⁊ nudiustertī⁹ qn̄ egrediebamur. ⁊ fuerūt vasa pueroꝝ scā. Porro via hꝰ polluta est: ƀ ⁊ ipsa hodie scificabiṫ in vasis. Dedit ḡ ei sacerdos scificatū panē. Neq̄. n. erat ibi panis nisi tm̄ panes ꝓpōnis q̄ sublenati fuerāt a facie dn̄i·ut ponereṫ panes calidi. Erat aūt ibi vir q̇dā de seruis saul i die illa intus

obstupeo·pers.·i trissyllabi·me·cor·

in tabnaculo dñi. ⁊ nomẽ eiꝰ doech idumeꝰ potentissimꝰ pastorũ saul. Hic pascebat mulas saul. Dixit aũt dauid ad achimelech. Si habes hic ad manũ hastã aut gladiũ: da mihi: qa gladiũ meũ ⁊ arma mea nõ tuli mecũ Sermo .n. regis vrgebat. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladiꝰ goliath philistei quẽ ꝑcussisti in valle terebinthi: est inuolutꝰ pallio post ephot. Si istũ vis tollẽ: tolle. Neqꝫ eni hic est aliꝰ absqꝫ eo. Et ait dauid: Nõ est huic alter similis: Da mihi eũ. Surrexit itaqꝫ dauid. ⁊ fugit in die illa a facie saul. ⁊ venit ad achis regem geth. Dixerũtqꝫ serui achis cũ vidissent dauid: Nũqd nõ iste ẽ dauid rex terre? Nonne huic cantabant ꝑ choros dicentes: ꝑcussit saul mille. ⁊ dauid decem milia? Posuit autẽ dauid sermones istos in corde suo. ⁊ extimuit valde a facie achis regis geth. Et mutauit os suũ corã achis: ⁊ collabebatur inter manus eorũ. ⁊ ĩpingebat ĩ ostia porte: defluebantqꝫ saliue eiꝰ in barbã. Et ait achis ad seruos suos: Vidistis hominẽ insanũ: qre adduxistis eũ ad me? An desunt nobis furiosi. quia introduxistis istum ut fureret me presente? Dimittite illum hinc ne ingrediat domũ meam.

CXXII

Abijt ğ dauid inde. ⁊ fugit ĩ spelũcã odollã. Qd cũ audissent frẽs eius ⁊ ois domꝰ pris eiꝰ. descenderũt ad eũ illuc. Et ꝯuenerũt ad eũ oẽs q erãt in augustia ꝯstituti. ⁊ oppssi ere alieno ⁊ amaro aio ⁊ factꝰ ẽ eoꝝ pnceps. Fueruntqꝫ cũ eo qi qdringẽti viri. Et ꝓfectꝰ ẽ dauid inde in masphat q est moab. Et dixit ad regẽ moab: Maneat oro pr meꝰ ⁊ mat mea vobiscũ: donec sciam qd faciat mihi deus. Et reliqt eos añ faciem regis moab. Mãserũtqꝫ apud eũ cũctis diebus qbꝰ dauid fuit in presidio. Dixitqꝫ gad ꝓpha ad dauid: Noli manẽ ĩ ꝓsidio. Proficiscere ⁊ vade ĩ terrã iuda. Et ꝓfectꝰ ẽ dauid ⁊ venit in saltũ areth. Et audiuit saul ꝙ apparuisset dauid. ⁊ viri q erant cũ eo. Saul aũt cũ manẽt in gabaa ⁊ eẽt ĩ nemore qd ẽ ĩ rama. hastã manu tenẽs. cũctiqꝫ serui eiꝰ circũstarent eũ: ait ad seruos suos q assistebãt ei. Audite me nũc filij gemini. Nũqd oibus vob dabit filiꝰ isai agros ⁊ vineas. ⁊ vniuersos vos faciet tribunos ⁊ cẽturiões. qm cõiurastis oẽs aduersũ me. ⁊ non est q mihi renũciet. maxie cũ ⁊ filiꝰ meus fedus iunxerit cũ filio isai? Nõ ẽ q vicẽ meã doleat ex vob nec q annũciet mihi. eo ꝙ suscitauerit filius meꝰ seruũ meũ aduersũ me insidiantẽ mihi vsqꝫ hodie. Rñdens aũt doech idumeꝰ q assistebat. ⁊ erat ꝓmꝰ int seruos saul: vidi inqt filium isai in nobe apud achimelech filium achitob sacerdotẽ. Qui cõsuluit ꝓ eo dñm: ⁊ cibaria dedit ei. Sꝫ ⁊ gladiũ goliath philistei dedit illi. Misit ğ rex ad accersiendũ achimelech sacerdotem filiũ achitob. ⁊ oẽm domũ pris eiꝰ sacerdotũ q erãt ĩ nobe. Qui vniuersi venerũt ad regẽ. Et ait saul ad achimelech. Audi fili achitob. Qui rñdit: Presto sũ dñe. Dixitqꝫ ad eũ saul: Quare cõiurastis aduersũ me tu ⁊ filius isai. ⁊ dedisti ei panes ⁊ gladiũ. ⁊ ꝯsuluisti ꝓ eo dñm ut cõsurgeret aduersũ me insidiator vsqꝫ hodie ꝑmanẽs? Rñdensqꝫ achimelech regi ait: Et qs in oibꝰ ꝑuis tuis sicut dauid fidelis ⁊ gener regis. ⁊ ꝑgens ad iꝑiũ tuũ. ⁊ gliosus ĩ domo tua? Nũ hodie cepi ꝓ eo cõsulẽ dñm? Absit h a me. Ne suspicet rex aduersũ seruũ suũ rem huiuscemõi ĩ vniuersa domo patris mei. Nõ .n. sciuit seruꝰ tuꝰ qcqꝫ suꝑ hoc negocio. uel modicũ ul grãde. Dixitqꝫ rex: Morte morieris achimelech: tu ⁊ ois domꝰ patris tui. Et ait rex emissarijs q circũstabãt eum. Cõuertimini. ⁊ interficite sacerdotes dñi. Nã manꝰ eorũ cũ dauid ẽ: scientes ꝙ fugisset. ⁊ nõ indicauerũt mihi. Noluerũt aũt serui regis extendẽ manꝰ suas in sacerdotes dñi. Et ait rex ad doech: Cõuertẽ tu ⁊ irrue ĩ sacerdotes dñi. Cõuersusqꝫ doech idumeꝰ. irruit ĩ sacerdotes. ⁊ trucidauit in die illa octogintaqnqꝫ viros vestitos ephot lineo. Nobe aũt ciuitatẽ sacerdotũ ꝑcussit ĩ ore gladij. viros ⁊ mulieres ⁊ paruulos ⁊ lactentes. bouẽqꝫ ⁊ asinũ ⁊ ouẽ ĩ ore gladij. Euadẽs autẽ vnꝰ filiꝰ achimelech filij achitob cuiꝰ nomẽ erat abiathar fugit ad dauid. ⁊ annũciauit ei ꝙ occidisset saul sacerdotes dñi. Et ait dauid ad abiathar. Sciebã .n. ĩ die illa ꝙ cũ ibi eẽt doech idumeꝰ. ꝓculdubio annũciaret sauli. Ego sũ reꝰ oiuꝫ aiaꝝ pris tui. Mane mecũ ne timeas. Si qs qsierit aiam meã: queret ⁊ aiam tuã. mecũqꝫ seruaberis.

CXXIII

Et ãnũciauerũt dauid dicẽtes: Ecce philistijm oppugnant ceilã. ⁊ diripiũt areas. Cõsuluit ğ dauid dñm dicens: Nũ vadã ⁊ ꝑcutiã philisteos istos? Et ait dñs ad dauid: Vade ⁊ ꝑcuties philisteos. ⁊ saluabis ceilã. Et dixerũt viri q erãt

cū dauid ad eū. Ecce nos hic in iudea ꝯsistē-
tes timem⁹: quāto mag si ierim⁹ in ceilā ad-
uersū agmina philistinoꝝ? Rursū g̊ dauid
cōsuluit dn̄m. Qui rn̄dens ait ei: Surge ⁊
vade in ceilā. Ego eni tradā philisteos i ma-
nu tua. Abijt g̊ dauid ⁊ viri eius in ceilā. ⁊
pugnauit aduersū philisteos. Et abegit iu-
menta eoꝝ ⁊ ꝑcussit eos plaga magna. ⁊ sal-
uauit dauid habitatores ceile. Porro eo tp̄e
quo fugiebat abiathar fili⁹ achimelech ad
dauid in ceilā ephot secū habēs descēderat.
Nunciatū est autē sauli q̄ venisset dauid in
ceilā. Et ait saul. Tradidit eū dn̄s in man⁹
meas· cōclususq̄ est introgressus vrbē: i qua
porte ⁊ sere sunt. Et p̄cepit saul oi populo ut
ad pugnā descēderet in ceilā. ⁊ obsideret da-
uid ⁊ viros ei⁹. Quō cū dauid rescisset q̄a p̄-
pararet ei saul clam malū· dixit ad abiathar
sacerdotē: Applica ephot. Et ait dauid: Dn̄e
de⁹ isrl'· audiuit famā seru⁹ tuus q̄ disponat
saul venire i ceilā· ut euertat vrbē ꝓpter me.
Si tradent me viri ceile in man⁹ eius ⁊ si de-
scēdet saul sicut audiuit seru⁹ tuus· dn̄e deus
isrl' indica seruo tuo. Et ait dn̄s: Descendet.
Dixitq̄ rursū dauid: Si tradēt me viri ceile
⁊ viros q̇ sūt mecū i man⁹ saul? Et dixit dn̄s
Tradent. Surrexit g̊ dauid ⁊ viri ei⁹ quasi
sexcēti. ⁊ egressi de ceila huc atq̄ illuc vaga-
bant̄ incerti. Nunciatūq̄ est saul q̄ fugisset
dauid de ceila: quāobrē dissimulauit exire.
Morabat̄ aūt dauid in deserto in locis fir-
missimis: māsitq̄ in mōte solitudinis ziph i
mōte opaco. Querebat eū tn̄ saul cūctꝫ dieb⁹
⁊ nō tradidit eū dn̄s in man⁹ eius. Et vidit
dauid q̄ egressus eēt saul ut quereret aīam
eius. Porro dauid erat i deserto ziph i silua.
Et surrexit ionathas fili⁹ saul ⁊ abijt ad da-
uid in siluā. ⁊ cōfortauit man⁹ ei⁹ in deo· di-
xitq̄ ei: Ne timeas. Neq̄ eni īueniet te man⁹
saul patr̄ mei. Et tu regnabis sup isrl' ⁊ ego
ero tibi secund⁹. Sed ⁊ saul pat̄ meus scit h̄.
Percussit g̊ vterq̄ fedus corā dn̄o. Māsitq̄
dauid in silua· ionathas aūt reuersus est in
domū suā. Ascēderūt autē ziphei ad saul in
gabaa dicentes: Nonne ecce dauid latitat
apud nos i loc̄ tutissimis silue i colle achille
q̄ est ad dextrā deserti? Nunc g̊ sicut deside-
rauit aīa tua ut descēderes· descēde: nr̄m autē
erit ut tradam⁹ eū in man⁹ reḡ. Dixitq̄ saul:
Bn̄dicti vos a dn̄o· q̇a doluistis vicē meā.
Abite g̊ oro ⁊ diligēti⁹ p̄parate. ⁊ curiosius
agite. ⁊ ꝯsiderate locū, vbi sit pes eius· uel q̇s
viderit eū ibi vbi dixistis. Recogitat eni de
me q̄ callide insidier ei. Cōsiderate ⁊ videte
oia latibula ei⁹ i q̇b⁹ abscōdit̄. ⁊ reuertimi ad
me ad rem certā ut vadā vobiscū. Qz si etiam
in terrā se obstruxerit: ꝑscrutabor eū in cūctꝫ
milib⁹ iuda. At illi surgētes abierūt i ziph
añ saul. Dauid aūt ⁊ viri eius erāt i deserto
maon in cāpestrib⁹ ad dextrā iesimuth. Iuit
g̊ saul ⁊ socij eius ad q̄rendū eū. Et nūciatū
est dauid: statiq̄ descēdit ad petrā. ⁊ v̇sabat̄
i deserto maon. Quō cū audisset saul· ꝑsecut⁹
ē dauid in deserto maon. Et ibat saul ⁊ viri
eius ad lat⁹ mōtis ex p̄te vna· dauid autē ⁊
viri eius erāt in latere montis ex p̄te altera.
Porro dauid desp̄abat se posse euadē a facie
saul. Itaq̄ saul ⁊ viri ei⁹ i modū corone cinge-
bāt dauid ⁊ viros ei⁹ ut caperent eū. Et nūci⁹
venit ad saul dicēs: Festina ⁊ veni qm̄ infu-
derunt se philistijm sup terrā. Reuersus est g̊
saul desistēs ꝑsequi dauid. ⁊ p̄rexit in occur-
sū philistinoꝝ. Propter hoc vocauerūt locū
illū petrā diuidentem.

CXXIIII

Ascēdit g̊ dauid inde. ⁊ habitauit in
loc̄ tutissimis engaddi. Cūq̄ reuer-
sus esset saul postq̄ ꝑsecut⁹ est phili-
steos· nūciauerūt ei dicētes: Ecce dauid in
deserto ē engaddi. Assumēs g̊ saul tria mi-
lia electoꝝ viroꝝ ex oi isrl'· p̄rexit ad inuesti-
gandū dauid ⁊ viros ei⁹· etiā sup abruptissi-
mas petras q̄ solis ibicib⁹ ꝑuie sūt. Et venit
ad caulas ouiū q̄ se offerebāt vianti: eratq̄
ibi spelūca quā ingressus est saul ut purgaret
ventrē. Porro dauid ⁊ viri ei⁹ i interiore p̄te
spelūce latebāt. Et dixerunt serui dauid ad
eū. Ecce dies de q̄ locut⁹ ē dn̄s ad te· ego tra-
dā tibi inimicū tuū ut facias ei sicut placue-
rit i oculis tuis. Surrexit g̊ dauid. ⁊ p̄cidit
orā chlamydis saul silenter. P⁹ h̄ ꝑcussit cor
suū dauid: eo q̄ abscidisset orā chlamydis
saul. Dixitq̄ ad viros suos: Propti⁹ sit mihi
dn̄s ne faciā hanc rem dn̄o meo xp̄o dn̄i ut
mittā manū meā i eū· q̇a xp̄s dn̄i est. Et cō-
fregit dauid viros suos sermonibus istis. ⁊
nō ꝑmisit eos ut consurgerent in saul. Porro
saul exurgēs de spelūca ꝑgebat cepto itinere
Surrexit aūt dauid p⁹ eū. ⁊ egressus de spe-
lūca clamauit post tergum saul dicens: Dn̄e
mi rex. Et respexit saul post se ⁊ inclinans se
dauid pronus in terrā adorauit. Dixitq̄ ad
saul: Quare audis verba hoīuꝫ loquentiū:

dauid querit malū aduersū te? Ecce hodie viderūt oculi tui ꝙ tradiderit te dñs i mãu mea in spelūca. ⁊ cogitaui ut occiderē te: sed pepcit tibi ocul⁹ me⁹. Dixi eni: Non extendā manū meā i dñm meū: qa xp̄s dñi ē. Quin poti⁹ pater mi vide ⁊ cogñsce orā chlamydis tue in manu mea: quō cū precidere sūmitatē chlamydis tue: nolui extēdē manū meā i te. Aiaduerte ⁊ vide qm̄ non est in manu mea malū neq; iniquitas: neq; peccaui in te. Tu aūt isidiaris aie mee· ut auferas eā. Judicet dñs int̄ me ⁊ te. ⁊ vlciscat̄ me dñs ex te: manus aūt mea non sit in te: sicut ⁊ in ꝓuerbio antiquo dicit̄: Ab ipiis egredietur impietas. Manus ḡ mea nō sit i te. Quē ꝑsequeris rex isrl̄ quē ꝑsequeris? Canē mortuū ꝑsequeris ⁊ pulicē vnū. Sit dñs iudex ⁊ iudicet inter me ⁊ te. ⁊ videat ⁊ iudicet causā meā. ⁊ eruat me de manu tua. Cū autē complesset dauid loquēs sermones huiuscemōi ad saul· dixit saul: Nūquid vox hec tua est fili mi dauid? Et leuauit saul vocē suā ⁊ fleuit· dixitq; ad dauid: Justior tu es ꝙ̄ ego. Tu eni tribuisti mihi bona: ego aūt reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie q̄ feceris mihi bona: quō tradiderit me dñs in manu tua. ⁊ nō occideris me. Quis. n. cū iuenerit inimicū suū· dimittet eū in via bona? Sȝ dñs reddat tibi vicissitudinē hāc pro eo qd̄ hodie opatus es i me. Et nunc quia scio ꝙ certissime regnatur⁹ sis ⁊ habiturus in manu tua regnum isrl̄: iura mihi in dño ne deleas semē meū p⁹ me neq; auferas nomen meū de domo patris mei. Et iurauit dauid sauli. Abiit ḡ saul i domū suā ⁊ dauid ⁊ viri ei⁹ ascēderūt ad tutiora loca.

XXV

Mortuus est autē samuel ⁊ congregatus est vniuersus isrl̄: ⁊ planxerūt eū nimis. ⁊ sepelierunt eū in domo sua in ramatha. Cōsurgēsq; dauid descendit in desertū pharan. Erat autem vir quispiā in solitudine maon ⁊ possessio ei⁹ in carmelo. ⁊ homo ille magn⁹ nimis: erantq; ei oues tria milia ⁊ mille capre. Et accidit ut tonderet̄ grex ei⁹ in carmelo. Nomē aūt viri ill⁹ erat nabal. ⁊ nomen vxoris ei⁹ abigail. Eratq; mulier illa prudentissima ⁊ speciosa Porro vir ei⁹ durus ⁊ pessim⁹ ⁊ malitiosus. Erat aūt de genere caleph. Cū aūt audisset dauid in deserto ꝙ tonderet nabal gregem suū· misit decē iuuenes ⁊ dixit eis: Ascēdite in carmelū. ⁊ venietis ad nabal. ⁊ salutabitis eū ex noīe meo pacifice. ⁊ sic dicetis: Sit fratribus meis ⁊ tibi pax. ⁊ domui tue pax. ⁊ oib⁹ q̄cūq; habes sit pax. Audiui ꝙ tonderēt pastores tui greges tuos q̄ erāt nobiscū in deserto. Nūq̄ eis molesti fuim⁹· nec aliqñ defuit quicq̄ eis de grege oi t̄pe quo fuerunt nobiscū i carmelo. Interroga pueros tuos. ⁊ indicabūt tibi. Nūc ḡ iueniāt pueri tui gratiā in oculis tuis. Jn die eni bona venim⁹ ad te. Qdcūq; iuenerit man⁹ tua da seruis tuis ⁊ filio tuo dauid. Cūq; venissent pueri dauid· locuti sūt ad nabal oia verba h̄ ex noīe dauid. ⁊ siluerūt. Rn̄dens aūt nabal pueris dauid· ait: Quis ē dauid. ⁊ q̄s est fili⁹ isai? Hodie increuerūt serui q̄ fugiūt dños suos. Tollā ḡ panes meos ⁊ aq̄s meas ⁊ carnes pecoꝝ q̄ occidi tōsorib⁹ meis. ⁊ dabo viris q̄s nescio vnde sint? Regressi sūt itaq; pueri dauid p viā suā. ⁊ reuersi venerunt ⁊ annūciauerūt ei oia ꝟba q̄ dixerat nabal. Tūc ait dauid pueris suis. Accigat̄ vnusq̄sq; gladio suo Et accincti sunt singuli gladiis suis. Accinctusq; ē ⁊ dauid ense suo. ⁊ secuti sunt dauid q̄si q̄dringenti viri. Porro ducēti remāserūt ad sarcinas. Abigail aūt vxori nabal nūciauit vn⁹ de pueris suis dicens: Ecce dauid misit nuncios de deserto ut benedicerent dño nr̄o. ⁊ auersat⁹ ē eos. Hoies isti boni sat̄ fuerūt nob̄ ⁊ nō molesti· nec q̄cq̄ aliqñ periit oi t̄pe q̄ fuim⁹ ꝯuersati cū eis in deserto. Pro muro erāt nob̄ tam i nocte ꝙ̄ i die oib⁹ diebus q̄b⁹ pauim⁹ apud eos greges. Quāobrē ꝯsidera ⁊ recogita q̄d facias: qm̄ cōpleta ē malitia aduersū virū tuū ⁊ aduersū domū tuā. ⁊ ipse ē filius belial ita ut nemo possit ei loq̄. Festinauit igit̄ abigail. ⁊ tulit ducētos panes ⁊ duos vtres vini ⁊ q̄nq; arietes coctos. ⁊ q̄nq; sata polēte. ⁊ cētū ligaturas vue passe ⁊ ducētas massas caricaꝝ ⁊ posuit sup asinos· dixitq; pueris suis: Precedite me. ⁊ ecce ego p⁹ tergū sequar vos. Viro aūt suo nabal nō indicauit. Cū ḡ ascendisset asinū ⁊ descendēt ad radicē mōtis: dauid ⁊ viri ei⁹ descēdebāt i occursū ei⁹. Quib⁹ ⁊ illa occurrit. Et ait dauid: Vere frustra seruaui oia q̄ hui⁹ erāt i deserto. ⁊ nō periit q̄cq̄ de cunctis q̄ ad eū ptinebāt. ⁊ reddidit mihi malū pro bono. Hec faciat dñs inimicis dauid ⁊ h̄ addat: si reliquero de oib⁹ q̄ ad ipsum pertinent vsq; mane mingentē ad parietē. Cum autē vidisset abigail dauid: festinauit ⁊ descendit

Abigail.

polenta est accuratissi[m]a farina.
hec carica ... ē ficus.

de asino. ⁊ ꝓcidit corã dauid sup faciẽ suã: ⁊ adorauit sup trã. ⁊ cecidit ad pedes eius. ⁊ dixit. In me sit dñe mi hec iniqtas. Loquatur obsecro ãcilla tua in aurib⁹ tuis. ⁊ audi ṽba famule tue. Ne ponat oro dñs meus rex cor suũ sup virũ istũ iniquũ nabal: qm̃ ƀm nomẽ suũ stultus est: ⁊ est stulticia cũ eo. Ego aũt ancilla tua nõ vidi pueros tuos dñe mi q̃s misisti. Nunc g̃ dñe mi viuit dñs ⁊ viuit aĩa tua q̇ ꝓhibuit te ne venires in sanguinem ⁊ saluauit manũ tuã tibi. Et nũc fiãt sicut nabal inimici tui. ⁊ q̇ querunt dño meo malũ. Qua ꝓpẽ suscipe bñdictionẽ hanc quã attulit ãcilla tua tibi dño meo. ⁊ da pueris q̇ sequũť te dñm meũ. Aufer iniquitatẽ famule tue. Faciẽs eñi faciet dñs tibi dño meo domũ fidelẽ: q̇a p̄lia dñi dñe mi tu p̄liaris. Malitia g̃ non inueniať in te oib⁹ dieb⁹ vite tue. Si.n. surrexerit aliqñ hõ ꝑsequẽs te vl' q̃rẽs aĩam tuã: erit aĩa dñi mei custodita q̃i i fasciculo viuentiũ apud dñm deũ tuũ. Porro inimicoꝝ tuoꝝ aĩa rotabiť: quasi in ĩpetu ⁊ circulo funde. Cũ ergo fecerit tibi dñs dño meo oĩa hec que locut⁹ est bona de te. ⁊ cõstituerit te ducẽ sup isrl': non erit tibi hoc in singultũ ⁊ in scrupulũ cordis dño meo ꝙ effuderis sanguinẽ inoxiũ: aut ipse te vltus fueris. Et cũ benefecerit dñs dño meo. recordaberis ancille tue. ⁊ tu benefacies ei. Et ait dauid ad abigail. Benedict⁹ dñs deus isrl': q̇ misit te hodie in occursũ meũ. ⁊ benedictũ eloquiũ tuũ. ⁊ benedicta tu que ꝓhibuisti me hodie ne irem ad sanguinẽ: ⁊ vlciscerer me manu mea. Alioq̇n viuit dñs deus isrl' qui ꝓhibuit me ne malũ facerem tibi: nisi cito venisses in occursũ mihi. non remansisset nabal vsq3 ad lucem matutinã mingẽs ad parietẽ. Suscepit ergo dauid de manu eius oĩa q̄ attulerat ei. dixitq3 ei: Vade pacifice i domũ tuã. Ecce audiui vocẽ tuã ⁊ honoraui faciẽ tuã. Venit aũt abigail ad nabal. Et ecce erat ei ↄuiuiũ in domo ei⁹ quasi cõuiuiũ regis. ⁊ cor nabal iocũdũ. Erat eñi ebrius nimis. ⁊ nõ indicauit ei ṽbũ pusillũ aut grãde vsq3 mane. Diluculo aũt cũ digessisset vinũ nabal: indicauit ei vxor sua ṽba hec. Et emortuũ est cor eius intrinsecus. ⁊ fact⁹ est quasi lapis. Cũq3 ptrãsissent decem dies: ꝑcussit dñs nabal. ⁊ mortuus est. Q3 cũ audisset dauid mortuũ nabal. ait: Benedict⁹ dñs q̇ iudicauit causã opprobrij mei de manu nabal. ⁊ ƀuũ suũ custodiuit a malo. ⁊ malitiam nabal reddidit dñs in caput eius. Misit g̃ dauid ⁊ locut⁹ ẽ ad abigail ut sumeret eã sibi in vxorẽ. Et venerũt pueri dauid ad abigail in carmelũ. ⁊ locuti sũt ad eã dicẽtes: Dauid misit nos ad te ut accipiat te sibi in vxorẽ. Que cõsurgẽs adorauit ꝓna in terrã. ⁊ ait: Ecce famula tua sit in ancillã ut lauet pedes seruorũ dñi mei. Et festinauit ⁊ surrexit abigail ⁊ ascendit sup asinũ. ⁊ q̇nq3 puelle ierũt cũ ea pedisseque eius. Et secuta ẽ nũcios dauid. ⁊ facta ẽ illi vxor. Sz ⁊ achinoem accepit dauid de ẏezrahel ⁊ fuit vtraq3 vxor ei⁹. Saul aũt dedit michol filiã suã vxorẽ dauid faltbi filio lais: qui erat de gallim.

XXVI

Et venerũt ẏiphei ad saul i gabaa dicẽtes: Ecce dauid abscõdit⁹ ẽ i colle achille q̇ ẽ ex aduerso solitudinis. Et surrexit saul. ⁊ descẽdit in desertũ ẏiph ⁊ cũ eo tria milia virorũ de electis isrl' ut q̇reret dauid i deserto ẏiph. Et castrametat⁹ ẽ saul i gabaa achille: q̄ erat ex aduerso solitudis i via. Dauid aũt habitabat i deserto. Vidẽs aũt ꝙ venisset saul post se in desertũ: misit exploratores ⁊ didicit ꝙ illuc venisset certissime. Et surrexit dauid clam. ⁊ venit ad locũ vbi erat saul. Cũq3 vidisset locũ i q̄ dormiebat saul. ⁊ abner fili⁹ ner ṗnceps militie ei⁹ ⁊ saulẽ dormiẽtẽ in tẽtorio. ⁊ reliquũ vulgus per circuitum eius. ait dauid ad achimelech ethezũ. ⁊ abisai filiũ saruie frẽm ioab. dicens: Quis descendet mecũ ad saul in castra? Dixitq3 abisai: Ego descendã tecũ. Venerũt g̃ dauid ⁊ abisai ad pp̄lm nocte: ⁊ inuenerũt saul iacentẽ ⁊ dormiẽtẽ in tentorio. ⁊ hastam fixã in terra ad caput ei⁹. abner aũt ⁊ pp̄lm dormiẽtes i circuitu ei⁹. Dixitq3 abisai ad dauid Cõclusit de⁹ inimicũ tuũ hodie in man⁹ tuas. Nũc g̃ ꝑfodiã eũ lãcea in trã semel. ⁊ secũdo op⁹ nõ erit. Et dixit dauid ad abisai: Ne interficias eũ. Quis eñi extendet manũ suã in xp̄m dñi. ⁊ inocens erit? Et dixit dauid: Viuit dñs. q̇a nisi dñs ꝑcusserit eũ. aut dies ei⁹ venerit ut moriať. aut in preliũ descendens ꝑierit: ꝓpitius mihi sit dñs ne extẽdã manũ meã i xp̄m dñi. Nũc igiť tolle hastã que ẽ ad caput eius ⁊ cyphũ aque. ⁊ abeam⁹. Tulit igiť dauid hastã ⁊ cyphũ aque q̄ erat ad caput ei⁹. ⁊ abierũt. Et non erat q̇sq̃ q̇ videret ⁊ intelligeret ⁊ euigilaret: ƀ oẽs dormiebãt q̇a sopor dñi irruerat sup eos. Cũq3 trãsisset

dauid ex aduerso. ⁊ stetisset i vertice montis de lōge. ⁊ eēt grāde interuallū int eos: clamauit dauid ad pplm. ⁊ ad abner filium ner dicens: Nōne rn̄debis abner? Et rn̄dens abner ait: Quis es tu q̄ clamas. ⁊ iquietas regē? Et ait dauid ad abner: Nūq̄d nō vir tu es? Et q̄s ali⁹ silis tui i isrl'? Quare g̃ nō custodisti dn̄m tuū regē? Ingress⁹ ē .n. vn⁹ de turba ut interficēt regē dn̄m tuū. Non ē bonum h̄ q̄d fecisti. Viuit dn̄s: qm̄ filij mortis estis vos: q̄a non custodistis dn̄m vr̄m xp̄m dn̄i. Nūc g̃ vide vbi sit hasta regis. ⁊ vbi sit cyph⁹ aque q̄ erat ad caput eius. Cognouit aūt saul vocem dauid. ⁊ dixit. Nūq̄d vox hec tua fili mi dauid? Et ait dauid. Vox mea dn̄e mi rex. Et ait: Quā ob cām dn̄s me⁹ p̄seq̄t̃ seruū suū? Quid feci. aut q̄d est malū i manu mea? Nūc g̃ audi oro dn̄e mi rex verba s̄ui tui. Si dn̄s icitat te aduersū me. odoret̃ sacrificiū. Si aūt filij hoiuz. maledicti sūt i cōspectu dn̄i q̄ eiecerunt me hodie ut non habitē i hereditate dn̄i. dicētes: vade serui dijs alienis. Et nūc nō effūdat̃ sanguis me⁹ i t̃ra corā dn̄o q̄a egressus ē rex isrl' ut querat pulicem vnū. sicut p̄seq̄t̃ perdix i mōtib⁹. Et ait saul: Peccaui. Reuertē fili mi dauid. Neq̄q̄ eni vltra tibi male faciam eo ꝙ p̄ciosa fuerit anima mea i oculis tuis hodie. Apparet .n. ꝙ stulte egeri. ⁊ ig̃naueri multa nimis. Et respondēs dauid ait: Ecce hasta reg̃. transeat vn⁹ de pueris reg̃ ⁊ tollat eā. Dn̄s aūt retribuet vnicuiq; s̄m iusticiā suā ⁊ fidē. Tradidit .n. te dn̄s hodie in manū meā. ⁊ nolui extēdē manū meā in xp̄m dn̄i. Et sicut magnificata est aia tua hodie i oculis meis. sic magnificet̃ aia mea i oculis dn̄i. ⁊ libēt me de oī angustia. Ait g̃ saul ad dauid. Bn̄dict⁹ tu fili mi dauid. Et q̄dē faciēs facies. ⁊ potēs poteris. Abijt aūt dauid i viā suā. ⁊ saul reuersus est in locū suū.

C XXVII

Et ait dauid in corde suo. Aliquādo incidam vna die in man⁹ saul. Nonne melius est ut fugiam. ⁊ saluer in terra philistinorum ut desperet saul cessetq; me querere in cunctis finib⁹ isrl'? Fugiam g̃ manus eius. Et surrexit dauid. ⁊ abijt ipse ⁊ sexcēti viri cū eo ad achis filiū maoch regem geth. Et habitauit dauid cum achis in geth ipse ⁊ viri ei⁹ ⁊ domus ei⁹ ⁊ due vxores eius: achinoem iezrahelites ⁊ abigail vxor nabal carmeli. Et nūciatū ē saul ꝙ fugisset dauid i geth. ⁊ non addidit vltra querere eū. Dixit aūt dauid ad achis: Si iueni grām i oculis tuis: det̃ mihi loc⁹ i vna vrbiū regiōis hui⁹ ut habitē ibi. Cur eni manet seruus tuus in ciuitate regis tecū? Dedit itaq; ei achis in die illa sicelech. Propter quā causā facta est sicelech regū iuda vsq; in diē hanc. Fuit aūt numer⁹ dierū quib⁹ habitauit dauid i regiōe philistinorū q̃tuor mēsiū. Et ascēdit dauid ⁊ viri eius. ⁊ agebāt p̄das de gesuri ⁊ de gezre ⁊ de amalechitis. Hi eni pagi habitabant in terra antiquit⁹ eūtib⁹ sur vsq; ad terrā egypti. Et p̄cutiebat dauid oēm terrā illorū. nec relinquebat viuentē virū ⁊ mulierē: tollensq; oues ⁊ boues ⁊ asinos ⁊ camelos ⁊ vestes reuertebat̃. ⁊ veniebat ad achis. Dicebat āt ei achis. In quē irruisti hodie? Respōdebat dauid. Cōtra meridiē iude ⁊ cōtra meridiem hieramel ⁊ cōtra meridiē ceni. Virū ⁊ mulierem nō viuificabat dauid: nec adducebat in geth dicēs: ne forte loquāt̃ aduersum nos. Hec fecit dauid. Et hoc erat decretū illi oib⁹ diebus quib⁹ habitauit i regiōe philistinorū. Credidit g̃ achis dauid dicēs: Multa mala op̄atus est cōtra pplm suū isrl'. Erit igitur mihi seruus sempitern⁹.

C XXVIII

Factū ē aūt in dieb⁹ illis. cōgregauerūt philistijm agmia sua ut p̄pararent̃ ad bellū cō isrl'. Dixitq; achis ad dauid. Sciēs nūc scito: qm̄ mecū egredieri i castris tu ⁊ viri tui. Dixitq; dauid ad achis: Nūc scies q̄ factur⁹ est seru⁹ tu⁹. Et ait achis ad dauid: Et ego custodē capit̃ mei ponā te cūctis dieb⁹. Samuel aūt mortu⁹ ē. planxitq; eū oīs isrl'. ⁊ sepelierūt eū in ramatha vrbe sua. Et saul abstulit magos ⁊ ariolos d̃ t̃ra. Cōgregatiq; sūt philistijm. ⁊ venerūt ⁊ castrametati sūt i sunā. Cōgregauit aūt ⁊ saul vniuersū isrl'. ⁊ venit in gelboe. Et vidit saul castra philistijm ⁊ timuit. ⁊ expauit cor ei⁹ nimis. Cōsuluitq; dn̄m. ⁊ non rn̄dit ei. neq; p̄ somnia. neq; p̄ sacerdotes. neq; p̄ p̄phetas. Dixitq; saul seruis suis: Querite mihi mulierē habētē phitonē. ⁊ vadā ad eā ⁊ sciscitabor p̄ illā. Et dixerūt serui ei⁹ ad eū: Est mulier phitonē hn̄s i endor. Mutauit g̃ habitū suū. vestitusq; ē alijs vestimentis. ⁊ abijt ipse ⁊ duo viri cū eo: venerūtq; ad mulierē nocte. ⁊ ait illi: Diuina mihi in phitone: ⁊ suscita mihi quem dixero tibi. Et ait mulier ad eū. Ecce tu nosti quāta fecerit saul. ⁊ quō

eraſerit magos ⁊ ariolos de t̃ra. Quare ḡ inſidiaris aĩe mee ut occidar? Et iurauit ei ſaul i dño dicẽs: Viuit dñs: q̇a non eueniet tibi q̇cq̃ mali ꝑpt̃ hãc rẽ. Dixitq̃ ei mulier: Quẽ ſuſcitabo tibi? Qui ait: Samuelẽ m̃ ſuſcita. Cum aũt vidiſſet mulier ſamuelẽ: exclamauit voce mag̃. ⁊ dixit ad ſaul: Quare ĩpoſuiſti mihi? Tu es.n.ſaul. Dixitq̃ ei rex: Noli timẽ. Quid vidiſti? Et ait mulier ad ſaul. Deos vidi aſcendẽtes de terra. Dixitq̃ ei: Qualis ẽ forma ei⁹? Que ait: Vir ſenex aſcẽdit. ⁊ ipſe amict⁹ eſt pallio. Et intellexit ſaul q̃ ſamuel eẽt. ⁊ iclinauit ſe ſup̱ faciẽ ſuã in t̃ra. ⁊ adorauit. Dixit aũt ſamuel ad ſaul Quare inq̇etaſti me ut ſuſcitarer? Et ait ſaul Coartor nimis. Siq̇dẽ philiſtijm pugnant aduerſũ me. ⁊ deus receſſit a me. ⁊ exaudire me noluit· neq̃ i manu ꝓphetaꝝ· neq̃ p̱ ſomnia. Vocaui ḡ te: ut oñderes mihi q̇d faciã Et ait ſamuel: Quid interrogas me cũ dñs receſſerit a te. ⁊ trãſierit ad emulũ tuũ? Faciet.n.tibi dñs ſicut locut⁹ ẽ in manu mea: ⁊ ſcindet regnũ tuũ de mãu tua. ⁊ dabit illud ꝓximo tuo dauid· quia nõ obediſti voci dñi neq̃ feciſti iram furoꝛ̃ ei⁹ i amalech. Idcirco quod pateris fecit tibi dñs hodie. ⁊ dabit dñs etiã iſrł̃ tecũ i mãu philiſtijm. Cras ãt tu ⁊ filij tui mecũ eritꝭ: ſ3 ⁊ caſtra iſrł̃ tradet dñs i man⁹ philiſtijm. Statiq̃ ſaul cecidit porrect⁹ i t̃rã. Extimuerat.n. ꝟba ſamuelis· ⁊ robur nõ erat ieo: q̇a nõ comederat panẽ tota die illa. Ingreſſa eſt itaq̃ mulier illa ad ſaul. Cõturbat⁹ eni erat valde. Dixitq̃ ad eum: Ecce obediuit ancilla tua voci tue: ⁊ poſui animã meã in manu mea. ⁊ audiui ſermones tuos quos locutus es ad me. Nũc igit̃ audi ⁊ tu vocem ancille tue. ⁊ ponã corã te buccellã panis ut comedẽs ꝯualeſcas ⁊ poſſis iter agere. Qui renuit. ⁊ ait: Nõ comedã. Coegerunt autẽ eũ ſerui ſui ⁊ mulier ⁊ tandẽ audita voce eoꝝ ſurrexit de terra. ⁊ ſedit ſup̱ lectum. Mulier autẽ illa habebat vitulũ paſcualẽ in domo ⁊ feſtinauit ⁊ occidit eũ. Tollẽſq̃ farinã miſcuit eã. ⁊ coxit azima. ⁊ poſuit añ ſaul ⁊ ante ſeruos eius. Qui cũ comediſſent· ſurrexerũt ⁊ ãbulauerũt p̱ totã noctem illam.

CXXIX

Congregata ſũt ergo philiſtijm vniuerſa agmia i aphec. S3 ⁊ iſrł̃ caſtra metat⁹ ẽ ſup̱ fontẽ q̇ erat in iezrahel. Et ſatrape q̇dẽ philiſtijm incedebãt i centurijs ⁊ milib⁹: dauid aũt ⁊ viri ei⁹ erãt in nouiſſimo agmine cũ achis. Dixerũtq̃ p̃ncipes philiſtijm ad achis: Quid ſibi volũt hebrei iſti? Et ait achis ad p̃ncipes philiſtijm. Nũ q̇d ignorat dauid q̇ fuit ſeru⁹ ſaul regi iſrł̃. ⁊ eſt apud me multis dieb⁹ uel annis? Et nõ iueni i eo q̇cq̃ ex die q̃ trãſfugit ad me vſq̃ ad diẽ hãc. Irati ſũt aũt aduerſus eũ principes philiſtijm ⁊ dixerũt ei: Reuertat̃ vir. ⁊ ſedeat i loco ſuo i q̃ ꝯſtituiſti eũ. ⁊ nõ deſcendat nobiſcũ in p̃liũ· ne fiat nob̃ aduerſari⁹ cũ p̃liari cep̱im⁹. Quõ.n. alit̃ poterit placare dñm ſuũ niſi i capitib⁹ nr̃is? Nonne iſte eſt dauid cui cãtabãt i choꝛ̃ dicẽtes: p̱cuſſit ſaul i milib⁹ ſuis. ⁊ dauid in decẽ milib⁹ ſuis? Vocauit ḡ achis dauid. ⁊ ait ei: Viuit dñs· q̇a rectus es ⁊ bon⁹ i cõſpectu meo. ⁊ exitus tu⁹ ⁊ introit⁹ tu⁹ mecũ ẽ i caſtris. Et nõ iueni i te q̇cq̃ mali· ex die q̃ veniſti ad me vſq̃ in diẽ hãc: ſ3 ſatrapis nõ places. Reuertẽ ḡ ⁊ vade i pace. ⁊ nõ offendas oculos ſatrapaꝝ philiſtijm. Dixitq̃ dauid ad achis: Quid.n. feci ⁊ q̇d iueniſti i me ſeruo tuo a die q̃ fui i cõſpectu tuo vſq̃ i diẽ hanc ut nõ veniã ⁊ pugnẽ ꝯ iĩmicos dñi mei regis? Rñdens autẽ achis locut⁹ ẽ ad dauid: Scio q̇a bon⁹ es tu i oculis meis ſicut angel⁹ dei· ſ3 p̃ncipes philiſtinoꝝ dixerunt: Non aſcendet nobiſcũ in p̃liũ. Igit̃ ꝯſurge mane tu ⁊ ſerui dñi tui qui venerũt tecũ. ⁊ cũ de nocte ſurrexeritꝭ ⁊ ceperit diluceſcẽ· p̱gite. Surrexit itaq̃ de nocte dauid ipſe ⁊ viri eius ut ꝓficiſcerẽt̃ mane. ⁊ reuerterent̃ ad t̃rã philiſtijm. Philiſtijm aũt aſcenderunt in iezrahel.

CXXX

Cumq̃ veniſſent dauid ⁊ viri eius i ſiceleg die tertia· amalechite ipetũ fecerant ex p̱te auſtrali in ſiceleg. ⁊ p̱cuſſerãt ſiceleg. ⁊ ſuccenderant eã igni. Et captiuas duxerãt mulieres ex ea a minimo vſq̃ ad magnũ. ⁊ nõ int̃fecerãt quẽq̃· ſ3 ſecũ duxerãt ⁊ p̱gebãt itinere ſuo. Cũ ḡ veniſſet dauid ⁊ viri ei⁹ ad ciuitatẽ. ⁊ iueniſſent eam ſuccenſam igni ⁊ vxores ſuas ⁊ filios ſuos ⁊ filias ductas eẽ captiuas: leuauer̃t dauid ⁊ p̱pl's q̇ erat cũ eo voces ſuas. ⁊ planxerũt donec deficerẽt i eis lachryme. Siq̇dẽ ⁊ due vxores dauid captiue ducte fuerãt achinoẽ iezrahelites. ⁊ abigail vxor nabal carmeli. Et cõtriſtat⁹ eſt dauid valde. Volebat.n. eũ p̱pl's lapidare: q̇a amara erat aĩa vniuſcuiuſq̃ viri ſup̱ filijs ſuis ⁊ filiab⁹. Cõfortat⁹ ẽ

aũt dauid in dño deo suo. ⁊ ait ad abiathar sacerdotẽ filiũ achimelech: Applica ad me ephot. Et applicauit abiathar ephot ad dauid. ⁊ ꝯsuluit dauid dñm dicẽs: Persequar latrũculos hos. ⁊ ꝯphendã eos an nõ? Dixitq; ei dñs. Persequere. absq; dubio. n. cõprehẽdes eos ⁊ excuties predam. Abijt ḡ dauid ipse ⁊ sexcẽti viri q̃ erãt cum eo. ⁊ venerunt vsq; ad torrentẽ besor. ⁊ lassi q̃dã substiterunt. Persecut⁹ est aũt dauid ipse ⁊ q̃dringenti viri cũ eo: substiterãt. n. ducẽti q̃ lassi transire nõ poterãt torrentẽ besor. Et iuenerunt virũ egyptiũ i agro. ⁊ adduxerũt eũ ad dauid. Dederũtq; ei panem ut comederẽt ⁊ biberẽt aquã: s; ⁊ fragmen masse caricarũ. ⁊ duas ligaturas vuepasse. Qui cũ comedisset. reuers⁹ ẽ spũs ei⁹. ⁊ refocillat⁹ ẽ. Non. n. comederat panem neq; biberat aquã trib⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctibus. Dixit itaq; ei dauid: Cuius es tu. uel vnde. ⁊ q̃ pgis? Qui ait: Puer egyptius ego sũ: seru⁹ viri amalechite. Dereliquit aũt me dñs me⁹: q̃a egrotare cepi nudiusterti⁹. Siq̃dẽ nos erupim⁹ ad australẽ plagã cerethi ⁊ ꝯ iudã. ⁊ ad meridiẽ caleph. ⁊ sicelech succendimus igni. Dixitq; ei dauid: Potes me ducere ad istũ cuneũ? Qui ait: Jura mihi p deũ q; non occidas me. ⁊ nõ tradas me i manus dñi mei. ⁊ ego ducam te ad cuneũ istũ. Et iurauit ei dauid. Qui cũ duxisset eũ. ecce illi discũbebãt sup faciem vniuerse t̃re. comedentes ⁊ bibẽtes. ⁊ q̃si festũ celebrãtes diẽ: p cũcta p̃da ⁊ spolijs q̃ cepãt de t̃ra philistijm ⁊ de t̃ra iuda. Et pcussit eos dauid a vespera vsq; ad vespã alteri⁹ diei. ⁊ nõ euasit ex eis q̃sq; nisi tm̃ q̃drigẽti viri adolescẽtes q̃ ascẽderãt camelos ⁊ fugerãt. Eruit ḡ dauid oĩa q̃ tulerant amalechite. ⁊ duas vxores suas eruit. Nec defuit q̃sq̃ a puo vsq; ad magnũ tam de filijs q̃ de filiab⁹ ⁊ de spolijs. ⁊ q̃cũq; rapuerãt oĩa reduxit dauid. ⁊ tulit vniuersos greges ⁊ armẽta. ⁊ minauit añ faciẽ suã. Dixerũtq;: hec est p̃da dauid. Venit aũt dauid ad ducẽtos viros q̃ lassi substiterãt nec seq̃ poterãt dauid. ⁊ resideẽ eos iusserat i torrente besor. Qui egressi sũt obuiam dauid. ⁊ ꝑplo q̃ erat cũ eo. Accedẽs aũt dauid ad populũ salutauit eos pacifice. Rñdẽsq; oĩs vir pessim⁹ ⁊ iniqu⁹ de viris q̃ erãt cũ dauid. dixit. Quia nõ venerũt nobiscũ non dabimus eis q̃cq̃ de p̃da quã eruimus. s; sufficiat vnicuiq; vxor sua ⁊ filij. q̃s cũ accepint recedãt. Dixit aũt dauid. Nõ sic facietis f̃res mei de his q̃ tradidit nob dñs. ⁊ custodiuit nos. ⁊ dedit latrũculos q̃ erupãt aduersũ nos i manus nr̃as. nec audiet vos q̃sq̃ sup sermõe h̃. Equa. n. ps erit descendẽtis ad p̃liũ. ⁊ remanẽtis ad sarcinas. ⁊ sim̃r diuidẽt. Et factũ est h̃ ex die illa. ⁊ deinceps ꝯstitutũ ⁊ p̃finitũ. ⁊ q̃si lex i isr̃l vsq; i diẽ hãc. Venit ḡ dauid i sicelech. ⁊ misit dona de p̃da seniorib⁹ iuda. p̃ximis suis dicẽs: Accipite bñdictionẽ de p̃da hostiũ dñi. his q̃ erãt in bethel ⁊ q̃ in ramoth ad meridiem. ⁊ q̃ i gether. ⁊ q̃ i aroer. ⁊ q̃ i sephamoth. ⁊ q̃ i esthama. ⁊ q̃ in rachal. ⁊ q̃ i vrbib⁹ hierameli. ⁊ q̃ in vrbib⁹ ceni. ⁊ q̃ in rama. ⁊ q̃ in lacu asan. ⁊ q̃ i atach. ⁊ q̃ in hebron. ⁊ reliq̃s q̃ erãt i his locis i q̄b⁹ cõmoratus fuerat dauid ⁊ viri eius. CXXXI

Philistijm aũt pugnabant aduersum isr̃l. Et fugerũt viri isr̃l añ faciẽ philistijm. ⁊ ceciderunt interfecti in monte gelboe. Jrruerũtq; philistijm i saul ⁊ i filios ei⁹. ⁊ pcusserunt ionathã ⁊ abinadab ⁊ melchisue filios saul: totũq; pondus p̃lij v̄sũ ẽ in saul. Et cõsecuti sũt eũ viri sagittarij. ⁊ vulneratus ẽ vehemẽt a sagittarijs. Dixitq; saul ad armigeꝝ suũ: Euagina gladiũ tuũ ⁊ pcute me: ne forte veniant icircũcisi isti ⁊ interficiant me illudẽtes mihi. Et noluit armiger ei⁹: fuerat. n. nimio t̃rore pterrit⁹. Arripuit itaq; saul gladiũ suũ ⁊ irruit sup eũ. Qđ cũ vidisset armiger eius videlz q; mortu⁹ esset saul: irruit etiã ipse sup gladiũ suũ ⁊ mortu⁹ ẽ cũ eo. Mortu⁹ est ḡ saul ⁊ tres filij ei⁹ ⁊ armiger illi⁹. ⁊ vniuersi viri ei⁹ i die illa pariter. Videtes aũt filij isr̃l q̃ erant trãs vallẽ ⁊ trãs iordanẽ q; fugissent viri isr̃lite. ⁊ q; mortu⁹ eẽt saul ⁊ tres filij eius: reliquerũt ciuitates suas ⁊ fugerũt. Venerũtq; philistijm ⁊ habitauerũt ibi. Facta aũt die alt̃a venerũt philistijm ut expoliarẽt interfectos. ⁊ inuenerunt saul ⁊ tres filios ei⁹ iacentes i monte gelboe. Et p̃ciderũt caput saul. ⁊ expoliauerũt eũ armis. ⁊ miserũt i t̃rã philistinoꝝ p circuitũ ut ãnũciaref i tẽplo idoloꝝ ⁊ i ꝑp̃lis. Et posuerũt arma ei⁹ i tẽplo astaroth: corp⁹ v̄o ei⁹ suspẽderũt in muro bethsan. Qđ cũ audissent habitatores iabes galaad q̃cũq; fecerãt philistijm saul: surrexerunt oẽs viri fortissimi. ⁊ ambulauerũt tota nocte. ⁊ tulerunt cadauer saul ⁊ cadauera filioꝝ ei⁹ de muro bethsan. Venerũtq; viri iabes galaad. ⁊ ꝯbusserũt ea

igni.⁊ tulerūt ossa eoꝝ.⁊ sepelierūt in nemore iabes.⁊ ieiunauerunt septem diebus.

Explicit primꝰ liber Samuelis
Incipit secundus. Capl'm I

Factū est autē postꝙ mortuꝰ ē saul ut dauid reuerteretur a cede amalech.⁊ maneret i siceleca duos dies. In die aūt t'tia apparuit hō veniēs de castris saul· veste cōscissa ⁊ pulue ꝯspsus caput. Et ut venit ad dauid cecidit sup faciē suā.⁊ adorauit. Dixitqꝫ ad eū dauid: Unde venis? Qui ait ad eum. De castris isrl' fugi. Et dixit ad eū dauid: Qđ ē vbū qđ factū est? Indica m. Qui ait: Fugit populꝰ ex prelio.⁊ multi corruētes e populo mortui sūt: s ⁊ saul ⁊ ionathas filꝰ eiꝰ interierūt. Dixitqꝫ dauid ad adolescētē q nūciabat ei. Unde scis qa mortuꝰ ē saul ⁊ ionathas filꝰ eius? Ait adolescēs q nūciabat ei. Casu veni in montē gelboe.⁊ saul incūbebat super hastā suā: porro currꝰ ⁊ eqtes appropinquabant ei.⁊ cōuersus pꝰ tergū suū· vidensqꝫ me vocauit. Cui cū rñdissem adsū· dixit mihi: Quis nā es tu? Et aio ad eū: Amalechites ego sū. Et locutꝰ ē mihi: Sta sup me ⁊ interfice me: qm tenēt me angustie.⁊ adhuc tota aīa mea i me ē. Stansqꝫ sup eū occidi illum. Sciebā.n.ꝙ viuē nō poterat pꝰ ruinā. Et tuli diadema qđ erat in capite eiꝰ.⁊ armillam de brachio illius.⁊ attuli ad te dñm meū huc. Apprehendēs aūt dauid vestimenta sua scidit· oēsqꝫ viri q erāt cū eo.⁊ planxerūt ⁊ fleuerūt ⁊ ieiunauerūt vsqꝫ ad vespā sup saul ⁊ sup ionathan filiū eiꝰ.⁊ sup ppl'm dñi.⁊ sup domū isrl': eo ꝙ corruissent gladio. Dixitqꝫ dauid ad iuuenē q nūciauerat ei: Unde es tu? Qui rñdit: Filiꝰ hōis aduene amalechite ego sum. Et ait ad eum dauid: Quare non timuisti mittē manū tuā ut occideres xp̄m dñi? Vocāsqꝫ dauid vnū de pueris suis ait: Accedēs irrue in eū. Qui pcussit illū ⁊ mortuꝰ ē. Et ait ad eū dauid: Sāguis tuꝰ sup caput tuū. Os.n. tuū locutū est aduersū te dicēs: ego interfeci xp̄m dñi. Plāxit autē dauid plāctū huiuscemōi sup saul ⁊ sup ionathan filiū eiꝰ.⁊ pcepit ut docerēt filios iuda arcū: sicut scriptū est in libro iustoꝝ. Et ait: Considera isrl' ꝓ his qui mortui sūt: sup excelsa tua vulnerati. Incliti isrl' sup montes tuos interfecti sūt. Quō ceciderūt fortes? Nolite annūciare in geth· neqꝫ annūcietis in cōpitis ·i tuis· ascalonis: ne forte letent' filie philistijm· ne exultēt filie incircūcisoꝝ. Mōtes gelboe nec ros nec pluuia veniant super vos. Neqꝫ sint agri pmitiaꝝ: qa ibi abiectꝰ ē clypeꝰ fortium· clypeꝰ saul qsi nō esset vnctꝰ oleo· a sanguine interfectorū ab adipe fortiū. Sagitta ionathe nūꝙ rediit retrorsū.⁊ gladius saul nō est reuersus ianis. Saul ⁊ ionathas amabiles ⁊ decori valde i vita sua· i morte qꝫ nō sunt diuisi. Aqlis velociores: leonibꝰ fortiores. Filie isrl' sup saul flete q vestiebat vos coccino in delitijs: q pbebat ornamēta aurea cultui vr̄o. Quō ceciderūt fortes i p̄lio? Ionathas i excelsis tuis occisus ē. Doleo sup te frater mi ionatha decore nimis.⁊ amabilis super amorē mulieꝝ. Sicut mat' vnicū amat filiū suū· ita ego te diligebā. Quō ceciderūt robusti.⁊ perierunt arma bellica? C II

Igit' pꝰ hec ꝯsuluit dauid dñm dicens: Nū ascēdā in vnā de ciuitatibꝰ iuda? Et ait dñs ad eū: Ascēde. Dixitqꝫ dauid: Quo ascendā? Et rñdit ei: In hebron. Ascēdit ḡ dauid ⁊ due vxores eiꝰ achinoem iezrahelites ⁊ abigail vxor nabal carmeli: s ⁊ viros q erāt cū eo duxit dauid singulos cū domo sua.⁊ manserūt i oppidis hebron. Veneruntqꝫ viri iuda.⁊ vnxerūt ibi dauid ut regnaret sup domū iuda. Et nūciatū ē dauid ꝙ viri iabes galaad sepelissent saul. Misit ḡ dauid nūcios ad viros iabes galaad· dixitqꝫ ad eos: Bñdicti vos a dño q fecistis mīam hanc cū dño vr̄o saul.⁊ sepelistis eū. Et nūc retribuet vobis qdē dñs mīam ⁊ v'itatē.⁊ ego reddā grām eo ꝙ fecistis vbū istud. Cōfortent' manꝰ vr̄e.⁊ estote filij fortitudis. Licz eni mortuus sit dñs vester saul: tñ me vnxit domꝰ iuda i regē sibi. Abner aūt filꝰ ner pnceps exercitus saul· tulit isboseth filiū saul.⁊ circūduxit eū p castra· regēqꝫ cōstituit super galaad.⁊ sup gessuri.⁊ sup iezrahel.⁊ sup effraim.⁊ sup beniamin.⁊ sup isrl' vniuersum. Quadragita ānoꝝ erat isboseth filꝰ saul cū regnare cepisset sup isrl'.⁊ duobus annis regnauit. Sola autē domꝰ iuda seqbat' dauid. Et fuit numerꝰ dieꝝ qs cōmoratꝰ est dauid iperās i hebron sup domū iuda septē ānorū ⁊ sex mensiū. Egressusqꝫ est abner filꝰ ner ⁊ pueri isboseth filij saul de castris in gabaon

Arc⁹ doce⁹

Porro ioab filiꝰ saruie. ⁊ pueri dauid egressi
sūt. ⁊ occurrerūt eis iux̄ piscinā gabaon. Et
cū in vnū cōuenissent. e regione sederūt hi in
vna pte piscine. ⁊ illi ex altera. Dixitq̄ abner
ad ioab: Surgāt pueri. ⁊ ludāt corā nobis
Et rn̄dit ioab: Surgāt. Surrexerūt ḡ ⁊ trās/
ierunt nūero duodecim de beniamin ex pte
isboseth filij saul. ⁊ duodeci de puerꝭ dauid
Apprehensoq̄ vnusq̄sq̄ capite cōparis sui de/
fixit gladiū i latꝰ ꝯtrarij. ⁊ ceciderūt siл. Vo/
catūq̄ ē nomē loci illiꝰ ager robustoꝝ in ga/
baon. Et ortū ē bellū durū satis i die illa. fu/
gatusq̄ ē abner ⁊ viri israhel a pueris dauid.
Erant āt ibi tres filij saruie. ioab ⁊ abisai ⁊
asahel. Porro asahel cursor velocissimꝰ fuit
q̄i vnꝰ de capreis q̄ morant̄ in siluis. Perse/
quebat̄ aūt asahel abner. ⁊ nō declinauit ad
dexterā siue ad sinistrā omittēs psequi abner
Respexit itaq̄ abner pꝰ tergū suū. ⁊ ait: Tu
ne es asahel? Cui rn̄dit: Ego sū. Dixitq̄ ei
abner: Vade ad dexteram siue ad sinistrā. ⁊
apprehende vnū de adolescentibꝰ. ⁊ tolle tibi
spolia eiꝰ. Noluit aūt asahel omittē q̄n vrge/
ret eū. Rursūq̄ locutꝰ ē abner ad asahel. Re/
cede ⁊ noli me seq̄. ne forte ꝯpellar ꝯfodere te
i terrā. ⁊ leuare nō potero faciē meā ad ioab
frēm tuum. Qui audire ꝯtēpsit. ⁊ noluit de/
clinare. Percussit ḡ eū abner auersa hasta in
inguine ⁊ transfodit. ⁊ mortuꝰ est i eodē loco.
Omnesq̄ q̄ transibāt ꝑ locū illum i q̄ ceciderat
asahel ⁊ mortuꝰ erat. subsistebāt. Persequē/
tibꝰ aūt ioab ⁊ abisai fugientē abner. sol oc/
cubuit. Et venerūt vsq̄ ad collē aq̄ductꝰ qui
ē ex aduerso vallis ⁊ itinerꝭ deserti i gabaon.
Congregatiq̄ sūt filij beniamin ad abner. ⁊
⁊ conglobati i vnū euneū steterūt i sūmitate
tumuli viiꝰ. Et exclamauit abner ad ioab ⁊
ait: Nū vsq̄ ad internitionē tuꝰ mucro deseui/
et? An ig̊ras q̄ piculosa sit desꝑatio? Vsq̄ q̊
nō dicis pplo ut omittat ꝑseq̄ frēs suos? Et
ait ioab: Viuit dn̄s: si locutus fuisses mane
recessisset ppl's ꝑsequēs frēm suū. Insonuit ḡ
ioab buccina. ⁊ stetit oīs exercitus: nec ꝑse/
cuti sūt vltra isrl': neq̄ iniere certamen. Ab/
ner aūt ⁊ viri eius abierūt ꝑ cāpestria moab
tota nocte illa. ⁊ trāsierūt iordanē. ⁊ lustra/
ta oi bethoron venerunt ad castra. Porro
ioab reuersus omisso abner cōgregauit oēm
pplm. ⁊ defuerūt de puerꝭ dauid decē ⁊ nouē
viri excepto asahele. Serui aūt dauid ꝑcus/
serūt de beniamin ⁊ de viris q̄ erāt cū abner
trecētos sexagita: q̊ ⁊ mortui sūt. Tulerūtq̄
asahel. ⁊ sepelierūt eū in sepulchro p̄ris sui in
bethleem. Et ambulauerūt tota nocte ioab
⁊ viri qui erāt cū eo. ⁊ i ipso crepusculo ꝑue/
nerunt in hebron.

C III

Facta ē ḡ longa cōcertatio int̄ domū
dauid ⁊ int̄ domū saulis: dauid ꝓfi/
ciens ⁊ sꝑ seipso robustior: domꝰ aūt
saul decrescens quotidie. Natiq̄ sūt filij da/
uid in hebron. Fuitq̄ p̄mogenitꝰ eiꝰ āmon de
achinoem iezrahelite. ⁊ pꝰ eū cheleab de abi/
gail vxore nabal carmeli. Porro tertiꝰ absa/
lon filiꝰ maacha filie tholomai regis gessur.
Quartꝰ āt adonias filiꝰ agith. ⁊ q̄ntꝰ sapha/
tias filiꝰ abithal. Sextꝰ q̊q̄ iethraam de egla
vxore dauid. Hi nati sūt dauid i hebron. Cū
ḡ eēt p̄liū int̄ domū saul ⁊ domū dauid: ab/
ner filiꝰ ner regebat domū saul. Fuerat autē
sauli ꝯcubina noīe respha filia achia. igres/
susq̄ ē ad eā abner. Dixitq̄ isboseth ad ab/
ner: Quare ingressus es ad cōcubinā patrꝭ
mei? Qui iratꝰ nimis ꝓpter v̄ba isboseth. ait
Nūq̄d caput canis ego sū aduersū iudā ho/
die q̄ fecerim m̄iam sup domū saul p̄ris tui. ⁊
sup frēs ⁊ ꝓximos eiꝰ. ⁊ nō tradidi te in manu
dauid. ⁊ tu req̄sisti in me q̄ argueres ꝓ mu/
liere hodie? Hec faciat deꝰ abner. ⁊ h̄ addat
ei: nisi quō iurauit dn̄s dauid sic faciā cū eo
ut transferat̄ regnū de domo saul. ⁊ eleuetur
thronꝰ dauid sup isrl' ⁊ sup iudā a dan vsq̄
bersabee. Et non potuit respondere ei quicq̄
q̄a metuebat illū. Misit ḡ abner nūcios ad
dauid i hebron ꝓ se dicētes: Cuiꝰ est t̄ra? Et
ut loq̄rēt̄. Fac mecū amicitias. ⁊ erit manꝰ
mea tecū. ⁊ reducā ad te vniuersū isrl'. Qui
ait: Optime. Ego faciā tecum amicitias. s;
vnā rē peto a te dicēs: Non videbꝭ faciē meā
anq̄ adduxerꝭ m̄ michol filiā saul. ⁊ sic veni/
es ⁊ videbꝭ me. Misit aūt dauid nūcios ad
isboseth filiū saul dicēs: Redde vxorē meā
michol quā despōdi m̄ cētū p̄putijs philistijm
Misit ḡ isboseh. ⁊ tulit eā a viro suo phal/
tiel filio lais. Seq̄bat̄q̄ eā vir suus plorās
vsq̄ baurim. Et dixit ad eū abner: Vade ⁊
reuertē. Qui reuersus ē. Sermonē q̊q̄ itulit
abner ad seniores isrl' dicēs: Tā heri q̄ nu/
diustertiꝰ querebatꝭ dauid ut regnaret super
vos. Nūc ḡ facite: q̄m dn̄s locutus ē ad da/
uid dicēs: In manu serui mei dauid salua/
bo pplm meū isrl' de manu philistijm ⁊ oiū
inimicoꝝ eius. Locutus ē autem abner etiā

ad beniamin. Et abijt ut loq̃ret̃ ad dauid in
hebron oia q̃ placuerãt isrl'i ⁊ vniũso benia/
min. venitq; ad dauid i hebron cũ vigĩti virĩs.
Et fecit dauid abner ⁊ viris ei⁹ q̃ venerant
cum eo conuiuiũ. Et dixit abner ad dauid:
Surgã ut ꝯgregẽ ad te dñm meũ regẽ oẽm
isrl'. ⁊ ineam tecũ fed⁹. ⁊ iperes oib⁹ sicut desi/
derat aĩa tua. Cũ g̃ deduxisset dauid abner
⁊ ille isset i pace. stati pueri dauid ⁊ ioab ve/
nerũt cesis latronib⁹ cũ p̃da magna nimis.
Abner aũt nõ erat cũ dauid i hebron. q̃a iã
dimiserat eũ. ⁊ ꝓfect⁹ fuerat i pace. ⁊ ioab ⁊
ois exercit⁹ qui erant cũ eo postea venerant.
Nũciatũ ẽ itaq; ioab a narrãtib⁹. Venit ab/
ner filius ner ad regẽ. ⁊ dimisit eũ. ⁊ abijt in
pace. Et igressus ẽ ioab ad regẽ. ⁊ ait: Quid
fecisti? Ecce venit abner ad te. Quare dimi/
sisti eũ. ⁊ abijt ⁊ recessit? Ig̃ras abner filium
ner q̃m ad h̃ venit ut deciperet te. ⁊ sciret exi/
tũ tuũ ⁊ introitũ tuũ. ⁊ nosset oia que agis?
Egressus itaq; ioab a dauid misit nuncios
p⁹ abner. ⁊ reduxit eũ a cisterna syra ig̃rante
dauid. Cũq; redisset abner in hebron seorsũ
adduxit eũ ioab ad mediũ porte ut loq̃ret̃ ei
in dolo. ⁊ ꝑcussit illũ ibi in inguine ⁊ mortu⁹
est in vltionẽ sanguinis asahel fratris eius.
Quod cũ audisset dauid rem iam gestã. ait:
Mund⁹ ego sũ. ⁊ regnũ meũ apud deũ vsq; i
sempitnũ a sanguine abner filij ner. ⁊ veniat
sup̱ caput ioab ⁊ sup̱ oẽm domũ patris eius
nec deficiat de domo ioab fluxũ seminis su/
stinẽs ⁊ leprosus ⁊ tenẽs fusũ. ⁊ cadẽs gla/
dio ⁊ indigẽs pane. Igit̃ ioab ⁊ abisai frat̃
ei⁹ interfecerũt abner. eo q; occidisset asahel
fratrẽ eoꝝ i gabaon i p̃lio. Dixit autẽ dauid
ad ioab. ⁊ ad oẽm p̃plm q̃ erat cũ eo. Scindi/
te vestimẽta vr̃a ⁊ accingimini saccis. ⁊ plã/
gite añ exeq̃as abner. Porro rex dauid seq̃/
bat̃ feretꝝ. Cũq; sepelissent abner in hebron:
leuauit rex dauid vocẽ suã: ⁊ fleuit sup̱ tu/
mulũ abner. Fleuit aũt ⁊ ois pp̃lus. Plan/
gẽsq; rex ⁊ lugẽs abner. ait: Neq̃q̃ ut mori
solẽt ignaui. mortu⁹ es abner. Manus tue
ligate nõ sũt. ⁊ pedes tui nõ sũt cõpedib⁹ ag/
grauati: s; sic solẽt cadẽ corã filijs iniq̃tat̃
sic corruisti. Congeminãsq; ois p̃pl's. fleuit
super eũ. Cũq; venisset vniuersa multitudo
cibũ cape cũ dauid clara adhuc die. iurauit
dauid dicẽs: Hec faciat mihi de⁹. ⁊ h̃ addat
si ante occasũ solis gustauero panẽ uł aliud
quicq̃. Oisq; p̃plus audiuit. ⁊ placuerũt eis

cũcta que fecit rex in cõspectu ois populi. Et
cognouit oẽ vulg⁹ ⁊ vniuersus isrl' i die illa:
q̃m nõ actũ fuisset a rege ut occideret̃ abner
filius ner. Dixit q; rex ad seruos suos: Nũ
ig̃ratis q̃m p̃nceps ⁊ maxim⁹ cecidit hodie i
isrl'? Ego autẽ adhuc delicat⁹ ⁊ vnctus rex.
Porro viri isti filij saruie duri mihi sũt. Re/
tribuat dñs facienti malũ iuxta malitiã suã.

Audiuit aũt isboseth filius IIII
saul q; cecidisset abner in hebron. ⁊
dissolute sũt manus ei⁹: oisq; israhel
ꝑturbatus est. Duo ãt viri p̃ncipes latronũ
erãt filio saul: nomẽ vni banaa. ⁊ nomẽ al/
teri rechab filij rẽmon berothite de filijs ben/
iamin. Siq̃dẽ ⁊ beroth reputata ẽ i beniamin
Et fugerũt berothite in gethaim: fueruntq;
ibi aduene vsq; ad tempus illud. Erat autẽ
ionathe filio saul fili⁹ debilis pedib⁹. Quin/
quẽnis. n. fuit q̃n venit nũci⁹ de saul ⁊ iona/
tha ex iezrahel. Tollens itaq; eũ nutrix sua
fugit. Cũq; festinaret ut fugẽt. cecidit. ⁊ clau
dus effectus ẽ. habuitq; vocabulũ miphibo/
seth. Venientes igit̃ filij rẽmon berothite re/
chab ⁊ banaa: ingressi sũt feruẽte die domũ
isboseth. Qui dormiebat super stratum suũ
meridie. ⁊ ostiaria dom⁹ purgãs triticũ ob/
dormiuit. Ingressi sũt aũt domũ latent̃ assu/
mẽtes spicas tritici. ⁊ ꝑcusserũt eũ i inguine
rechab ⁊ banaa frat̃ ei⁹. ⁊ fugerunt. Cũ aũt
igressi fuissent domũ. ille dormiebat sup̱ lectũ
suũ i cõclaui. ⁊ ꝑcutiẽtes interfecerũt eum.
Sublatoq; capite ei⁹ abierũt ꝑ viam deserti
tota nocte. ⁊ attulerũt caput isboseth ad da/
uid i hebron. Dixerũtq; ad regẽ: Ecce caput
isboseth filij saul inimici tui q̃ q̃rebãt animã
tuã. ⁊ dedit dñs dño nr̃o regi vltionẽ hodie
de saul ⁊ de semine eius. Respondens autem
dauid rechab ⁊ banaa fri eius filijs rẽmon
berothite. dixit ad eos: Viuit dñs qui eruit
animã meã de oi angustia: q̃m eũ qui annũ/
ciauerat mihi ⁊ dixerat mortuus est saul. q̃
putabat se ꝓspera nũciare. tenui ⁊ occidi eũ i
sicelech cui oportebat me mercedẽ dare pro
nũcio. Quãto mag̃ nũc cũ hoies impij inter/
fecerũt virũ inoxiũ i domo sua sup̱ lectũ suũ
nõ querã sanguinẽ ei⁹ de manu vr̃a. ⁊ auferã
vos de t̃ra? Precepit itaq; dauid puerĩs suis. ⁊
int̃fecerũt eos. p̃cidẽtesq; man⁹ ⁊ pedes eoꝝ:
suspẽderũt eos sup̱ piscinã in hebron. Caput
aũt isboseth tulerũt. ⁊ sepelierũt i sepulchro
abner in hebron. V

Et venerũt vniuerse trib⁹ isrł ad da/
ir̄lm dicēs: corā altari vno adorabitis. ⁊ in
ipso cōburetis incēsū? An ignorat̄ q̄ ego fe-
cerim. ⁊ p̄res mei cūctis t̄raꝝ ppl̄is? Nunq̇d
p̄ualuerūt dij gētiū oiumq̄ȝ t̄raꝝ liberare re-
gionē suam de manu mea? Quis est de vni-
uersis dijs gentiū q̄s vastauerūt p̄res mei q̇
potuerit eruere ppl̄m suū de manu mea: ut
possit etiā de᷒ vester eruere vos de hac manu?
Nō vos ḡ decipiat ezechias: nec vana ꝑsua-
sione deludat: neq̄ȝ credat̄ ei. Si. n. null᷒ po-
tuit de᷒ cūctaꝝ gentiū atq̄ȝ regionū liberare
ppl̄m suū de manu mea. ⁊ de manu patrum
meorū: ꝯn̄ter nec deus vester poť it eruē vos
de hac manu. Sȝ ⁊ alia multa locuti sūt s̄ui
eius ꝯ dn̄m deū. ⁊ ꝯ ezechiā seruū ei᷒. Ep̄las
q̊ȝ scripsit plenas blasfemie ī dn̄m deum isr̄l:
⁊ locut᷒ ē adu̇sum eū. Sic̄ dij gentiū ceťarū
nō potuerūt liberare ppl̄m suū de manu mea
sic ⁊ deus ezechie eruē nō poterit ppl̄m suū de
manu ista. Insup ⁊ clamore magno lingua
iudaica ꝯ ppl̄m q̇ sedebat ī muris ir̄lm ꝑso-
nabat: ut terreret eos ⁊ caperet ciuitatē. Lo-
cutusq̄ȝ ē ꝯ deū isr̄l: sicut aduersū deos ppl̄o-
rū t̄re opa manuū hoiu̅z. Orauerūt igiť eze-
chias rex ⁊ ysaias fili᷒ amos ꝓphetes aduer
sū hāc blasfemiā: ac vociferati sūt vsq̄ȝ in ce-
lū. Et misit dn̄s āgelū suū: q̇ ꝑcussit oēm vir
robustū ⁊ bellatorē. ⁊ p̄ncipē exercitus regis
assyrioꝝ: reuersusq̄ȝ est cū ignominia in t̄rā
suā. Cūq̄ȝ ingressus esset domū dei sui: filij q̇
egressi fuerāt de vtero eius int̄fecerūt eū gla-
dio. Saluauitq̄ȝ dn̄s ezechiā ⁊ habitatores
ir̄lm de manu sennacherib reḡ assyrioꝝ: ⁊ de
manu oiu̅z. ⁊ p̄stitit ei q̇etē ꝑ circuitū. Mul-
ti etiam deferebant hostias ⁊ sacrificia dn̄o
in ir̄lm. ⁊ munera ezechie regi iuda. Qui ex-
altat᷒ ē p᷒ h̄ corā cūct̄ gētib᷒. In dieb᷒ illis
egrotauit ezechias vsq̄ȝ ad mortē: ⁊ orauit
dn̄m. Exaudiuitq̄ȝ eū ⁊ dedit ei signū: sed nō
iux̄ bn̄ficia q̄ accepat retribuit: q̇a eleuatum
ē cor ei᷒. Et facta ē ꝯ eū ira. ⁊ ꝯ iudā ⁊ ir̄lm.
Humiliatusq̄ȝ ē post ea eo q̄ȝ exaltatū fuisset
cor ei᷒: tam ipse q̄ȝ h̄itatores ir̄lm: ⁊ idcirco
nō venit sup eos ira dn̄i ī dieb᷒ ezechie. Fuit
aūt ezechias diues ⁊ iclyt᷒ valde: ⁊ thesau-
ros sibi pl̄imos cōgregauit argēti auri ⁊ la-
pidis p̄ciosi. aromatū ⁊ armorū vniu̇si gene-
ris. ⁊ vasoꝝ magni p̄cij: apothecas q̊ȝ frumē-
ti vini ⁊ olei ⁊ p̄sepia oiu̅z iumētoꝝ: caulasq̄ȝ
pecoribus: ⁊ vrbes sex edificauit. Habebat
quippe greges ouium ⁊ armētorū inumera-
biles: eo q̄ȝ dedisset ei dn̄s substantiā multā
nimis. Ipse est ezechias q̇ obturauit sup̄iorē
fontē aq̄rū gyon. ⁊ auertit eas subť ad occi-
dentē vrbis dauid. In oibus opib᷒ snīs fecit
ꝓspe q̄ voluit. Attn̄ in legatiōe p̄ncipū baby-
lonis q̇ missi fuerāt ad eū. ut interrogarēt de
portento qȯ acciderat sup terrā. dereliq̇t eum
dn̄s: ut tēptareť ⁊ nota fierēt oia q̄ erant in
corde eius. Reliq̄ aūt s̄monū ezechie ⁊ mise-
ricordiaꝝ eius. scripta sūt ī visione ysaie. filij
amos ꝓph̄e. ⁊ ī libro regū iuda ⁊ isr̄l. Dormi-
uitq̄ȝ ezechias cū p̄rib᷒ suis. ⁊ sepelierūt eum
supra sepulchra filioꝝ dauid. Et celebrauit
eius exequias vniuersus iuda. ⁊ omnes ha-
bitatores ir̄lm: regnauitq̄ȝ manasses filius
eius pro eo.

XXXIII

Duodecim ānoꝝ erat manasses cū re-
gnare cepisset. ⁊ q̇nq̄gintaq̇nq̄ȝ an-
nis regnauit ī ir̄lm. Fecit aūt malū
corā dn̄o iux̄ abhominatiōes gentiū q̄s sub-
uertit dn̄s corā filijs isr̄l. ⁊ ꝯuersus istaura-
uit excelsa que demolitus fuerat ezechias p̄r

eius: cõstruxitqꝫ aras baalim. ⁊ fecit lucos ⁊ adorauit omnem militiã celi. ⁊ coluit eã. Edificauit quoqꝫ altaria ĩ domo dñi de qua dixerat dñs: in ierl'm erit nomẽ meũ ĩ eternũ. Edificauit aũt ea cũcto exercitui celi: in duobꝰ atrijs domꝰ dñi: transireqꝫ fecit filios suos ꝑ ignẽ ĩ valle benhennon. Obseruabat somnia: sectabatᷣ auguria: maleficis artibus inseruiebat. Habebat secũ magos ⁊ incantatores: multaqꝫ mala operatꝰ ẽ corã dño ut irritaret eũ. Sculptile quoqꝫ ⁊ cõflatile signũ posuit in domo dñi de q̃ locutꝰ ẽ dñs ad dauid ⁊ ad salomonẽ filiũ eiꝰ dicẽs: In domo hac ⁊ ĩ ierl'm quã elegi de cũctis tribubꝰ isrl': ponã nomẽ meũ in sempiternũ. ⁊ mouere non faciã pedẽ isrl' de t̃ra quã tradidi patribus eoꝝ: ita dũtaxat si custodierint facẽ q̃ ꝓcepi eis cũctãqꝫ legẽ ⁊ cerimonias atqꝫ iudicia per manum moysi. Igitᷣ manasses seduxit iudã ⁊ habitatores ierl'm ut facerẽt malum sup omnes gentes quas subuerterat dñs a facie filiorum isrl'. Locutusqꝫ est dñs ad eũ ⁊ ad ꝑplm illiꝰ. ⁊ attẽdẽ noluerũt. Idcirco superinduxit eis ꝓncipes exercitꝰ regis assirioꝝ: ceperũtqꝫ manassen. ⁊ vinctum cathenis atqꝫ cõpedibꝰ duxerũt in babylonem. Qui postq̃ coangustatꝰ ẽ orauit dñm deum suũ. ⁊ egit pñiam valde corã deo patrũ suoꝝ. Depcatusqꝫ ẽ eũ ⁊ obsecrauit intẽte. ⁊ exaudiuit orõnẽ eiꝰ: reduxitqꝫ eũ ierl'm in regnum suũ. ⁊ cognouit manasses q dñs ipse eẽt deꝰ. Post hec edificauit murum ext̃ ciuitatẽ dauid ad occidentẽ gyon in ꝯualle ab introitu porte piscium per circuitũ vsqꝫ ad ophel. ⁊ exaltauit illũ vehemẽter. Cõstituitqꝫ ꝓncipes exercitꝰ in cũctis ciuitatibꝰ iuda munitis. ⁊ abstulit deos alienos. ⁊ simulacꝝ de domo dñi: aras quoqꝫ q̃s fecerat in monte domꝰ dñi ⁊ in ierl'm. ⁊ ꝓiecit oĩa extra vrbem. Porro instaurauit altare dñi. ⁊ imolauit sup illud victimas ⁊ pacifica ⁊ laudẽ: ꝓcepitqꝫ iude ut seruiret dño deo isrl'. Attamẽ adhuc ꝑpl's imolabat ĩ excelsis dño deo suo. Reliq̃ aũt gestoꝝ manasse ⁊ obsecratio eiꝰ ad deũ suũ: ṽba quoqꝫ videntiũ q̇ loq̇banᷣ ad eũ ĩ noĩe dñi dei isrl': ꝯtinentur in sermonibꝰ regũ isrl'. Oratio quoqꝫ eiꝰ ⁊ exauditio ⁊ cũcta pctã atqꝫ ꝯtẽptꝰ: loca etiã in q̇bꝰ edificauit excelsa ⁊ fecit lucos. ⁊ statuas anteq̃ ageret pñiam: scripta sũt in sermonibꝰ ozai. Dormiuit ergo manasses cum pr̃ibꝰ suis. ⁊ sepelierũt eũ ĩ domo sua: regnauitqꝫ ꝓ eo filiꝰ eiꝰ amon. Uigintiduoꝝ ãnoꝝ erat amõ cũ regñre cepisset. ⁊ duobꝰ ãnis regñuit in ierl'm. Fecitqꝫ malũ ĩ ꝯspectu dñi sicut fecerat manasses pr̃ eiꝰ. ⁊ cũctis idolis q̃ manasses fuerat fabricatus: imolauit atqꝫ seruiuit. ⁊ non ẽ reueritus faciẽ dñi sicut reueritus ẽ manasses patᷣ eiꝰ. ⁊ multo maiora deliq̇t. Cũqꝫ coniurassent aduersus eũ serui sui: interfecerũt eũ in domo sua. Porro reliq̃ ꝑpli multitudo cesis his q̇ amon ꝑcusserãt ꝯstituit regẽ iosiam filiũ eius ꝓ eo.

XXXIIII

Octo annoꝝ erat iosias cũ regnare cepisset. ⁊ trigĩta ⁊ vno ãno regnauit ĩ ierl'm. Fecitqꝫ qḋ erat rectũ ĩ conspectu dñi. ⁊ ambulauit in vijs dauid patris sui: nõ declinauit neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad sinistrã. Octauo aũt anno regni sui cũ adhuc eẽt puer: cepit q̃rere deũ patris sui dauid. ⁊ duodecimo ãno postq̃ regñre ceperat mũdauit iudã ⁊ ierl'm ab excelsis ⁊ lucis simulacrisqꝫ ⁊ sculptilibꝰ. Destruxerũtqꝫ corã eo aras baalim. ⁊ simulacra q̃ superposita fuerãt demoliti sũt. Lucos etiam ⁊ sculptilia succidit atqꝫ cõminuit. ⁊ super cumulos eoꝝ q̇ eis imolare ꝯsueuerãt fragmenta dispersit. Ossa pterea sacerdotũ ꝯbussit ĩ altaribꝰ idoloꝝ: mũdauitqꝫ iudã ⁊ ierl'm: Sed ⁊ in vrbibꝰ manasse ⁊ ephraim ⁊ symeon vsqꝫ neptalim cũcta subuertit. Cũqꝫ altaria dissipasset ⁊ lucos ⁊ sculptilia contriuisset ĩ frusta: cũctaqꝫ delubra demolitꝰ eẽt de vniuersa t̃ra isrl': reuersus ẽ ĩ ierl'm. Igitᷣ ãno octauodecĩo regni sui mũdata iam t̃ra ⁊ tẽplo dñi: misit saphan filiũ eselie ⁊ maasiam ꝓncipẽ ciuitatis. ⁊ ioha filiũ ioachaz a cõmẽtarijs: ut instaurarẽt domũ dñi dei sui. Qui venerũt ad helchiam sacerdotẽ magnũ: acceptaqꝫ ab eo pecũia q̃ illata fuerat ĩ domũ dñi. ⁊ quã cõgregauerant leuite ⁊ ianitores de manasse ⁊ ephraĩ ⁊ vniuersis reliquijs isrl': ab oĩ quoqꝫ iuda ⁊ beniamĩ ⁊ habitatoribꝰ ierl'm: tradiderũt in manibus eoꝝ q̇ ꝓerant operarijs ĩ domo dñi ut instaurarent tẽplũ. ⁊ ĩfirma q̃qꝫ sarcirẽt. At illi dederũt eã artificibꝰ ⁊ cemẽtarijs ut emerẽt lapides de lapicidinis ⁊ ligna ad cõmissuras edificij. ⁊ ad cõtignationẽ domoꝝ q̃s destruxerãt reges iuda. Qui fideliᷣ cuncta faciebãt. Erãt aũt ꝓpositi operantiũ iahath ⁊ abdias de filijs merari: zacharias ⁊ mosollã de filijs caath: q̇ vrgebãt opꝰ: oẽs leuite sciẽtes organis canẽ. Sup eos ṽo q̇ ad diuersos vsus onera portabãt: erant scribe ⁊ mgr̃i de leuitis ianitores. Cũqꝫ efferrent pecuniã q̃ illata fuerat

in tẽplũ dñi reppererit helchias sacerdos librũ legis dñi q̃ datus fuerat ꝑ manũ moysi. ⁊ ait ad saphan scribã. Librũ legis inueni i domo dñi. Et tradidit ei. At ille intulit volumẽ ad regẽ. ⁊ nũciauit ei dicẽs: Oia q̃ dedisti i manu seruoꝝ tuoꝝ. ecce cõplent̃. Argentum qḋ reptũ ẽ in domo dñi ꝯflauerũt: datũq; ẽ ꝑfectis artificũ ⁊ diuersa opa fabricãtiũ. Pterea tradidit mihi helchias sacerdos hunc librũ. Quẽ cũ rege pñte recitasset. audissetq; ille ꝟba legꝭ. scidit vestimẽta sua. ⁊ ꝑcepit helchie ⁊ aichan filio saphan. ⁊ abdon filio micha. saphan q̊q; scribe ⁊ asaie seruo regis dicens: Ite ⁊ orate dñm ꝓ me ⁊ ꝓ reliquijs isrl̃ ⁊ iuda: sup vniuersis sermonibus libri istius q̃ reptus ẽ. Magnus .n. furor dñi stillauit sup nos. eo qḋ nõ custodierint pr̃es nr̃i verba dñi. ut facerẽt oia que scripta sũt in isto volumie. Abijt ergo helchias ⁊ hi qui simul a rege missi fuerant ad oldan ꝓphetẽ vxorem sellũ filij thecuath. filij aras. custodis vestium. q̃ habitabat in irl̃m in secũda. ⁊ locuti sũt ei ꝟba q̃ sup̃ narrauim⁹. At illa r̃ndit eis: Hec dicit dñs deus isrl̃: Dicite viro q̃ misit vos ad me: Hec dicit dñs: Ecce ego inducã mala sup locũ istũ ⁊ sup habitatores ei⁹: cũctaq; maledicta q̃ scripta sũt in libro h̃. quẽ legerũt corã rege iuda: q̃a dereliq̃rũt me ⁊ sacrificauerũt dijs alienis ut me ad iracũdiã ꝓuocarẽt in cũctꝭ opib⁹ manuũ suarũ. Idcirco stillabit furor meus sup locũ istũ. ⁊ nõ extinguet̃. Ad regẽ aũt iuda q̃ misit vos ꝓ dño deprecãdo. sic loq̃mini. Hec dic̃ dñs de⁹ isrl̃. Qm̃ audisti ꝟba voluminis. atq; emollitũ ẽ cor tuũ. ⁊ humiliatus es i cõspectu dñi sup his q̃ dicta sũt ꝯ locũ hunc ⁊ habitatores irl̃m: reueritusq; faciẽ meã. scidisti vestimenta tua ⁊ fleuisti corã me: ego q̊q; exaudiui te dic̃ dñs. Iã .n. colligã te ad pr̃es tuos. ⁊ infereris in sepulchrũ tuũ in pace: nec videbũt oculi tui oẽ malum qḋ ego inducturus sũ sup locũ istũ. ⁊ sup habitatores eius. Retulerũt itaq; regi cũcta q̃ dixerat. At ille cõuocatꝭ vniuersis maiorib⁹ natu iuda ⁊ irl̃m. ascẽdit i domũ dñi: vnaq; oẽs viri iuda ⁊ habitatores irl̃m. sacerdotes ⁊ leuite ⁊ cunct⁹ ꝓpl̃us a mĩmo vsq; ad maximũ. Quib⁹ audientib⁹ in domo dñi legit rex oia ꝟba voluminis. ⁊ stãs i tribunali suo. ꝑcussit fedus corã dño ut ãbularet p⁹ eũ. ⁊ custodiret precepta ⁊ testimonia ⁊ iustificationes ei⁹ i toto corde suo. ⁊ i tota aia sua: faceretq; q̃ scripta sũt i volumine illo qḋ legerat. Adiurauit q̊q; sup h̃ oẽs q̃ reperti fuerant in irl̃m ⁊ beniamin. ⁊ fecerunt habitatores irl̃m iux̃ pactũ dñi dei patꝝ suoꝝ. Abstulit ergo iosias cũctas abhominationes de vniũsis regionibus filioꝝ isrl̃. ⁊ fecit oẽs q̃ residui erant in isrl̃ seruire dño deo suo. Cũctis dieb⁹ vite ei⁹ nõ recesserũt a dño deo patꝝ suoꝝ. XXXV

Fecit autẽ iosias in irl̃m phase dño: qḋ imolatũ ẽ q̃rtadecima die mẽsis ꝑmi. Et constituit sacerdotes in officijs suis: hortatusq; ẽ eos ut mĩstrarẽt i domo dñi. Leuitis q̊q; ad q̃rũ eruditionẽ ois isrl̃ scificabat̃ dño. locutus ẽ. Ponite archã i sanctuario tẽpli. qḋ edificauit salomon fili⁹ dauid rex isrl̃. Nequaq̃ eni eã vltra portabitis. Nũc ergo mĩstrate dño deo vr̃o ⁊ ꝓpl̃o eius isrl̃ ⁊ ꝑparate vos ꝑ domos ⁊ cognationes vr̃as in diuisionibus singuloꝝ sicut ꝑcepit dauid rex isrl̃. ⁊ descripsit salomon fili⁹ ei⁹. ⁊ mĩstrate in scũario ꝑ familias turmasq; leuiticas. ⁊ sanctificati imolate phase. Fr̃es etiã vr̃os ut possint iux̃ ꝟba q̃ locutus ẽ dñs i manu moysi facẽ. ꝑparate. Dedit ꝑterea iosias oi ꝓpl̃o q̃ ibi fuerat iuent⁹ i sollẽnitate phase. agnos ⁊ hedos de gregib⁹ ⁊ reliq̃ pecorꝭ triginta milia. boum q̊q; tria milia. Hec de regꝭ vniuersa substantia. Duces q̊q; eius sponte qḋ vouerãt obtulerũt tã ꝓpl̃o q̃ sacerdotib⁹ ⁊ leuitꝭ. Porro helchias ⁊ çacharias ⁊ iehihel principes domus dñi dederunt sacerdotibus ad faciendũ phase. pecora cõmixtim duo milia sexcenta. ⁊ boues trecentos. Chonenias autẽ ⁊ semeias etiã ⁊ nathanahel fr̃es eius. necnõ asabias ⁊ iahihel ⁊ ioçabad ꝑncipes leuitaꝝ. dederunt ceteris leuitꝭ ad celebrãdũ phase. q̃nq; milia pecoꝝ. ⁊ boues q̃ngentos. Preparatũq; ẽ ministeriũ ⁊ steterunt sacerdotes in officio suo. Leuite q̊q; in turmis iux̃ regꝭ imꝑiũ. ⁊ imolatũ ẽ phase. Asꝑserũtq; sacerdotes man⁹ suas sanguine. ⁊ leuite detraxerũt pelles holocaustoꝝ. ⁊ sepauerũt ea ut darẽt ꝑ domos ⁊ familias singuloꝝ. ⁊ offerrent̃ dño sicut scriptũ ẽ in libro moysi. De bob⁹ q̊q; fecerũt siliter Et assauerunt phase sup ignẽ: iux̃ qḋ in lege scriptũ est. Pacificas ꝟo hostias coxerũt in lebetis ⁊ cacabis ⁊ ollis. ⁊ festinato distribuerũt vniuerse plebi: sibi autem ⁊ sacerdotibus postea parauerũt. Nã i oblatiõe holocaustoꝝ ⁊ adipũ vsq; ad noctem sacerdotes fuerunt occupati: vnde ⁊ leuite sibi ⁊ sacerdotibus

filijs aaron parauerunt nouissimis. Porro cātores filij asaph stabāt i ordine suo: iuxta p̄ceptū dauid ⁊ asaph ⁊ eman ⁊ ydithun ꝓphetaꝝ regis dauid. Janitores ṽo ꝑ portas singulas obseruabant: ita ut nec pūcto qdē discederēt a misterio. Quāobrē ⁊ frēs eoꝝ leuite pauerūt eis cibos. Ois igit̄ cult᷑a dn̄i rite cōpleta ē i die illa. ut facerēt phase. ⁊ offerrēt holocausta sup altare dn̄i. iux̄ p̄ceptū regis iosie. Fecerūtq filij isrl̄ qui repti fuerāt ibi phase i tp̄e illo ⁊ sollēnitatē açimoꝝ septē dieb᷒. Nō fuit phase sil̄e huic i isrl̄ a diebus samuelis ꝓphete. s; nec qsq̄ de cūctis regib᷒ isrl̄ fecit phase sic iosias sacerdotib᷒ ⁊ leuitis ⁊ oi iude ⁊ isrl̄ q̇ rept᷒ fuerat ⁊ habitātibus in irlm̄. Octauodecimo āno regni iosie hoc phase celebratū ē. Postq̄ instaurauerat iosias tēplū. ascendit nechao rex egypti ad pugnandū i carchamis iux̄ eufratē. ⁊ ꝓcessit in occursū ei᷒ iosias. At ille missis ad eū nūcijs ait: Quid mihi ⁊ tibi rex iuda? Nō aduersū te hodie venio. s; ꝯtra aliā pugno domū: ad quā me deus festinato ire p̄cepit. Desine aduersū deū facē q mecū est. ne inte[r]ficiat te. Noluit iosias reuerti s; ꝑpauit ꝯ eū bellum. nec acquieuit sermonib᷒ nechao ex ore dei. verꝝ prexit ut dimicaret in cāpo mageddo. Ibiq vulnerat᷒ a sagittarijs dixit pueri suis. Educite me de ꝓlio: quia opido vulneratus sum. Qui trāstulerūt eū de curru in alterū currū q̇ seq̄bat̄ eū more regio. ⁊ asportauerūt eū in irlm̄. Mortu᷒q ē ⁊ sepult᷒ i mausoleo patꝝ suoꝝ. ⁊ vniuersus iuda ⁊ irlm̄ luxerūt eum: hieremias maxime: cui᷒ oēs cantores atq cātatrices vsq in p̄sentē diē lamētatiōēs sup iosiam replicāt. ⁊ q̄si lex obtinuit in isrl̄. Ecce scriptū fert̄ i lamētatiōib᷒. Reliq̄ aūt sermonū iosie ⁊ misericordiaꝝ ei᷒ que lege p̄cepta sūt dn̄i: opa q̊q illi᷒ ꝑma ⁊ nouissima. scripta sūt in libro regū iuda ⁊ isrl̄. XXXVI

Tulit ḡ pp̄ls t̄re ioachaç filiū iosie. ⁊ cōstituit regē ꝓ p̄re suo in irlm̄. Uigintitriū ānoꝝ erat ioachaç cū regnare cepisset. ⁊ trib᷒ mēsib᷒ regnauit in irlm̄. Amouit aūt eū rex egypti cū venisset i irlm̄. ⁊ cōdēnauit t̄rā centū talentis argēti ⁊ talēto auri. Constituitq ꝓ eo regē eliachim fratrē ei᷒ sup iudam ⁊ irlm̄. ⁊ ṽtit nomen eius ioachim. Ipsū ṽo ioachaç tulit secū. ⁊ adduxit i egyptū. Uigitiquq ānoꝝ erat ioachim cū regn̄re cepisset. ⁊ vndeci ānis regn̄uit in irlm̄.

Fecitq malū corā dn̄o deo suo. Contra hūc ascēdit nabuchodonosor rex chaldeorum. ⁊ vinctū cathenis duxit in babylonē: ad quā ⁊ vasa dn̄i trāstulit. ⁊ posuit ea in templo suo. Reliq̄ aūt ṽboꝝ ioachim ⁊ abhominationū ei᷒ q̄s opat᷒ ē. ⁊ q̄ iuenta sūt i eo: cōtinent̄ in libro regū iuda ⁊ isrl̄. Regnauit āt ioachin fili᷒ ei᷒ ꝓ eo. Octo ānoꝝ erat ioachin cū regnare cepisset. ⁊ trib᷒ mēsib᷒ ac decē diebus regnauit i irlm̄: fecitq malū in cōspectu dn̄i. Cūq āni circulus volueret̄. misit nabuchodonosor rex nūcios. q̇ ⁊ adduxerūt eū in babylonē: asportatis sil̄ preciosissimis vasis domus dn̄i. Regē ṽo ꝯstituit sedechiā patruū ei᷒ sup iudā ⁊ irlm̄. Uiginti ⁊ vni᷒ anni erat sedechias cū regnare cepisset. ⁊ vndecim annis regnauit in irlm̄. Fecitq malū in oculis dn̄i dei sui. nec erubuit faciē hieremie ꝓphete loquētis ad se ex ore dn̄i. A rege q̊q nabuchodonosor recessit qui adiurauerat eū ꝑ deū. ⁊ indurauit ceruicē suā ⁊ cor ut nō reuerteret̄ ad dn̄m deū isrl̄. Sz ⁊ vniuersi p̄ncipes sacerdotū ⁊ pp̄ls p̄uaricati sūt iniq̄ iux̄ vniuersas abhominatiōes gentiū. ⁊ polluerunt domū dn̄i quā s̄cificauerat sibi in irlm̄. Mittebat aūt dn̄s de᷒ patrū suoꝝ ad illos ꝑ manū nūcioꝝ suoꝝ de nocte ꝯsurgens ⁊ q̄tidie cōmonēs. eo q parcēt pp̄lo ⁊ h̄itaculo suo. At illi subsannabant nūcios dei. ⁊ ꝑuipendebāt sermones ei᷒: illudebātq ꝓph̄is. donec ascenderet furor dn̄i in pp̄lm ei᷒. ⁊ esset nulla curatio. Adduxit. n. sup eos regē chaldeoꝝ. ⁊ interfecit iuuenes eoꝝ gladio in domo s̄cuarij. Nō est misert᷒ adolescētis ⁊ ṽginis ⁊ senis nec decrepiti q̇dē. s; oēs tradidit i manib᷒ ei᷒. vniuersaq vasa dom᷒ dn̄i tā maiora q̄ mīora. ⁊ thesauros tēpli ⁊ regis ⁊ p̄ncipū trāstulit i babylonē. Incēderūt hostes domū dei: destruxerūtq murū irlm̄. Uniuersas turres cōbusserūt. ⁊ q̇cq̇d p̄ciosū fuerat demoliti sūt. Si q̇s euaserat gladiū. duct᷒ in babylonē seruiuit regi ⁊ filijs ei᷒. donec imparet rex psarū. ⁊ cōpleret̄ sermo dn̄i ex ore hieremie ⁊ celebraret t̄ra sabbata sua. Cūctis eni diebus desolationis egit sabbatū: vsq dum cōplerent̄ septuagita āni. Anno aūt p̄mo cyri regis psaꝝ ad explēdū sermonē dn̄i quē locut᷒ fuerat ꝑ os hieremie. suscitauit dn̄s spiritū cyri regis persarū: q̇ iussit predicari in vniuerso regno suo. etiā ꝑ scripturā dicens: Hec dicit cyrus rex persarū, Oia regna terre dedit mihi dn̄s

K. Decem et

4. R. 24.

ꝺeus celi.⁊ ipſe pꝛecepit mihi ut edificarē ei domū in irl̄m q̄ eſt in iudea. Quis ex vobis eſt in oī ꝑplo eius? Sit dn̄s ꝺeus ſuus cū eo ⁊ aſcendat.

Explicit liber Dabreiamin ſiue Paralipomenon ſecundus. Incipit orō manaſſes reg̃ iuda cū captus teneretur in babylone.

Domine ꝺeus oīpotēs patrū nr̄oꝝ abꝛahā yſaac ⁊ iacob ⁊ ſemi eoꝝ iuſto. q̄ feciſti celū ⁊ t̄rā cū oī oꝛnatu eoꝝ: q̄ ſignaſti mare ꝟbo p̄cepti tui: q̄ cōcluſiſti abyſſū ⁊ ſignaſti t̄ribili ⁊ laudabili nōi tuo. quem oēs pauent ⁊ tremūt a vultu ꝟtutis tue. ⁊ inſuſtentabilis ira ſup pctōꝛes cōminatiōis tue: imenſa ꝟo ⁊ ineſtigabilis miſericoꝛdia ꝓmiſſionis tue: qm̄ tu es dn̄s altiſſim⁹ ſup oēm t̄rā lōganimis ⁊ multū miſericoꝛs ⁊ penitēs ſup maliciā hoīuꝫ. Tu aūt dn̄e ſꝫm bonitatē tuā ꝓmiſiſti pn̄iam remiſſionis pctōꝝ. ⁊ tu ꝺe⁹ iuſtoꝛū. nō poſuiſti penitētiā iuſtis. abꝛahā yſaac ⁊ iacob. his qui tibi nō peccauerūt: qm̄ peccaui ſup numerū arene marꝭ. multiplicate ſunt iniq̄tates mee. incuruat⁹ ſū multo vinculo ferri. ⁊ nō eſt reſpiratio mihi: q̄a excitaui iracundiā tuam ⁊ malū coꝛā te feci ſtatuens abhominatiōes ⁊ multiplicās offenſiōes. Et nūc flecto genua coꝛdis mei: p̄cans ad te bonitatē dn̄e. Peccaui dn̄e peccaui. ⁊ iniquitatē meā agnoſco Peto rogās te dn̄e remitte mihi remitte m̄: ne ſimul ꝑdas me cū iniq̄tatib⁹ meis: neq̄ i et̄nū reſerues mala mihi: q̄a indignū ſaluabis me ſꝫm magnā mīam tuā. ⁊ laudabo te ſꝑ oīb⁹ dieb⁹ vite mee: qm̄ te laudat oīs virt⁹ celoꝝ. ⁊ tibi ē gloꝛia i ſecula ſeculoꝝ amen.

Explicit orō manaſſes reg̃ iuda. Incipit p̄fatio bt̄i hieronymi p̄ſbyt̄i in libꝛū Eſdre.

Utrū difficili⁹ ſit facere quod poſcitis. an negare: necdum ſtatui. Nā vobis aliq̄d imꝑantib⁹ ānuere ſentētie eſt. ⁊ magnitudo oneris impoſiti ita ceruices p̄mit: ut añ ſub faſce ruendū ſit q̄ȝ leuandū. Accedūt ad h̄ inuidoꝝ ſtudia. q̄ oē qd̄ ſcribim⁹ rep̄hendēdū putāt. Et interdū cōtra ſe ꝯſcia repugnante publice lacerant q̄ occulte legūt. intantū ut clamare cōpellar ⁊ dicē: Dn̄e libā aīam meā a labijs iniq̄s: ⁊ a lingua doloſa. Terti⁹ ān⁹ ē qd̄ ſꝑ ſcribitꝭ atq̄ reſcribitꝭ ut eſdre libꝛū ⁊ heſter vob̄ de hebꝛeo trāſferā. q̄ſi nō habeatꝭ greca ⁊ latina volumia. aut q̄cq̄d illud ē qd̄ a nobis vertit̄ nō ſtati ab oīb⁹ ꝯſpuendū ſit. Fruſtra aūt (ut ait q̄dā) niti neq̄ aliud fatigādo niſi odiū q̄rere: extreme ꝺemētie eſt. Itaq̄ obſecro vos mi dommon ⁊ rogatiane cariſſimi: ut ꝑuata lectione contēti libꝛos nō efferatꝭ i publicū: nec faſtidioſis cibos ingeratis: vitetiſq̄ eoꝝ ſupciliū qui iudicare tm̄ de alijs. ⁊ ipſi facere nihil nouerūt. Si q̄ aūt fratꝝ ſūt q̄b⁹ nr̄a nō diſplicent. his tribuatis exēplar: āmonētes ut hebꝛea noīa q̄ꝝ grandis in h̄ volumīe copia ē: diſtincte ⁊ ꝑ interualla trāſcribāt. Nihil enī ꝓderit emendaſſe libꝛū niſi emēdatio librarioꝝ diligētia ꝯſeruet̄. Nec queq̄ȝ moueat q̄ vn⁹ a nobis liber edit⁹ ē. nec apocryphoꝝ tertij ⁊ q̄rti libri ſomnijs delectet̄: q̄a ⁊ apud hebꝛeos eſdre neemieq̄ ſermōes in vnū volūmē coartant̄. ⁊ q̄ nō habēt̄ apud illos. nec de vigintiq̄tuoꝛ ſenib⁹. ſūt ꝓcul abijciēda. Si q̄s aūt ſeptuaginta vobis oppoſuerit int̄pꝛetes. q̄ꝝ exēplaria varietas ipſa lacerata ⁊ euerſa demonſtrat: nec pōt vtiq̄ verū aſſeri qd̄ diuerſū ē: mittite eū ad euāgelia i q̄b⁹ multa ponūt̄ q̄ſi de veteri teſtamēto q̄ apud ſeptuaginta int̄pꝛetes nō habēt̄: velut illud. qm̄ naçare⁹ vocabit̄. ⁊ ex egypto vocaui filiū meū. ⁊ videbunt in quē cōpunxerūt. multaq̄ alia. que latioꝛi opi reſeruam⁹. ⁊ q̄rite ab eo vbi ſcripta ſunt. Cūq̄ ꝓferre non potuerit: vos legite de his exēplarib⁹ q̄ nuꝑ a nobis edita maledicoꝛū q̄tidie linguis ꝯfodiūt̄. Sꝫ ut ad cōpēdiū veniā: certe q̄ illatur⁹ ſū eq̄ſſimū ē. Edidi aliq̄d qd̄ nō habet̄ in greco. aut alit̄ habet̄ q̄ȝ a me ꝟſū ē. Quid int̄pꝛetē laniāt? Int̄rogēt hebꝛeos. ⁊ ipſis auctoꝛib⁹. trāſlatiōi mee uł arrogēt uł derogēt fidē. Poꝛro aliud eſt. ſi clauſis qd̄ d̄r oculis mihi volūt maledicere: ⁊ nō imitant̄ grecoꝝ ſtudiū ⁊ beniuolentiā: q̄ poſt ſeptuaginta trāſlatoꝛes iā xp̄i euāgelio coꝛuſcāte iudeos ⁊ hebionitas leg̃ veteris int̄pꝛetes. aq̄lā videlꝫ ⁊ ſymachū. ⁊ theodotionē. ⁊ curioſe legūt. ⁊ ꝑ oꝛigenis laboꝛem i exaploīs eccleſijs dedicarūt. Quāto mag̃ latini grati eſſe deberent. q̄ exultantē cernerēt gretiā a ſe aliq̄d mutuari? Primū.n. magnū ſūptuū eſt ⁊ infinite difficultatꝭ. exēplaria poſſe hr̄e oīa.

pond'a s' fasce'. fasces dn'r honores.

Rogo. cor. pmā cū ss. ꝯpositis. derogēt. me. cor. pc.

deinde etiā qui habuerint. 7 hebrei sermōis
ignari sūt·magis errabūt: ignorantes quis
e multis verius dixerit. Quod etiā sapientissimo
cuidā nuper apud grecos accidit ut interdum
scripture sensū relinquens: vniuscuiuslibet
interpretis seqret errorē. Nos autē q hebree
lingue saltē paruā habemus sciam. 7 latinus
nobis vtcūqz sermo nō deest. 7 de alijs mag
possumus iudicare. 7 ea q ipsi itelligimus in nr̄a
lingua promere. Itaqz licz hydra sibilet·vi-
ctorqz synon incēdia iactet·nūqz meū iuuāte
xp̄o silebit eloquiū: etiā p̄cisa lingua balbu-
tiet. Legant q volunt: qui nolunt abijciant.
Euentilent apices: lrās calūnient. Magis
vr̄a caritate puocabor ad studium: qz illorum
detractione 7 odio deterrebor.

Explicit p̄fatio. Incipit liber
Esdre primus. Caplm I

N anno pri-
mo cyri regis psarum ut cō-
pleret vbū dn̄i ex ore hie-
remie·suscitauit dn̄s spiri
tū cyri regis psarum. 7 trāsdu-
xit vocē i oi regno suo·etiā
p scripturā·dicēs: Hec di-
cit cyrus rex psarum. Oia regna tre dedit mihi
dn̄s deus celi. 7 ipse p̄cepit mihi ut edificarē
ei domū i irlm: q ē i iudea. Quis ē i vobis de
vniuerso pplo eius? Sit dn̄s illius cū eo. Ascē-
dat i irlm q est in iudea. 7 edificet domū dei
isrl: ipse ē deus q ē in irlm. Et oēs reliq i cūctis
locis vbicūqz habitāt adiuuēt eū viri de loco
suo·argēto 7 auro 7 substātia 7 pecoribus: ex-
cepto qd volūtarie offerūt tēplo dei qd est in
irlm. Et surrexerūt p̄ncipes patrū de iuda 7
beniamin 7 sacerdotes 7 leuite 7 omnis cuius
suscitauit deus spm ut ascēderet ad edificādū
tēplū dn̄i qd erat in irlm. Uniuersiqz q erāt
i circuitu adiuuerūt manus eorum i vasis argen-
teis 7 aureis·in substātia 7 iumētis·in supel-
lectili·exceptis his q spōte obtulerant. Rex qqz
cyrus protulit vasa templi dn̄i que tulerat na-
buchodonosor de irlm. 7 posuerat ea in tēplo
dei sui. Protulit autē ea cyrus rex psarū p
manū mitridatis filij gaçabar. 7 ānumerauit
ea sasabasar p̄ncipi iude. 7 hic est numerus
eorum. Phiale auree triginta·phiale argentee
mille·cultri viginti noue·cyphi aurei triginta
cyphi argentei secundi quadringēti decem:
vasa alia mille. Oia vasa aurea 7 argētea
qnqz milia qdringēta. Uniuersa tulit sasa-
basar: cū his qui ascēdebāt de trāsmigratiōe
babylonis in irlm. II

Hi sūt aūt puincie filij q ascēderunt
de captiuitate quā transtulerat na-
buchodonosor rex babylonis i ba-
bylonē. 7 reuersi sunt in irlm 7 iudeā·vnus-
qsqz i ciuitatē suā· q venerūt cū çorobabel 7
iesua neemia saraia rahelaia mardochai bel
san mesphar beguai reum baana. Numerus
virorum ppli isrl. Filij phares: duo milia cētū
septuagitaduo. Filij arethi: septigēti septua-
gintaqnqz. Filij gersephatia: trecenti septua-
gintaqnqz. Filij saphacia: trecēti septuagin-
taduo. Filij area: septingēti septuagitaqnqz.
Filij phetmoab filiorum iosue: octigēti. 7 ioab
duo milia octingēti duodecim. Filij belam:
mille ducenti qnqgintaqtuor. Felij çethua:
nongēti qdragintaqnqz. Filij çachai: septin
gēti sexaginta. Filij bani: sexcēti qdraginta-
duo. Filij bebai: sexcenti vigintitres. Filij
açgad: mille ducēti vigintiduo. Filij adoni-
cam: sexcēti sexagintasex. Filij beguai: duo
milia qnqgintasex. Filij adin: quadringenti
qnqgintaqtuor. Filij ather qui erant ex eçe-
chia: nonagintaocto. Filij besai: trecenti vi-
gintitres. Filij iora: cētū duodeci. Filij asem
ducēti vigititres. Filij gebbar: nongēti qnqz
Filij bethleem: centū vigintitres. Uiri ne-
thupha: qnqgintasex. Uiri anathot: centū
vigintiocto. Filij açmaueth: qdragitaduo.
Filij cariathiarim: cephira 7 beroth: septin-
gēti qdragitatres. Filij rama 7 gabaa: sex-
cēti viginti vnus. Uiri machmas: cētū vigin-
tiduo. Uiri bethel 7 hai: ducēti vigītitres.
Filij nebo: qnqgintaduo. Filij megbis: cētū
qnquagintasex. Filij helam alterius: mille
ducēti qnqgintaquatuor. Filij arim: trecēti
viginti. Filij lodadin 7 ono: septingenti vi-
gintiqnqz. Filij hiericho: trecenti qdragin-
taqnqz. Filij senaa: tria milia sexcēti trigita.
Sacerdotes. Filij iadaia i domo iesue: non-
gēti septuagintatres. Filij emmer: mille qn-
qgintaduo. Filij phessur: mille ducēti qua-
dragintaseptē. Filij arim: mille decē 7 septē.
Leuite. Filij iesue 7 sedmihel filiorum odeuie:
septuagitaqtuor. Cātores. Filij asaph: cētū
vigintiocto. Filij ianitorū. Filij sellum·filij
ather·filij telmon·filij accub·filij attita·filij

Al traduxit. vin xo. Trans. i. ppositis n recipit itegtatis.
Traho. trayicio. Trado. traduco / remotis.

sobai: vniuersi cẽtũ trigintanouẽ. Natbinnei: Filij sia. filij asupba. filij tebbaoth. filij ceros. filij siaa. filij phadon. filij lebana. filij açaba. filij accub. filij agab. filij selmai. filij anan. filij gaddel. filij gaer. filij raabia. filij rasin. filij necboda. filij gaçem. filij açec. filij phasea. filij besee. filij asemaa. filij munim. filij nepbusim. filij becbuc. filij acupba. filij açur. filij besluth. filij maida. filij arsa. filij bercos. filij sisara. filij thema. filij nasia. filij atbupba. filij seruoꝝ salomonis. filij sothei. filij sophereth. filij pharuda. filij iala. filij dercon. filij geddel. filij saphata. filij athil. filij phocereth qui erãt de asebaim. filij amim. Oẽs natbinnei ⁊ filij seruoꝝ salomõis: trecenti nonagintaduo. Et hi q̇ ascenderũt de thelmala. thelarsa. cherub ⁊ don ⁊ mer. ⁊ nõ potuerũt indicare domũ patrũ suoꝝ ⁊ semen suũ. vtꝝ ex isrl' essent. filij dalaia. filij thobia. filij necboda: sexcẽti q̇nq̄gintaduo. Et de filijs sacerdotũ. filij iobia. filij accos. filij berçellai qui accepit de filiabꝰ berçellai galaaditis vxorem. ⁊ vocatꝰ est noĩe eoꝝ. Hi quesierũt scripturã genealogie sue. ⁊ nõ inuenerũt. ⁊ eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit athersatha eis ut nõ comederẽt de scõ scõꝝ donec surgeret sacerdos doctus atqꝫ ꝑfectus. Oĩs multitudo q̄si vnꝰ q̄dragĩtaduo milia trecẽti septuaginta: exceptis seruis eoꝝ ⁊ ãcillis q̇ erant septẽ milia trecẽti triginta septẽ. ⁊ in ipsis cantores atqꝫ cãtatrices ducẽti. Equi eoꝝ sexcẽti trigitasex: muli eoꝝ ducẽti quadragintaq̇nqꝫ: cameli eoꝝ q̄dringẽti trigintaq̇nqꝫ: asini eoꝝ sex milia septingẽti viginti. Et de ꝓ̇ncipibꝰ patrũ cũ ingrederent̃ tẽplũ dñi qḋ ẽ ĩ irl'm: spõte obtulerũt in domũ dei ad extruendã eam in loco suo. Scdm vires suas dederunt impensas opis. auri solidos q̄draginta milia ⁊ mille: argẽti mnas q̇nqꝫ milia. ⁊ vestes sacerdotales cẽtũ. Habitauerũt ḡ sacerdotes ⁊ leuite ⁊ de pp'lo ⁊ cãtores ⁊ ianitores ⁊ natbinnei in vrbibꝰ suis: vniuersiqꝫ isrl' in ciuitatibꝰ suis. III

Mna. mne: pōdꝰ ē qḋ appendit centū dragmis: ł dī libra uł talentū: et hẽ lx^{ta} siclos qui faciūt obolos mille ducentos.

Tamqꝫ venerat mẽsis septimꝰ. ⁊ erãt filij isrl' in ciuitatibꝰ suis. Cõgregatꝰ est ḡ pp'lus q̄si vir vnꝰ in irl'm. ⁊ surrexit iosue filiꝰ iosedech ⁊ frẽs eiꝰ sacerdotes ⁊ çorobabel filiꝰ salathiel ⁊ frẽs eiꝰ. ⁊ edificauerunt altare dei isrl': ut offerrent in eo holocaustomata. sicut scriptũ ẽ ĩ lege moysi viri dei. Collocauerũt aũt altare dei super bases suas deterrẽtibꝰ eos ꝑ circuitũ pp'lis terraꝝ. ⁊ obtulerũt sup illud holocaustũ dño mane ⁊ vespe. Feceruntqꝫ sollẽnitatẽ tabernaculoꝝ sicut scriptũ est ⁊ holocaustũ diebus singulis per ordinẽ ꝫm ꝓ̇ceptũ opus dei ĩ die suo. ⁊ pꝰ hec holocaustũ iuge tã ĩ kalẽdis q̄ꝫ in vniuersis sollẽnitatibꝰ dñi q̄ erãt ꝯsecrate. ⁊ in oĩbus ĩ q̇bꝰ vltro offerebat̃ munꝰ dño. A primo die mensis septimi: ceperunt offerre holocaustũ dño. Porro templũ dei nondũ fũdatũ erat. Dederũt ãt pecunias latomis ⁊ cemẽtarijs: cibũ q̊ꝫ ⁊ potũ ⁊ oleũ sidonijs tyrijsqꝫ ut deferrẽt ligna cedrina de libano ad mare ioppen: iuxt̃ qḋ ꝓ̇cepat cyrꝰ rex ꝑsaꝝ eis. Anno aũt secũdo aduentꝰ eoꝝ ad tẽplũ dei in irl'm mẽse secũdo ceperunt çorobabel filiꝰ salathiel. ⁊ iosue filiꝰ iosedech ⁊ reliq̇ de fratribꝰ eoꝝ sacerdotes ⁊ leuite. ⁊ oẽs q̇ venerãt de captiuitate ĩ irl'm. ⁊ constituerũt leuitas a viginti annis ⁊ supra. ut vrgerẽt opꝰ dñi. Stetitqꝫ iosue ⁊ filij eiꝰ ⁊ frẽs eiꝰ. cedmihel ⁊ filij eiꝰ ⁊ filij iuda q̄si vir vnꝰ ut instarẽt sup eos q̇ faciebãt opꝰ ĩ tẽplo dei: filij enadab ⁊ filij eoꝝ ⁊ frẽs eoꝝ leuite. Fũdato igit̃ a cementarijs tẽplo dñi. steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis. ⁊ leuite filij asaph ĩ cymbalis ut laudarẽt deũ ꝑ manꝰ dauid regis isrl'. Et ꝯcinebãt ĩ hymnis ⁊ ꝯfessione dño q̄m bonus: q̄m ĩ etnũ mĩa eiꝰ sup isrl'. Oĩs q̊ꝫ pp'ls vociferabat̃ clamore magno ĩ laudãdo dñm. eo q̄ fũdatũ eẽt tẽplũ dñi. Plurimi etiã de sacerdotibꝰ ⁊ leuitis ⁊ ꝓ̇ncipes patꝝ ⁊ seniores q̇ viderãt tẽplũ ꝓ̇us cũ fũdatũ eẽt. ⁊ h̃ tẽplũ: ĩ oculis eoꝝ flebãt voce magna. ⁊ multi vociferãtes in leticia eleuabãt vocẽ: nec poterat q̇sq̄ agnoscẽ vocẽ clamoris letãtiũ. ⁊ vocẽ fletꝰ pp'li. Cõmixtim. n. pp'ls vociferabat̃ clamore magno. ⁊ vox audiebat̃ ꝓcul. IIII

Audierũt aũt hostes iude ⁊ beniamin q̇a filij captiuitatis edificarẽt tẽplũ dño deo isrl'. ⁊ accedẽtes ad çorobabel ⁊ ad ꝓ̇ncipes patrũ. dixerũt eis: Edificemus vobiscũ. q̇a ita ut vos q̄rimꝰ deũ vr̃m. Ecce nos ĩmolauimus victimas a diebꝰ asoraddan regis assur. q̇ adduxit nos huc. Et dixit eis çorobabel ⁊ iosue ⁊ reliq̇ principes patꝝ isrl'. Nõ ẽ nobis ⁊ vobis ut edificemꝰ domũ deo nr̃o: sed nos ipsi soli edificabimus deo nr̃o: sicut ꝓ̇cepit nobis cyrꝰ rex ꝑsaꝝ. Factũ ẽ igit̃ ut pp'lus terre ĩpediret manꝰ pp'li iude. ⁊ turbaret eos in edificando. Conduxerũt q̊ꝫ

aduersus eos cõsiliatores ut destruerẽt consiliũ eoꝝ oībꝰ diebus cyri regis persaꝝ ⁊ vsq; ad regnũ darij regis persaꝝ. In regno autẽ assueri ipse ẽ artaxerxes: in ꝑncipio regni eiꝰ scripserunt accusationẽ aduersus habitatores iude ⁊ irl'm. Et ī diebꝰ artaxerxis scripsit besellam mitridates ⁊ thabeel ⁊ reliqui qui erãt in cõsilio eoꝝ ad artaxerxem regẽ ꝑsaꝝ. Ep'la aũt accusatiõis scripta erat syriace. ⁊ legebat̃ sermõe syro. Reum beelthem ⁊ samsai scriba scripserũt epistolã vnã de irl'm artaxerxi regi huiuscemõi. Reum beeltheem ⁊ samsai scriba ⁊ reliqui cõsiliatores eorũ · dynei ⁊ apharsathei · therphalei · arphasei · berchuei · babylonij · susannachei · dyei ⁊ elamite. ⁊ ceti de gẽtibꝰ q̃s trãstulit assennaphar magnꝰ ⁊ gloriosus. ⁊ habitare eas fecit ī ciuitatibꝰ samarie. ⁊ ī reliq̃s regiõibꝰ trãsflumẽ in pace. Hoc ẽ exẽplar ep'le quã miserunt ad eũ. Artaxerxi regi: serui tui viri q̇ sũt trãsfluuiũ · salutẽ dicũt: Notũ sit regi: q̇a iudei q̇ ascenderũt a te ad nos venerũt ī irl'm ciuitatẽ rebellẽ ⁊ pessimã: quã edificãt extruentes muros eius. ⁊ parietes cõponentes. Nunc igit̃ notũ sit regi: q̇a si ciuitas illa edificata fuerit ⁊ muri eiꝰ instaurati · tributũ ⁊ vectigal ⁊ ãnuos redditꝰ nõ dabunt. ⁊ vsq; ad reges h̃ noxa ꝑueniet. Nos ĝ memores salis q̃d in palatio comedimꝰ. ⁊ q̇a lesiones regis vidẽ nephas ducimꝰ: idcirco misimꝰ ⁊ nũciauimꝰ regi ut recẽseas ī libris historiaꝝ patꝝ tuoꝝ. ⁊ īuenies scriptũ ī cõmẽtarijs. ⁊ scies q̃m vrbs illa vrbs rebellis ẽ ⁊ nocẽs regibꝰ ⁊ ꝓuincijs ⁊ bella cõcitant̃ in ea ex diebus antiq̃s: qu ãobrẽ ⁊ ciuitas illa destructa est. Nũciamꝰ nos regi: q̃m si ciuitas illa edificata fuerit ⁊ muri ipsiꝰ instaurati: possessionẽ trãsfluuiũ nõ habebis. Verbũ misit rex ad reum beeltheem ⁊ samsai scribã. ⁊ ad reliq̃s qui erãt in ꝯsilio eoꝝ habitatores samarie ⁊ ceteris trãsfluuiũ · salutẽ dicẽs ⁊ pacẽ. Accusatio quã misistis ad nos · manifeste lecta ẽ corã me. ⁊ a me ꝑceptũ est. ⁊ recẽsuerũt: inueneruntq; q̃m ciuitas illa a diebꝰ antiq̃s aduersũ reges rebellat. ⁊ seditiões ⁊ ꝓlia ꝯcitãt̃ in ea. Nã ⁊ reges fortissimi fuerunt in irl'm q̇ ⁊ ꝺñati sũt oĩ regioni que transfluuiũ est. Tributũ q̊q; ⁊ vectigal ⁊ redditꝰ accipiebãt. Nũc ĝ audite s̃niam. Prohibeatis viros illos ut vrbs illa non edificet̃: donec si forte a me iussũ fuerit. Videte ne negligent̃ h̃ ipleatis ⁊ paulatĩ crescat malũ ꝯ reges. Itaq; exẽplũ edicti artaxerxis regis lectũ ẽ corã reum beeltheem ⁊ samsai scriba ⁊ consiliarijs eoꝝ. Et abierũt festini in irl'm ad iudeos. ⁊ ꝓhibuerũt eos in brachio ⁊ robore. Tũc intermissũ est opꝰ domꝰ dñi ī irl'm. ⁊ nõ fiebat vsq; ad annũ secũdũ regni darij regis persarũ.

V

Prophetauerũt aũt aggeus ꝓpha ⁊ çacharias filiꝰ addo: ꝓphetãtes ad iudeos q̇ erãt in iuda ⁊ irl'm in noīe dei isrl'. Tũc surrexerũt çorobabel filiꝰ salathiel ⁊ iosue filiꝰ iosedech. ⁊ ceperũt edificare tẽplũ dñi in irl'm. ⁊ cũ eis ꝓph̃e dei adiuuãtes eos. In ipso ãt tp̃e venit ad eos thantannai q̇ erat dux transflumẽ ⁊ starbuçãnai ⁊ cõsiliarij eoꝝ · sicq; dixerũt eis: Quis dedit vob̃ cõsiliũ ut domũ hãc edificaretis ⁊ muros eiꝰ instauraretis? Ad q̃d r̃ndimꝰ eis: que essẽt noīa hoiuz auctoꝝ edificatiõis illiꝰ. Oculus aũt dei eoꝝ factꝰ ẽ sup senes iudeoꝝ. ⁊ nõ potuerũt ihibẽ eos. Placuitq; ut res ad dariũ referret̃. ⁊ tũc satisfacerent aduersus accusationẽ illã. Exemplar ep'le quã misit thãtannai dux regiõis transflumẽ ⁊ starbuçannai ⁊ cõsiliatores eiꝰ apharsathei q̇ erãt trãsflumen: ad dariũ regẽ. Sermo quẽ miserãt ei sic scriptꝰ erat. Dario regi pax oīs. Notũ sit regi iisse nos ad iudeã ꝓuinciã ad domũ dei magni que edificatur lapide ĩpolito. ⁊ ligna ponũt̃ in parietibꝰ: opusq; illud diligent̃ extruit̃ ⁊ crescit ī manibꝰ eoꝝ. Introgauimꝰ ĝ senes illos. ⁊ ita diximꝰ eis: Quis dedit vob̃ ꝑtãtẽ ut domũ hãc edificaretis. ⁊ muros hos instauraretis? Sed ⁊ noīa eoꝝ q̃siuimꝰ ab eis ut nũciaremꝰ tibi: scripsimusq; nomina eoꝝ viroꝝ q̇ sũt ꝑncipes ī eis. Huiuscemodi aũt sermonẽ r̃nderũt nob̃ · dicẽtes: Nos sumus serui dei celi ⁊ t̃re. ⁊ edificamus templũ q̃d erat extructũ añ hos ãnos multos · q̃dq; rex israhel magnꝰ edificauerat ⁊ extruxerat. Postq̃ aũt ad iracũdiã ꝓuocauerũt patres nr̃i deũ celi · tradidit eos ī manꝰ nabuchodonosor regis babylonis chaldei: domũ q̊q; hãc destruxit. ⁊ ppl'm eiꝰ transtulit in babylonẽ. Anno aũt ꝑmo cyri regis · cyrus rex babylonis ꝓposuit edictũ ut domꝰ dei edificaret̃. Nã ⁊ vasa tẽpli dei aurea ⁊ argẽtea que nabuchodonosor tulerat de tẽplo quod erat in irl'm ⁊ asportauerat ea ī tẽplũ babylõis, ꝓtulit cyrus rex de tẽplo babylonis. ⁊ data sunt sasabasar vocabulo · quẽ ⁊ principẽ cõstituit

Vectigal · ẽ t'butũ q̃d portat' dño · Tributũ ẽ q̃d t'buit ꝑuo: l' nũcio dñi ·

dixitq̄ ei. Hec vasa tolle ⁊ vade. ⁊ pone ea in
templo qđ ē in ir̄lm. ⁊ domꝰ dei edificetur in
loco suo. Tūc itaq̄ sasabasar ille venit. ⁊ po
suit fundamenta tēpli dei in ir̄lm. ⁊ ex eo tp̄e
vsq̄ nūc edificaṫ ⁊ necdū cōpletū ē. Nūc ḡ si
videṫ regi bonū· recēseat ī bibliotheca regis
q̄ est in babylone· vtrū nā a cyro rege iussū
fuerit ut edificareṫ domꝰ dei in ir̄lm. ⁊ volun
tatē regis sup̄ hac re mittat ad nos. VI

Tunc darius rex p̄cepit ⁊ recēsuerūt
in bibliotheca librorū q̄ erāt repositi
in babylone. ⁊ īuētū ē ī ecbathanis
qđ est castrū in medena ꝓuincia: volumen
vnū: talisq̄ scriptꝰ erat in eo cōmētariꝰ. An
no p̄mo cyri regis· cyrus rex decreuit ut do
mus dei edificareṫ q̄ est ī ir̄lm ī loco vbi im
molēt hostias. ⁊ ut ponāt fūdamēta suppor
tantia altitudinē cubitorū sexaginta. ⁊ lati
tudinē cubitorū sexaginta: ordines de lapi
dibꝰ īpolitis tres. ⁊ sic ordines de lignis no
uis. Sūptꝰ aūt de domo regꝭ dabunṫ. Sed ⁊
vasa tēpli dei aurea ⁊ argētea q̄ nabuchodo
nosor tulerat de tēplo ir̄lm. ⁊ attulerat ea ī
babylonē· reddanṫ. ⁊ referāṫ in tēplū ir̄lm ī
locū suū· q̄ ⁊ posita sūt ī tēplo dei. Nūc ḡ thā
tannei dux regiōis q̄ ē trās flumē ⁊ starbu
çānai ⁊ cōsiliarij vr̄i apharsathei q̄ estis trās
flumē. ꝓcul recedite ab illis. ⁊ dimittite fieri
tēplū dei illud a duce iudeorū ⁊ a senioribus
eorū. ⁊ domꝰ dei illa edificeṫ in loco suo. Sed
⁊ a me p̄ceptū ē q̄d oporteat fieri a p̄sbyteris
iudeorū illis ut edificeṫ domꝰ dei. s. ut de archa
regis· id est de tributis que danṫ de regione
trans flumē· studiose sūptus denṫ virꝭ illis ne
impediaṫ opus. Q̄ si necce fuerit ⁊ vitulos ⁊
agnos ⁊ hedos ī holocaustū deo celi· frumē
tū· sal· vinū ⁊ oleū s̄m ritū sacerdotū q̄ sūt in
ir̄lm deṫ eis p̄ singulos dies· ne sit ī aliq̄ q̄ri
monia. ⁊ offerāt oblatiōes deo celi· orētq̄ ꝓ
vita regꝭ ⁊ filiorū eiꝰ. A me ḡ positū ē decretū
ut oīs hō q̄ hanc mutauerit iussionē· tollaṫ
lignū de domo ipsiꝰ ⁊ erigaṫ ⁊ configaṫ in eo:
domꝰ aūt eiꝰ publiceṫ. Deus aūt qui habitare
fecit nomē suū ibi: dissipet oīa regna ⁊ pp̄lm
q̄ extenderit manū suā: ut repugnet ⁊ dissipet
domū dei illam que est in ir̄lm. Ego darius
statui decretū: qđ studiose impleri volo. Igiṫ
thātannai dux regiōis trās flumē ⁊ starbu
çānai ⁊ ꝯsiliarij eiꝰ s̄m q̄ p̄ceꝑat darius rex
sic diligēṫ executi sūt. Seniores aūt iudeorū
edificabāt. ⁊ ꝓsperabanṫ iux̄ ꝓphetiā aggei
ꝓphe ⁊ çacharie filij addo. Et edificauerūt
⁊ ꝯstruxerūt iubēte deo isr̄l. ⁊ iubente cyro ⁊
dario ⁊ artaxerxe regibꝰ ꝑsarū. ⁊ cōpleuerunt
domū dei istā vsq̄ ad diē tertiū mensis adar
q̄ est annꝰ sextꝰ regni darij regis. Fecerūt aūt
filij isr̄l sacerdotes ⁊ leuite ⁊ reliqui filiorum
trāsmigratiōis dedicationē domꝰ dei in gau
dio. ⁊ obtulerūt ī dedicatiōe domꝰ dei· vitu
los centū· arietes ducētos· agnos q̄dringen
tos: hircos caprarū ꝓ pctō totiꝰ isr̄l duodeci
iuxta numerū tribuū isr̄l. Et statuerūt sacer
dotes ī ordinibꝰ suis ⁊ leuitas in vicibꝰ suis
sup̄ opa dei ī ir̄lm· sic scriptū est ī libro moysi.
Fecerūt aūt filij trāsmigratiōis pasca q̄rta
decima die mensis p̄mi. Purificati eni fuerāt
sacerdotes ⁊ leuite quasi vnus: oēs mundi
ad imolandū pasca vniuersis filijs transmi
gratiōis ⁊ fribꝰ suis sacerdotibus. ⁊ sibi. Et
comederūt filij isr̄l q̄ reuersi fuerāt de trāsmi
gratione. ⁊ oēs q̄ se sepauerāt a coinq̄natiōe
gentiū t̄re ad eos: ut q̄rerēt dn̄m deū isr̄l. Et
fecerūt sollēnitatē açimorū septē diebꝰ in leti
cia: qm̄ letificauerat eos dn̄s. ⁊ conuerterat
cor regꝭ assur ad eos ut adiuuaret manꝰ eorū
in ope domꝰ dn̄i dei isr̄l. VII

Post h̄ aūt v̄ba· in regno artaxerxis
regꝭ ꝑsarū· esdras filiꝰ saraie· filij aça
rie· filij helchie· filij sellum· filij sa
doch· filij achitob· filij amarie· filij açarie· fi
lij maraioth· filij çarie· filij oçi· filij bocci· fi
lij abisue· filij phinees· filij eleaçar· filij aarō
sacerdotꝭ ab initio: ipse esdras ascēdit de ba
bylone. ⁊ ipse scriba velox ī lege moysi· quā
dn̄s deꝰ dedit isr̄l. Et dedit ei rex s̄m manum
dn̄i dei eiꝰ bonā sup̄ eū· oēm petitionē eiꝰ. Et
ascenderunt de filijs isr̄l ⁊ de filijs sacerdotū
⁊ de filijs leuitarū ⁊ de cantoribus ⁊ de iani
toribꝰ ⁊ de nathinneis· ī ir̄lm anno septimo
artaxerxis regis. ⁊ venerunt in ir̄lm mense
q̄nto· ipse ē annꝰ septimꝰ regis. Quia ī p̄mo
die mensis p̄mi· cepit ascēdē de babylone. ⁊
p̄mo die mēsis q̄nti· venit ī ir̄lm iuxta manū
dei sui bonā sup̄ se. Esdras autē parauit cor
suū ut inuestigaret legē dn̄i. ⁊ faceret ⁊ doceret
in isr̄l p̄ceptū ⁊ iudiciū. Hoc ē aūt exemplar
ep̄le edicti· qđ dedit rex artaxerxes esdre sa
cerdoti· scribe erudito in sermonibꝰ ⁊ p̄ceptꝭ
dn̄i. ⁊ cerimonijs eiꝰ in isr̄l. Artaxerxes rex
regū· esdre sacerdoti· scribe legis dei celi· do
ctissimo· salutem. A me decretū ē ut cuicūq̄
placuerit in regno meo de populo isr̄l. ⁊ de

sacerdotibꝰ eiꝰ ⁊ de leuitis ire in irl'm· tecum
vadat. A facie eni regis ⁊ septē cōsiliatorū
eiꝰ missus es ut visites iudeā ⁊ irl'm· i lege dei
tui q̄ ē in manu tua. ⁊ ut feras argētū ⁊ auꝝ
qḋ rex ⁊ cōsiliatores eiꝰ sponte obtulerūt deo
isrl':cuiꝰ i irl'm tabernaculū est. Et oē argētū
⁊ aurū· qḋcūqꝫ inueneris i vniuersa ꝓuincia
babylonis ⁊ ꝑpl's offerre voluerit. ⁊ de sacer-
dotibꝰ q̇ spōte obtulerint domui dei sui q̄ est i
irl'm· libere accipe. ⁊ studiose eme de hac pe-
cunia vitulos· arietes· agnos. ⁊ sacrificia ⁊
libamina eoꝝ. ⁊ offer ea sup altare tēpli dei
vr̄i qḋ est i irl'm. Sed ⁊ si q̇d tibi ⁊ fribꝰ tuis
placuerit de reliq̄ argēto ⁊ auro ut faciatis·
iuxta volūtatē dei vr̄i facite. Uasa q̊ꝫ q̄ danť
in ministeriū domꝰ dei tui: trade in cōspectu
dei in irl'm. Sꝫ ⁊ cetera q̇bꝰ opꝰ fuerit i domū
dei tui: quātūcūqꝫ necesse ē ut expendas· da-
bis de thesauro ⁊ de fisco regis. ⁊ a me. Ego
artaxerxes rex statui atqꝫ decreui· oibus cu-
stodibꝰ arche publice q̇ sunt trans flumē· ut
qḋcūqꝫ petierit a vob̄ esdras sacerdos scriba
legis dei celi· absqꝫ mora detis· vsqꝫ ad argē-
ti talēta cētū. ⁊ vsqꝫ ad frumēti choros cētū
⁊ vsqꝫ ad vini bathos cētū. ⁊ vsqꝫ ad bathos
olei cētū· sal ꝟo absqꝫ mēsura. Oē qḋ ad ritū
dei celi ꝑtinet· tribuať diligenť in domo dei
celi· ne forte irascať ꝯ regnū regis ⁊ filioꝝ eiꝰ
Uobis q̊ꝫ notū facimꝰ de vniuersis sacerdo-
tibꝰ ⁊ leuitꝭ· cātoribꝰ ⁊ ianitoribꝰ nathinneis
⁊ ministris domus dei huiꝰ· ut vectigal ⁊ tri-
butū ⁊ annonas nō habeatis potestatē im-
ponendi sup eos. Tu aūt esdra· ꝭm sapiētiā
dei tui q̄ ē in manu tua· cōstitue iudices ⁊ ꝓ-
sides· ut iudicēt oi ꝑpl'o q̇ est trās flumē: his
videlicꝫ q̇ nouerūt legē dei tui: s̄ ⁊ iperitos
docete libere. Et ois q̇ nō fecerit legē dei tui
⁊ legē regis diligēť: iudiciū erit de eo siue in
mortē· siue in exiliū· siue in cōdēnationē sub-
stātie eiꝰ: uel certe in carcerē. Et dixit esdras
scriba. Bn̄dictꝰ dn̄s deꝰ patrū nr̄oꝝ q̇ dedit
h̄ in corde regis· ut glorificaret domū dn̄i q̄
est i irl'm. ⁊ in me inclinauit mīam suā coram
rege ⁊ ꝯsiliatoribꝰ eiꝰ ⁊ vniuersis ꝓncipibus
regis potētibꝰ. Et ego cōfortatus manu dn̄i
dei mei q̄ erat in me: ꝯgregaui de isrl' ꝓncipes
qui ascenderent mecum. VIII

Hi sūt ḡ ꝓncipes familiaꝝ ⁊ genealo-
gia eoꝝ q̇ ascenderūt mecū i regno
artaxerxis regis de babylone. De fi-
lijs phinees: gerson. De filijs ythamar: da-
niel. De filijs dauid: accus. De filijs sechenie
⁊ de filijs pharos: çacharias. ⁊ cū eo nume-
rati sunt viri centū quinquaginta. De filijs
phetmoab: elioenai filius çaree. ⁊ cū eo du-
centi viri. De filijs sechenie: filius eçechiel. ⁊
cū eo trecēti viri. De filijs addan: nabeth filiꝰ
ionathan. ⁊ cū eo q̇nquaginta viri. De filijs
helam: ysaias filiꝰ athalie. ⁊ cū eo septuagi-
ta viri. De filijs saphatie: çebedia filius mi-
chael. ⁊ cū eo octoginta viri. De filijs ioab:
obedia filius ihehiel. ⁊ cū eo ducēti decem ⁊
octo viri. De filijs selomith: filius iosphie. ⁊
cū eo centū sexaginta viri. De filijs bebai: ça-
charias filiꝰ bebai. ⁊ cū eo vigintiocto viri.
De filijs eçeab: iohannan filiꝰ eçethan. ⁊ cū
eo centum decem viri. De filijs adonicā· qui
erant nouissimi. ⁊ hec noīa eoꝝ: helipheleth ⁊
heihel ⁊ samaias. ⁊ cū eis sexaginta viri. De
filijs beggui: vthai ⁊ çachur. ⁊ cū eis septua-
ginti viri. Congregaui autē eos ad fluuiū· q̇
decurrit ad hana. ⁊ māsimꝰ ibi tribꝰ diebus.
Quesiuiqꝫ i populo ⁊ in sacerdotibus de fi-
lijs leui. ⁊ nō inueni ibi. Itaqꝫ misi heliçer ⁊
ariel ⁊ semeam ⁊ helnathan ⁊ arib ⁊ alterū
helnathan ⁊ nathan ⁊ çachariā ⁊ mesollam
ꝓncipes. ⁊ ioarib ⁊ helnathan sapiētes. ⁊ mi-
si eos ad heddo qui est primꝰ in casphie loco.
Et posui in ore eoꝝ verba q̄ loquerentur ad
heddo ⁊ ad frēs eiꝰ nathinneos in loco cas-
phie· ut adducerent nobis ministros domꝰ
dei nr̄i. Et adduxerūt nobis ꝑ manū dei no-
stri bonam sup nos virū doctissimū de filijs
mooli· filij leui· filij isrl'. ⁊ sarabiam ⁊ filios
eius ⁊ frēs eiꝰ decē ⁊ octo. ⁊ asabiam ⁊ cū eo
ysaiam de filijs merari: fratresqꝫ eiꝰ ⁊ filios
eiꝰ viginti. Et de nathinneis q̊s dederat da-
uid. ⁊ ꝓncipes ad misteria leuitarū: nathin-
neos ducētos vigiti. Oēs hi suis noībꝰ vo-
cabanť. Et ꝑdicaui ibi ieiuniū iuxta fluuiū
hana· ut affligeremur coram dn̄o deo nr̄o ⁊
peteremꝰ ab eo viā rectā nobis ⁊ filijs nostri
vniuerseqꝫ substātie nostre. Erubui. n. petere
regē auxiliū ⁊ eq̇tes qui defenderēt nos ab
iimico in via: q̇a dixeramꝰ regi. Manus dei
nr̄i ē sup oēs q̇ q̄rūt eū in bonitate. ⁊ imperiū
eiꝰ ⁊ fortitudo eiꝰ. ⁊ furor sup oēs q̇ derelin-
quūt eū. Ieiunauimꝰ aūt ⁊ rogauimus deū
nostrū ꝑ hoc. ⁊ euenit nobis ꝓspere. Et sepa-
raui de ꝓncipibꝰ sacerdotū duodeci· sarabiā
⁊ asabiā. ⁊ cū eis de fratribꝰ eoꝝ decē. Appē-
diqꝫ eis argentū ⁊ aurum. ⁊ vasa cōsecrata

dom⁹ dei nr̄i· q̄ obtulerat rex ⁊ consiliatores eius ⁊ p̄ncipes eius vniuersusq̧ isrl̄ eorū qui īuenti fuerant. Et appendi in manib⁹ eoꝝ argēti talēta sexcēta q̄nq̄ginta. ⁊ vasa argētea cētū: auri vo cētū talēta. ⁊ crateras aureas viginti q̄ habebāt solidos millenos. ⁊ vasa eris fulgētis optimi duo· pulchra ut aurū. Et dixi eis: Vos sci dn̄i ⁊ vasa scā. ⁊ argentū ⁊ aurū qd̓ sponte oblatū ē dn̄o deo patrū nr̄oꝝ. Vigilate ⁊ custodite: donec appēdatꝭ corā p̄ncipib⁹ sacerdotū ⁊ leuitarū. ⁊ ducib⁹ familiaꝝ isrl̄ in irl̄m· i thesaurū domus dn̄i. Susceperūt aūt sacerdotes ⁊ leuite pondus argēti ⁊ auri ⁊ vasoꝝ ut deferrent irl̄m i domū dei nr̄i. Promouimus ḡ a flumine haua duodecima die mēsis primi· ut pergeremus irl̄m. Et man⁹ dei nr̄i fuit sup nos. ⁊ liberauit nos de manu īimici ⁊ insidiatoris in via. Et venim⁹ irl̄m. ⁊ māsim⁹ ibi trib⁹ diebus. Die aūt q̄rta appēsū ē argētū ⁊ aurū ⁊ vasa in domo dei nr̄i p manū remoth filij vrie sacerdotꝭ. ⁊ cū eo eleaçar fili⁹ phinees: cūq̧ eis ioçaded fili⁹ iosue ⁊ noadaia fili⁹ bennoi leuite: iux̄ numerū ⁊ pondus oīuꝫ. Descriptū est oē pond⁹ i tp̄e illo. Sed ⁊ q̓ venerāt de captiuitate filij trāsmigratiōis obtulerūt holocaustomata deo isrl̄· vitulos duodeci ꝓ oi pp̄lo isrl̄· arietes nonagitasex· agnos septuagintaseptē· hircos ꝓ pctō duodeci: oīa i holocaustū dn̄o. Dederūt autē edicta regis· satrapis q̓ erant de ꝯspectu regis ⁊ ducib⁹ trās flumē. ⁊ eleuauerūt pp̄l'm ⁊ domū dei. IX

Ostq̧ aūt hec cōpleta sūt: accesserūt ad me p̄ncipes dicētes: Nō ē separatus pp̄l'us isrl̄ ⁊ sacerdotes ⁊ leuite a pp̄lis t̄raꝝ. ⁊ de abhominatiōib⁹ eoꝝ: chananei videlꝫ ⁊ ethei ⁊ phereçei ⁊ iebusei ⁊ ammonitarū ⁊ moabitarū ⁊ egyptioꝝ ⁊ amorreoꝝ. Tulerūt. n. de filiab⁹ eorū sibi ⁊ filijs suis. ⁊ ꝯmiscuerūt semē scm̄ cū pp̄lis terraꝝ. Man⁹ etiā p̄ncipū ⁊ magistratuū fuit i trāsgressione hac p̄ma. Cūq̧ audissem sermonē istū· scidi palliū meū ⁊ tunicam. ⁊ euulsi capillos capitꝭ mei ⁊ barbe. ⁊ sedi merens. Cōuenerūt aūt ad me oēs q̓ timebāt verbū dei isrl̄· ꝓ trāsgressiōe eoꝝ q̓ de captiuitate venerāt. ⁊ ego sedebam tristis vsq̧ ad sacrificiū vesptinū. Et in sacrificio vesptino surrexi de afflictiōe mea. ⁊ scisso pallio ⁊ tunica curuaui genua mea. ⁊ expādi man⁹ meas ad dn̄m deū meū. ⁊ dixi: De⁹ me⁹ cōfūdor ⁊ erubesco leuare faciē meā ad te: q̄m iniq̄tates nostre multiplicate sunt sup caput nostrū. ⁊ delicta nr̄a creuerūt vsq̧ ad celū a dieb⁹ patrū nr̄oꝝ. Sed ⁊ nos ipsi peccauimus grauiter vsq̧ ad diē hāc. ⁊ i iniq̄tatib⁹ nostrij traditi sum⁹ ipsi ⁊ reges nostri ⁊ sacerdotes nostri in manib⁹ regū terraꝝ ⁊ in gladiū ⁊ in captiuitatē ⁊ in rapinā ⁊ in cōfusionē vult⁹· sicut ⁊ die hac. Et nūc q̄si ad parū ⁊ momentū facta est deprecatio nr̄a apud dn̄m deū nr̄m ut dimitterent nobis reliquie. ⁊ daret pax illi⁹ in loco scō ei⁹. ⁊ illuminaret oculos nr̄os de⁹ noster ⁊ daret nob̄ vitā modicā in seruitute nr̄a: q̓a serui sum⁹. ⁊ in seruitute nr̄a nō dereliq̄t nos de⁹ nr̄. ⁊ inclinauit sup nos m̄iam corā rege ꝑsaꝝ· ut daret nobis vitā ⁊ sublimaret domū dei nr̄i. ⁊ extrueret solitudines eius ⁊ daret nobis spem i iuda ⁊ irl̄m. Et nūc q̓d dicem⁹ dn̄e deus nr̄ p⁹ h̄? Quia dereliq̄m⁹ mādata tua q̄ p̄cepisti i manu seruoꝝ tuoꝝ ꝓphetaꝝ dicēs: Terra ad quā vos igredimini ut possideatis eā terra imūda ē iux̄ imūditiā pp̄loꝝ ceterarūq̧ t̄raꝝ· abhominationib⁹ eoꝝ q̓ repleuerūt eā ab ore vsq̧ ad os i coinq̄natiōe sua. Nūc ḡ filias vr̄as ne detis filijs eorū. ⁊ filias eoꝝ ne accipiatꝭ filijs vr̄is. ⁊ nō q̄ratis pacē eoꝝ ⁊ ꝓspitatē eoꝝ vsq̧ i etnū· ut cōfortemini ⁊ comedatꝭ q̄ bona sūt t̄re. ⁊ heredes habeatꝭ filios vr̄os vsq̧ i seculū. Et post oīa q̄ venerūt sup nos i opib⁹ nr̄is pessimis. ⁊ in delicto nr̄o magno: q̓a tu deus liberasti nos de iniq̄tate nr̄a ⁊ dedisti nobis salutē sicut ē hodie· ut nō cōuerteremur ⁊ irrita facerem⁹ mādata tua· neq̧ matrimonia iungeremus cū pp̄lis abhominationū istarū. Nūq̓d irat⁹ es nobis vsq̧ ad ꝯsūmationē: ne dimitteres nob̄ reliq̄as ad salutē? Dn̄e de⁹ isrl̄ iustus es tu· q̄m derelicti sum⁹ q̓ saluaremur sicut die hac. Ecce corā te sum⁹ in delicto nr̄o. Nō eni stari potest corā te sup hoc. X

Ic ḡ orante esdra ⁊ implorāte deū ⁊ flente ⁊ iacente an̄ tēplū dei: collect⁹ est ad eū de isrl̄ cet⁹ grādis nimis viroꝝ ⁊ mulierū ⁊ puerorū. Et fleuit pp̄l'us multo fletu. Et r̄ndit sechenias filius iehiel de filijs helam. ⁊ dixit esdre: Nos p̄uaricati sum⁹ in deū nr̄m. ⁊ duxim⁹ vxores alienigenas de pp̄lis t̄re. Et nūc si est p̄nia i isrl̄ sup h̄: pcutiam⁹ fed⁹ cū dn̄o deo nr̄o ut ꝓijciamus vniuersas vxores. ⁊ eos qui de his nati sūt. Iuxta volūtatē dn̄i ⁊ eoꝝ q̓ tenēt p̄ceptū dn̄i

dei nr̄i· ſcḋm legē fiat. Surge: tuū eſt decernē noſq; erimꝰ tecū. Confortare ⁊ fac. Surrexit ḡ eſdras ⁊ adiurauit ꝑncipes ſacerdotū ⁊ leuitaꝝ ⁊ oēm iſrl̄·ut facerent ſcḋm ꝟbū hoc. Et iurauerūt. Et ſurrexit eſdras ante domū dei: ⁊ abijt ad cubiculū iohannan filij eliaſib. ⁊ ingreſſus eſt illuc. Panē nō comedit ⁊ aquā nō bibit. Lugebat.n. trāſgreſſionē eoꝝ qui venerant de captiuitate. Et miſſa eſt vox in iuda ⁊ i irl̄m oībꝰ filijs trāſmigratiōis·ut cōgregarent̄ in irl̄m. ⁊ oīs q̇ nō venerit i tribus diebꝰ iuxtā cōſiliū ꝑncipū ⁊ senioꝝ· auferetur vniuerſa ſubſtātia eius: ⁊ ipſe abijciet̄ de cetu trāſmigratiōis. Cōuenerūt igit̄ oēs viri iuda ⁊ beniamin in irl̄m tribꝰ diebus· ipſe eſt menſis nonꝰ·viceſima die menſis. ⁊ ſedit oīs ꝓpl̄s in platea domus dei: tremētes ꝓ pctō ⁊ pluuijs. Et ſurrexit eſdras ſacerdos. ⁊ dixit ad eos: Vos trāgreſſi eſtis ⁊ duxiſtis vxores alienigenas·ut adderetis ſuꝑ delictū iſrl̄. Et nūc date cōfeſſionē dn̄o deo patꝝ vr̄oꝝ. ⁊ facite placitū eiꝰ. ⁊ ſeꝑami a ꝓpl̄is terre. ⁊ ab vxoribꝰ alienigenis. Et rn̄dit vniuerſa multitudo· dixitq; voce magna: Iuxta ꝟbū tuū ad nos ſic fiat. Verūtñ q̇a ꝓpl̄us multus ē ⁊ tēpꝰ pluuie. ⁊ nō ſuſtinemꝰ ſtare forīs. ⁊ opus nō ē diei vniꝰ uel duoꝝ: vehement̄ quippe peccauimꝰ in ſermone iſto: cōſtituant̄ ꝑncipes i vniuerſa multitudine. ⁊ oēs i ciuitatibꝰ nr̄is q̇ duxerunt vxores alienigenas veniant in tpibꝰ ſtatutis. ⁊ cū his ſeniores ꝑ ciuitatē in ciuitatē. ⁊ iudices eius: donec auertat̄ ira dei nr̄i a nob̄ ſuꝑ pctō h̄. Igit̄ ionathā filiꝰ aſahel. ⁊ iaaçia filius thecue· ſteterūt ſuꝑ hoc. ⁊ meſollam ⁊ ſebechai leuites adiuuerūt eos. Fecerūtq; ſic filij trāſmigratiōis. Et abierūt eſdras ſacerdos ⁊ viri ꝑncipes familiaꝝ i domos patꝝ ſuoꝝ ⁊ oēs ꝑ noīa ſua. ⁊ ſederūt in die ꝑmo mēſis decimi· ut q̄rerēt rem. Et conſūmati ſūt oēs viri q̇ duxerūt vxores alienigenas vſq; ad diē primā mēſis ꝑmi. Et inēti ſūt de filijs ſacerdotū qui duxerunt vxores alienigenas: de filijs ioſue filij ioſedech ⁊ fratres eiꝰ maaſia ⁊ elieçer ⁊ iarib ⁊ godolia. Et dederūt manꝰ ſuas·ut eijcerēt vxores ſuas ⁊ ꝓ delicto ſuo arietē de ouibꝰ offerrent. Et de filijs emmer: annani ⁊ çebedia. Et de filijs ſerim: maſia ⁊ helia ⁊ ſemeia· iehibel ⁊ oçias Et de filijs pheſſur: elioenai· maaſia· iſmahel nathanael· ioçabeth ⁊ beleſa. Et de filijs leuitaꝝ: ioſabeth ⁊ ſemei ⁊ celaia· ipſe eſt calithapbathaia· iuda ⁊ elieçer. Et de cātoribꝰ eliaſib. ⁊ de ianitoribus· ſellū ⁊ thelē ⁊ vri. Et ex iſrahel de filijs pharos: remeia ⁊ eçia ⁊ melchia ⁊ miamim ⁊ elieçer ⁊ melcha· banea. Et de filijs elam: mathania· çacharias ⁊ iehibel ⁊ abdi ⁊ rimoth ⁊ helia. Et de filijs çethua: elioenai· eliaſib· mathania ⁊ hierimuth ⁊ çabeth ⁊ açiça. Et de filijs bebai: iohānā· anania çabbai· athalai. Et de filijs beni: moſolla ⁊ melluch ⁊ adaia· iaſub ⁊ ſaal ⁊ ramoth. Et de filijs phetmoab: edna ⁊ chalaal· banaias ⁊ maaſias· mathanias beſelebel· benui ⁊ manaſſe. Et de filijs erem: elieçer· ieſue· melchias· ſemeias· ſymeon· beniamin· maloch· ſamarias. Et de filijs aſom: mathanai· mathet· açabeth· elpheleth· iermai· manaſſes· ſemei. De filijs bani: maaddi· amram ⁊ huel· baneas ⁊ badaias· cheliau· bannia· marimuth ⁊ eliaſib· mathanias· mathanai ⁊ iaſi ⁊ bani ⁊ benui· ſemei ⁊ ſalmias ⁊ nathan ⁊ adaias· mechne· dabai· ſyſai· ſarai eçrel ⁊ ſelemau ⁊ ſemeria· ſellū· amaria· ioſeph. De filijs nebui: abihel· mathathias· çabeth: çabina· ieddu ⁊ iohel ⁊ banai. Oēs hi acceꝑant vxores alienigenas. ⁊ fuerūt ex eis mulieres que ꝑperant filios.

Explicit liber Eſdre primus.

Incipit lib̄ Neemie. Capl̄m I

VErba neemie filij helchie. Et factū ē in menſe caſleu· anno viceſimo. ⁊ ego eram in ſuſis caſtro. Et venit ad me anani vnꝰ de fratribꝰ meis· ipſe ⁊ viri iuda. ⁊ interrogaui eos de iudeis q̇ remāſerāt ⁊ ſuperant de captiuitate. ⁊ de irl̄m. Et dixerūt mihi. Qui remāſerunt ⁊ derelicti ſūt de captiuitate ibi i ꝓuincia· i afflictione magna ſūt ⁊ in oꝑprobrio. ⁊ murus irl̄m diſſipatꝰ ē. ⁊ porte eiꝰ cōbuſte ſunt igni. Cūq; audiſſem ꝟba huiuſcemōi· ſedi ⁊ fleui ⁊ luxi diebus multis. ⁊ ieiunabā ⁊ orabam ante faciem dei celi. ⁊ dixi: Queſo dn̄e deus celi fortis magne atq; terribilis· q̇ cuſtodis pactū ⁊ mi̇am cum his q̇ te diligunt ⁊ cuſtodiūt mādata tua· fiāt aures tue auſcultātes ⁊ oculi tui apti ut audias orationē ſerui tui

quā ego oro corā te hodie nocte ⁊ die ꝓ filijs isrl̄ seruis tuis. ⁊ confiteor ꝓ pctis filioꝝ isrl̄ quib⁹ peccauerūt tibi. Et ego ⁊ dom⁹ patris mei peccauim⁹. vanitate seducti sum⁹. ⁊ non custodiuimus mandatū ⁊ cerimonias ⁊ iudicia que precepisti moysi famulo tuo. Memento ꝟbi qḋ mandasti moysi seruo tuo dicens: Cū trāsgressi fueritꝭ. ego dispḋā vos in pplos. ⁊ si reuertamini ad me ⁊ custodiatis ꝑcepta mea ⁊ faciatꝭ ea. etiā si abducti fueritꝭ ad extrema celi. inde cōgregabo vos ⁊ reducam in locū quem elegi ut habitaret nomē meū ibi. Et ipsi serui tui ⁊ pplꝰs tu⁹ q̄s redemisti i fortitudine tua magna. ⁊ i manu tua valida. Obsecro dn̄e sit auris tua attēdens ad orationē serui tui. ⁊ ad orationē seruorū tuoꝝ q̇ volūt timere nomē tuū. ⁊ dirige ꝟuū tuū hodie. ⁊ da ei misericordiā ante virū hūc Ego eni eram pincerna regis. II

Actū ē aūt i mēse nisan. anno vicesimo artaxerxis reḡ. ⁊ vinū erat añ eū. Et leuaui vinū ⁊ dedi regi. ⁊ erā q̄si languidus añ faciē ei⁹. Dixitq; mihi rex: Quare vult⁹ tuus tristis ē: cū te egrotū non videā? Nō ē h̄ frustra: s̄ malū nescio quod i corde tuo ē. Et timui valde ac nimis. ⁊ dixi regi: Rex in eternū viue. Quare non mereat vult⁹ me⁹: q̇a ciuitas dom⁹ sepulchroꝝ patrꝭ mei deserta est. ⁊ porte ei⁹ combuste sunt igni? Et ait mihi rex: Pro q̄ re postulas? Et oraui deū celi. ⁊ dixi ad regem: Si videtur regi bonū. ⁊ si placet seruis tuis añ faciē tuā: ut mittas me i iudeā ad ciuitatē sepulchri patrꝭ mei. ⁊ edificabo eam. Dixitq; mihi rex ⁊ regina que sedebat iuxta eū. Usq; ad qḋ tēp⁹ erit iter tuū. ⁊ qñ reuerteris? Et placuit ante vultū reḡ. ⁊ misit me. Et cōstitui ei tēpus. ⁊ dixi regi: Si regi videtur bonū. epistolas det mihi ad duces regiōis trās flumē ut traducant me donec veniā in iudeā. ⁊ epistolā ad asaph custodē salt⁹ regis. ut det mihi ligna ut tegē possim portas turrꝭ dom⁹ ⁊ muri ciuitatis. ⁊ domū quā ingressus fuero. Et dedit mihi rex: iuxta manū dei mei bonā mecū. Et veni ad duces regiōis trās flumē. dediq; eis eplās regis. Miserat aūt rex mecū ꝑncipes militū ⁊ equites. Et audierūt sanaballath oronites. ⁊ tobias seru⁹ amanites. ⁊ ꝯtristati sūt afflictiōe magna q̄ venisset hō q̇ q̄reret ꝓsꝑitatē filioꝝ isrl̄. Et veni irl̄m. ⁊ eram ibi tribus dieb⁹. Et surrexi nocte ego ⁊ viri pauci mecū. ⁊ nō indicaui cuiq̄ q̇d dn̄s dedisset i corde meo ut facerē i irl̄m. ⁊ iumentum nō erat mecū nisi aīal cui sedebam. Et egressus sū ꝑ portā vallis nocte ⁊ añ fontē draconis ⁊ ad portā stercoꝝ. ⁊ cōsiderabam murū irl̄m dissipatū. ⁊ portas eius cōsūptas igni. Et trāsiui ad portā fontꝭ ⁊ ad aq̄ductū reḡ. ⁊ nō erat loc⁹ iumēto cui sedebā ut trāsiret. Et ascēdi ꝑ torrētē nocte. ⁊ cōsiderabā muꝝ. ⁊ reuersus veni ad portā vallis ⁊ redij Mgr̄at⁹ aūt nesciebant q̄ abijssem: aut q̇d ego facerē. Sȝ ⁊ iudeis ⁊ sacerdotib⁹ ⁊ optimatib⁹ ⁊ mḡratib⁹ ⁊ reliq̇s q̇ faciebant op⁹. vsq; ad id loci nihil indicauerā. Et dixi eis: Uos nostis afflictionē i q̄ sum⁹: q̇a irl̄m deserta est ⁊ porte ei⁹ cōsūpte sūt igni. Uenite ⁊ edificem⁹ muros irl̄m. ⁊ non sim⁹ vltra opꝓbriū. Et indicaui eis manū dei mei q̄ esset bona mecū. ⁊ ꝟba reḡ q̄ locut⁹ ē mihi. ⁊ aio. Surgam⁹ ⁊ edificem⁹. Et ꝯfortate sūt man⁹ eoꝝ in bono. Audierūt āt sanaballath oronites ⁊ tobias ꝟu⁹ amanites ⁊ gosem arabs ⁊ subsannauerūt nos. ⁊ despexerūt. dixerūtq; Que est hec res quā facitis? Nūquid cōtra regē vos rebellatis? Et reddidi eis sermonē dixiq; ad eos: De⁹ celi ipse nos iuuat. ⁊ nos serui ei⁹ sum⁹. Surgam⁹ ⁊ edificem⁹. Uobis aūt nō ē pars ⁊ iusticia ⁊ memoria in irl̄m.

Et surrexit eliasib sacerdos III magn⁹ ⁊ frēs ei⁹ sacerdotes. ⁊ edificauerūt portā gregis. Ipsi scificauerūt eā. ⁊ statuerūt valuas ei⁹. ⁊ vsq; ad turrī cētū cubitoꝝ. scificauerūt eā. vsq; ad turrim ananehel. Et iuxta eū edificauerūt viri hiericho. ⁊ iux̄ eos edificauit zacbur fili⁹ amri. Portam aūt pisciū edificauerūt filij asnaa: ipsi texerūt eam. ⁊ statuerunt valuas eius ⁊ seras ⁊ vectes. Et iuxta eos edificauit marimuth filius vrie filij accus. Et iux̄ eū edificauit mosollā fili⁹ barachie filij mesezebel. Et iux̄ eū edificauit sadoch fili⁹ baana. Et iuxta eū edificauerūt thecueni. Optimates aūt eoꝝ nō suppośuerūt colla sua in oꝑe dn̄i dei sui. Et portā veterē edificauerūt ioiada filius phasea ⁊ mosollā fili⁹ besodia: ipsi texerūt eam. ⁊ statuerūt valuas eius ⁊ seras ⁊ vectes. Et iuxta eos edificauerūt melchias gabaonites. ⁊ iadon meronathites viri de gabaon. ⁊ maspha pro duce q̇ erat in regiōe trās flumē. Et iuxta eū edificauit eziel filius araia aurifex. Et iux̄ eū edificauit ananias

filius pigmentarij. ⁊ dimiserũt irl'm vsq; ad
murũ platee latiorꝫ. Et iuxͣ eũ edificauit ra-
phaia filiꝰ abul ꝓnceps vici irl'm. Et iuxͣ eũ
edificauit ieiada filiꝰ aromath ꝯ domũ suã.
Et iuxta eũ edificauit accus filius asebonie.
Mediã ptẽ vici edificauit melchias filiꝰ erẽ
⁊ asub filius phetmoab. ⁊ turrim furnoꝝ. Et
iuxͣ eos edificauit sellum filiꝰ aloes. ꝓnceps
medie ptis vici irl'm: ipse ⁊ filij eiꝰ. Et portã
vallis edificauit ãnun ⁊ habitatores çanoe.
ipsi edificauerunt eam. ⁊ statuerunt valuas
eiꝰ ⁊ seras ⁊ vectes. ⁊ mille cubitos in muro
vsq; ad portã sterq̃linij. Et portã sterq̃linij
edificauit melchias filiꝰ rechab. ꝓnceps vici
bethacharen. Ipse edificauit eam. ⁊ statuit
valuas eiꝰ ⁊ seras ⁊ vectes. Et portã fontis
edificauit sellũ. filiꝰ coloçai. ꝓnceps pagi ma
spha. Ipse edificauit eã ⁊ texit. ⁊ statuit val-
uas eiꝰ ⁊ seras ⁊ vectes. ⁊ muros piscine sy-
loe i hortũ regꝭ. ⁊ vsq; ad gradꝰ q̃ descẽdũt de
ciuitate dauid. Post eũ edificauit neemias
filiꝰ açboth ꝓnceps dimidie ptꝭ vici bethsur
vsq; ꝯ sepulchꝝ dauid. ⁊ vsq; ad piscinã que
grãdi ope cõstructa ẽ. ⁊ vsq; ad domũ fortiũ
Post eũ edificauerũt leuite. reum filius beni.
Post eũ edificauit asebias ꝓnceps dimidie
ptis ceile in vico suo. Post eũ edificauerunt
fratres eoꝝ: bechiu filiꝰ enebad ꝓnceps di-
midie ptis ceile. Et edificauit iuxͣ eũ açer fi-
liꝰ iosue ꝓnceps maspha mẽsurã secundã: ꝯ
ascẽsũ firmissimi ãguli. Post eũ in mõte edifi
cauit baruch filiꝰ çachai mẽsurã secũdã. ab
ãgulo vsq; ad portã domꝰ eliasib sacerdotis
magni. Post eũ edificauit merimuth filius
vrie filij atthus mensurã secũdã porta a do-
mus eliasib: donec extẽderetur domꝰ eliasib.
Et pꝰ eũ edificauerũt sacerdotes. viri de cã-
pestribꝰ iordanis. Post eos edificauit benia-
min ⁊ asub ꝯ domũ suã. Et pꝰ eos edificauit
açarias filiꝰ maasie filij ananie ꝯ domũ suã
Post eũ edificauit bennui filiꝰ ennada mẽsurã
secũdã a domo açarie vsq; ad flexurã ⁊ vsq;
ad angulũ. phalel filius oçi ꝯtra flexuram ⁊
turrim q̃ eminet de domo regis excelsa. id est
i atrio carceris. Post eũ phadaia filiꝰ feros.
Nathinnei aũt habitabant in ofel. vsq; ꝯtra
portã aquarũ ad orientẽ. ⁊ turri que ꝓmine-
bat. Post eos edificauerũt thecueni mẽsurã
secundã e regiõe: a turre magna ⁊ eminenti
vsq; ad murũ tẽpli. Sursum aũt ad portã
equoꝝ edificauerũt sacerdotes. vnusquisq;
ꝯ domũ suã. Post eos edificauit seddo filiꝰ
emmer ꝯ domũ suã. Et post eũ edificauit se-
meia filiꝰ sechenie custos porte oriẽtalis. Pꝰ
eũ edificauerũt anania filiꝰ selemie. ⁊ anon
filiꝰ selo sextꝰ. mẽsurã secũdã. Post eos edifi-
cauit mesollã filiꝰ barachie ꝯ gaçophylatiũ
suũ. Post eũ edificauit melchias filiꝰ aurifi-
cis vsq; ad domũ nathinneoꝝ ⁊ scuta vẽdẽ-
tiũ. ꝯ portã iudicialẽ ⁊ vsq; ad cenaculũ an-
guli. Et intra cenaculũ anguli in porta gregꝭ
edificauerũt artifices ⁊ negociatores. IIII

Factũ ẽ aũt cũ audisset sanaballath
q; edificaremꝰ murũ: iratꝰ est valde.
Et motꝰ nimis subsannauit iudeos
⁊ dixit corã fribꝰ suis ⁊ frequẽtia samarita-
noꝝ. Quid iudei faciũt imbecilles? Nũ di-
mittẽt eos gentes? Nũ sacrificabũt ⁊ cõple-
bũt in vna die? Nũq̃d edificare poterunt la-
pides de aceruis pulueris q̃ cõbusti sũt? Sꝫ ⁊
tobias amanites ꝓximꝰ eiꝰ ait: Edificẽt. Si
ascẽderit vulpes trãsiliet murũ eoꝝ lapideũ.
Et dixit neemias: Audi deus nr̃ q̃a facti su-
mus despectui. Conuerte opprobriũ sup ca-
put eoꝝ. ⁊ da eos i despectionẽ i t'ra captiui-
tatis. Ne operias iniq̃tatẽ eoꝝ. ⁊ pctm̃ eorũ
corã facie tua nõ deleat: q̃a irriserũt edificã-
tes. Itaq; edificauimꝰ muꝝ. ⁊ cõiũximꝰ totũ
vsq; ad partẽ dimidiã. ⁊ ꝓuocatũ est cor ppl'i
ad opandũ. Factũ ẽ aũt cũ audisset sanabal-
lath ⁊ tobias ⁊ arabes ⁊ amanite ⁊ açotij q;
obducta eẽt cicatrix muri irl'm. ⁊ q; cepissent
interrupta ꝯcludi: irati sũt nimis. Et ꝯgrega-
ti sũt oẽs pariter ut venirẽt ⁊ pugnarẽt ꝯtra
irl'm. ⁊ molirent' insidias. Et orauimus deũ
nr̃m. ⁊ posuimꝰ custodes super murũ die ac
nocte ꝯ eos. Dixit autẽ iudas: Debilitata est
fortitudo portãtꝭ. ⁊ humꝰ nimia ẽ. ⁊ nos non
poterimꝰ edificare murũ. Et dixerunt hostes
nr̃i. Nesciãt ⁊ ignorẽt donec veniamꝰ in mediũ
eoꝝ ⁊ interficiamꝰ eos. ⁊ cessare faciamꝰ opus.
Factũ ẽ aũt venientibꝰ iudeis qui habitabãt
iuxͣ eos ⁊ dicẽtibꝰ nobis p decẽ vices ex oibꝰ
locꝭ q̃bꝰ venerãt ad nos: statui i loco pꝰ murũ
p circuitũ. ppl'm i ordinẽ cum gladijs suis ⁊
lãceis ⁊ arcubꝰ. Et pspexi atq; surrexi. ⁊ aio
ad optimates ⁊ mḡratꝰ ⁊ ad reliquã ptẽ vul-
gi. Nolite timẽ a facie eoꝝ. Dñi magni ⁊ ter-
ribilis memẽtote. ⁊ pugnate ꝓ fribꝰ vr̃is. fi-
lijs vr̃is ⁊ filiabꝰ vestris ⁊ vxoribꝰ vr̃is ⁊ do-
mibꝰ vr̃is. Factũ est aũt cũ audissent inimici
nr̃i nũciatũ eẽ nob. dissipauit deꝰ ꝯsiliũ eorũ.

Et reuersi sumꝰ oēs ad muros: vnusq̄sq; ad
opꝰ suū. Et factū ē a die illa: media ps iuue-
nū eoꝝ faciebat opꝰ. ⁊ media parata erat ad
bellū. ⁊ lācee ⁊ scuta ⁊ arcꝰ ⁊ lorice. ⁊ pnci-
pes pꝰ eos i oī domo iuda edificātiū muros
⁊ portantium onera ⁊ iponentiū: vna manu
sua faciebat opꝰ. ⁊ altā tenebat gladiū. Edi-
ficantiū .n. vnusq̄sq; gladio erat accinctꝰ re-
nes. Et edificabāt ⁊ clāgebant buccina iuxͣ
me. Et dixi ad optimates ⁊ ad mḡratꝰ ⁊ ad
reliquā ptē vulgi. Opꝰ grāde ē ⁊ latū. ⁊ nos
sepati sumꝰ i muro pcul alt ab alto. In loco
q̄cūq; audierit̄ clangorē tube illuc ɔcurrite
ad nos. Deꝰ nr̄ pugnabit p nob. ⁊ nos ipsi
faciamꝰ opꝰ. Et media ps nr̄m teneat lance-
as ab ascēsu aurore donec egrediant astra.
In tpe q̄q; illo dixi pplo. Vnusq̄sq; cū puero
suo maneat i medio irlm. ⁊ sint nob vices p
noctē ⁊ diē ad opandū. Ego āt ⁊ frēs mei ⁊
pueri mei ⁊ custodes q̄ erant pꝰ me nō depo-
nebamꝰ vestimēta nr̄a. Vnusq̄sq; tm̄ nuda-
batur ad baptismū. V

Et factus ē clamor ppli ⁊ vxoꝝ eius
magnꝰ aduersus frēs suos iudeos.
Et erāt q̄ dicerēt: Filij nostri ⁊ filie
nr̄e multe sunt nimis. Accipiamꝰ p p̄cio eoꝝ
frumētū. ⁊ comedamꝰ ⁊ viuamꝰ. Et erāt qui
dicerēt: Agros nr̄os ⁊ vineas ⁊ domos no-
stras opponamꝰ. ⁊ accipiamꝰ frumētū in fa-
me. Et alij dicebāt: Mutuo sumamꝰ pecu-
nias i tributa reg̃ demusq; agros nr̄os ⁊ vi-
neas. Et nūc sicut carnes fratꝝ nr̄oꝝ sic car-
nes nr̄e sūt: ⁊ sicut filij eoꝝ ita ⁊ filij nostri.
Ecce nos subiugamꝰ filios nr̄os ⁊ filias no-
stras i seruitutē: ⁊ de filiabꝰ nr̄is sūt famule
nec habemus vnde possint redimi: ⁊ agros
nr̄os ⁊ vineas nr̄as alij possidēt. Et iratꝰ sum
nimis: cū audissem clamorē eoꝝ fm v̄ba h̄:
cogitauitq; cor meū. Et icrepaui optimates
⁊ mḡratus. ⁊ dixi eis: Vsuras ne singuli a
fribꝰ vr̄is exigat̄? Et ɔgregaui aduersū eos
cōtionē magnā. ⁊ dixi eis: Nos ut scit̄ rede-
mimꝰ frēs nr̄os iudeos q̄ vēditi fuerāt gen-
tibꝰ fm possibilitatē nr̄am. Et vos igit ven-
dite frēs vr̄os. ⁊ redimemꝰ eos? Et siluerūt
nec inuenerunt q̄d rn̄derent. Dixiq; ad eos:
Nō ē bona res quā facit̄. Quare nō in timo-
re dei nr̄i ambulat̄ ne exprobret nob a gentibꝰ
inimicis nr̄is? Et ego ⁊ frēs mei ⁊ pueri mei
cōmodauimꝰ plurimis pecuniā ⁊ frumētū.
Nō repetamꝰ i cōe istud. Es alienū conceda-
mus: quod debetur nobis. Reddite eis hodie
agros suos ⁊ vineas suas ⁊ oliueta sua ⁊ do-
mos suas. Quin potius ⁊ centesimam pecu-
nie frumenti vini ⁊ olei quā exigere solet̄ ab
eis: date pillis. Et dixerūt: Reddemꝰ. ⁊ ab
eis nihil queremꝰ: sicq; faciemus ut loquer̄.
Et vocaui sacerdotes ⁊ adiuraui eos ut fa-
cerēt iuxta q̄d dixeram. Insup excussi sinum
meū. ⁊ dixi: Sic excutiat deꝰ oēm virū q̄ non
cōpleuerit v̄bū istud: de domo sua ⁊ de labo-
ribꝰ suis. Sic excutiat. ⁊ vacuꝰ fiat. Et dixit
vniuersa multitudo amen. Et laudauerunt
deū. Fecit ḡ pplus sicut erat dictū. A die aūt
illa qua p̄cepat rex mihi ut essem dux i terra
iuda ab āno vicesimo vsq; ad ānū tricesimū
secūdū artaxerxis reg̃ p ānos duodeci: ego ⁊
frēs mei ānonas que ducibꝰ debebantur nō
comedimꝰ. Duces aūt p̄mi q̄ fuerūt ante me
grauauerūt pplm. ⁊ acceperūt ab eis i pane
⁊ vino ⁊ pecunia q̄tidie siclos q̄dragita. Sz
⁊ mistri eoꝝ depsserāt pplm. Ego autē nō feci
ita pter timorē dei. Quin potiꝰ in ope muri
edificaui. ⁊ agrū nō emi. ⁊ oēs pueri mei cō-
gregati ad opꝰ erāt. Iudei q̄q; ⁊ mḡratꝰ cētū
q̄nq̄ginta viri. ⁊ q̄ veniebāt ad me de gētibꝰ
que in circuitu nr̄o sūt: in mensa mea erant.
Parabat aūt mihi p dies singulos bos vnꝰ
arietes sex electi exceptis volatibꝰ. ⁊ inter
dies decē vina diuersa. ⁊ alia multa tribue-
bam. Insup ⁊ ānonas ducatꝰ mei non q̄siui.
Valde eni erat attenuatꝰ ppls. Memēto mei
deus meus in bonū fm oīa q̄ feci pplo huic.

Factū est aūt cū audisset VI
sanaballath ⁊ tobias ⁊ gosem arabs
⁊ ceteri inimici nr̄i q̄ edificassem ego
murū. ⁊ nō eēt i ipso residua interruptio: vsq;
ad tēpꝰ aūt illud valuas nō posuerā i portis:
miserūt sanaballath ⁊ tobias ⁊ gosem arabs
ad me dicētes: Veni ⁊ pcutiamꝰ fedus parit
in viculis i cāpo vno. Ipsi aūt cogitabāt ut
facerent mihi malū. Misi ḡ ad eos nūcios
dicēs: Opꝰ grāde ego facio ⁊ nō possū descē-
dere: ne forte negligat cū venero ⁊ descēde-
ro ad vos. Miserūt aūt ad me fm v̄bū h̄ p
q̄tuor vices. ⁊ rn̄di eis iuxͣ sermonē priorē.
Et misit ad me sanaballath iuxta v̄bū p̄us
q̄nta vice puer suū. ⁊ epl̄am habebat i mānu
sua scriptā h̄ mo. In gentibꝰ auditū ē. ⁊ go-
sem dixit: q̄ tu ⁊ iudei cogitetis rebellare. ⁊
pp̄rea edifices muꝝ. ⁊ leuare te velis sup eos
regē. ppt quā cām ⁊ pphas posuerit̄ q̄ p̄dicēt

de te i irlm dicētes: Rex i iudea ē. Auditurꝰ
est rex v̄ba h̄. Idcirco nūc veni ut ineamus
cōsiliū parit̄. Et misi ad eos dicēs: Nō ē fac-
tū ſm v̄ba h̄ q̄ tu loq̄ris. De corde.n. tuo tu
cōponis h̄. Oēs.n. hi t̄rebāt nos: cogitātes
ꝙ cessarent manꝰ nr̄e ab opere ⁊ q̇esceremꝰ.
Quā ob cām mag̃ ꝯfortaui manꝰ meas. Et
igressus sū domū samaie filij dalaie filij me-
thabeel secreto. Qui ait: Tractemꝰ nobiscū i
domo dei in medio tēpli ⁊ claudamꝰ portas
edis: q̇a venturi sūt ut interficiāt te. ⁊ nocte
venturi sūt ad occidēdū te. Et dixi: Nū q̇sq̄
silis mei fugit? Et q̇s ut ego ingrediet̄ tēplū
⁊ viuet? Nō ingrediar. Et intellexi ꝙ deꝰ nō
misisset eū: ſ q̄si vaticinās locutꝰ esset ad me.
⁊ tobias ⁊ sanaballath cōduxissent eū. Ac-
ceperat eni preciū ut territꝰ facerē ⁊ peccarē. ⁊
haberēt malū q̄d exprobrarēt m̄. Memen-
to mei dn̄e ꝓ tobia ⁊ sanaballath · iuxta opa
eoꝝ talia: ſ ⁊ noadie ꝓph̄e ⁊ ceteroꝝ ꝓphaꝝ
q̇ t̄rebāt me. Cōpletꝰ est autē murꝰ vicesimo
q̇nto die mēsis elul · q̇nq̄gintaduobꝰ diebus
Factū ē ḡ cū audissent oēs inimici nr̄i ut ti-
merēt vniuerse gētes q̄ erāt i circuitu nr̄o. ⁊
ꝯciderēt intra semetipsos. ⁊ scirent ꝙ a dn̄o
factū ē opꝰ h̄. Sed ⁊ i diebꝰ illis multe opti-
matū iudeoꝝ ep̄le mittebant̄ ad tobiam. ⁊ a
tobia veniebāt ad eos. Multi.n. erāt i iudea
h̄ntes iuramētū eius: q̇a gener erat sechenie
filij iorei. ⁊ iohānan filiꝰ eiꝰ acceperat filiam
mesollā filij barachie. Sed ⁊ laudabant eū
corā me. ⁊ verba mea nūciabāt ei. Et tobias
mittebat ep̄las ut terreret me. VII

Postq̄ aūt edificatꝰ ē murꝰ. ⁊ posui valuas. ⁊ recensui ianitores ⁊ cātores ⁊ leuitas. p̄cepi aneni fr̄i meo ⁊
ananie p̄ncipi domus de irlm. Ipse.n. q̄i vir
verax ⁊ timēs deū plus ceteris videbat̄. Et
dixi eis: Nō apiant̄ porte irlm vsq̄ ad calo-
rē solis. Cūq̄ adhuc assisterēt: clause porte
sūt ⁊ oppilate. Et posui custodes de habitato
ribꝰ irlm singulos p̄ vices suas. ⁊ vnūquēq̄
ꝯtra domū suā. Ciuitas aūt erat lata nimis
⁊ grādis. ⁊ ppl̄s paruꝰ i medio eiꝰ. ⁊ nō erant
domꝰ edificate. Deus aūt dedit in corde meo
⁊ cōgregaui optimates ⁊ m̄gratꝰ ⁊ vulgꝰ ut
recēserē eos. Et iueni librū cēsus eoꝝ q̇ ascē-
derāt p̄mū. ⁊ iuentū ē scriptū in eo. Isti filij
ꝓuicie q̇ ascēderūt de captiuitate migrātū
q̄s transtulerat nabuchodonosor rex baby-
lonis. ⁊ reuersi sūt i irlm ⁊ i iudeā · vnusq̇sq̄ i
ciuitatē suā · qui venerūt cū çorobabel · iosue
neemias · açarias · raamias · naamin · mar-
docheus · belsar · mesphar at · beggoai · naum ·
baana. Nūerꝰ viroꝝ ppl̄i isr̄l. Filij pharos:
duo milia centū septuagitaduo. Filij sapha-
tia: trecēti septuagitaduo. Filij area: sexcenti
q̇nq̄gitaduo. Filij phetmoab filioꝝ iosue ⁊
ioab: duo milia octigenti decē ⁊ octo. Filij
belā: mille octingēti q̇nquagintaq̄tuor. Filij
çethua: nōgenti q̄dragitaq̇nq̄. Filij çachai:
septingēti sexagita. Filij bennui: sexcēti qua-
dragitaocto. Filij bebai: sexcēti vigitiocto.
Filij açgad: duo milia trecēti vigitiduo. Fi-
lij adonicā: sexcenti sexagintaseptē. Filij be-
guai · duo milia sexagitaseptē. Filij adin: sex-
centi q̇nq̄gintaq̇nq̄. Filij ather filij eçechie:
nōgenti octo. Filij asem: trecēti vigintiocto.
Filij besai: trecēti vigintiq̄tuor. Filij areph:
cētū duodeci. Filij gabaon: nonagitaq̇nq̄.
Filij bethleē ⁊ nethupha: cētū octogitaocto
Viri anathot: cētū vigintiocto. Viri betha-
moth: q̄dragintaduo. Viri cariathiarim ce-
phira ⁊ beroth: septigēti q̄dragitatres. Viri
rama ⁊ nebo: sexcēti vigitivnꝰ. Viri mach-
mas: cētū vigitiduo. Viri bethel ⁊ chai: du-
cēti vigititres. Viri nebo alterꝰ: q̇nq̄ginta-
duo. Viri helā alterꝰ: mille ducēti q̇nq̄gin-
taq̄tuor. Filij arem: trecēti viginti. Filij hie-
richo: trecēti q̄dragitaq̇nq̄. Filij lodadin ⁊
ono: septigēti vigitivnꝰ. Filij senaa: tria mi-
lia nōgēti trigita. Sacerdotes. Filij idaia i
domo iesua: nōgēti septuagitatres. Filij em-
mer: mille q̇nq̄gintaduo. Filij phessur: mille
ducēti q̄dragitaseptē. Filij arem: mille decē
⁊ septē. Leuite. Filij iosue ⁊ cedmihel filioꝝ
oduie: septuagitaq̄tuor. Cātores. Filij asaph
centū q̄dragitaocto. Ianitores. Filij sellū fi-
lij ather · filij thelmō · filij accub · filij athita ·
filij sobai: cētū trigitaocto. Nathinnei. Filij
soa · filij asupha · filij thebaoth · filij ceros · fi-
lij siaa · filij fadon · filij lebana · filij agaba · fi-
lij selmon · filij anan · filij geddel · filij gaer · fi-
lij raabia · filij rasin · filij necboda · filij ieçē · fi-
lij aça · filij phasea · filij besai · filij munim · fi-
lij nephusim · filij bechue · filij acupha · filij
açur · filij besluth · filij maida · filij arsa · filij
berchos · filij çiçara · filij thema · filij nasia · fi-
lij athupha · filij s̄uoꝝ salomōis · filij sothai
filij sopherech · filij pheruda · filij iabala · filij
dercō · filij gedel · filij saphata · filij achil · filij
phocereth · q̇ erat ortꝰ ex alhaim filio āmon

Om̄s nathinnei. ⁊ filij seruoꝝ salomōis: trecēti nonagitaduo. Hi sūt aūt q̄ ascēderūt de thelmala thelarsa cherub adon ⁊ emmer. ⁊ nō potuerūt indicare domū patrū suoꝝ ⁊ semen suū: vtrū ex isrl̄ essent. Filij dalaia· filij tobia· filij nechoda: sexcenti q̄dragintaduo. Et de sacerdotib᷒· filij iobia· filij accos· filij berçellai· q̄ accepit de filiab᷒ berçellai galaaditidis vxorē: ⁊ vocat᷒ ē noīe eoꝝ. Hi q̄sierūt scripturā suā in censu ⁊ nō inuenerūt. ⁊ eiecti sunt de sacerdotio. Dixitq; athersatha eis ut nō māducarēt de sanct̄ scōꝝ: donec staret sacerdos doctus ⁊ erudit᷒. Om̄is multitudo q̄si vir vn᷒: q̄dragintaduo milia sexcēti sexaginta· absq; seruis ⁊ ancillis eoꝝ q̄ erāt septē milia trecēti trigitaseptē: ⁊ int̄ eos cātores ⁊ cātatrices ducēte. Eq̄ eoꝝ sexcenti trigitaseptē: muli eoꝝ ducēti q̄dragintaq̄nq;: cameli eoꝝ q̄drīngenti trigintaq̄nq;: asini sex milia septigēti vigiti. Hucusq; refert̄ q̄d in cōmentario scriptum fuerit: ex in neemie historia texit̄. Nōnulli aūt de p̄ncipib᷒ familiarū dederūt i op᷒. Athersatha dedit i thesauꝝ· auri dragmas mille: phialas q̄nq̄ginta: tunicas sacerdotales q̄ngentas triginta. Et de p̄ncipib᷒ familiarū dederūt in thesauꝝ opis· auri dragmas viginti milia: ⁊ argēti minas duo milia ducētas. Et qd̄ dedit reliqu᷒ p̄pl̄s· auri dragmas vigiti milia: ⁊ argēti minas duo milia: ⁊ tunicas sacerdotales sexagitaseptē. Habitauerūt aūt sacerdotes ⁊ leuite ⁊ ianitores ⁊ cātores ⁊ reliquū vulg᷒ ⁊ nathinnei ⁊ oīs isrl̄ in ciuitatibus suis.

VIII

Et venerat mensis septim᷒. Filij aūt isrl̄ erāt ī ciuitatib᷒ suis. Congregatusq; oīs p̄pl̄us q̄si vir vn᷒ ad plateā q̄ ē an̄ portā aq̄rū: ⁊ dixerunt esdre scribe ut afferret librū legis moysi: quā preceperat dn̄s isrl̄i. Attulit ḡ esdras sacerdos legem corā multitudine viroꝝ ⁊ mulierū· cūctisq; q̄ poterāt intelligere: ī die p̄ma mēsis septimi. Et legit ī eo apte ī platea q̄ erat an̄ portā aq̄rū· de mane vsq; ad mediā diē· ī cōspectu viroꝝ ⁊ mulierū ⁊ sapiētiū. Et aures oīs p̄pl̄i erāt erecte ad librū. Stetit aūt esdras scriba sup gradū ligneū quē fecerat ad loquēdū. ⁊ steterūt iux̄ eū· mathathia ⁊ senia ⁊ ania ⁊ vria ⁊ elchia ⁊ maasia ad dexterā eius. ⁊ ad sinistram: phadaia misahel ⁊ melchia ⁊ asum ⁊ aseph dana çacharia ⁊ mosollā. Et aperuit esdras libꝝ corā oī p̄pl̄o. Sup vniuersū q̄ppe p̄pl̄m eminebat. Et cū apuisset eū: stetit oīs p̄pl̄us. Et b̄ndixit esdras dn̄o deo· voce magna. Et r̄ndit oīs p̄pl̄s· amen amē: eleuātes manus suas. Et īcuruati sūt. ⁊ adorauerūt deū p̄ni in terrā. Porro iesue ⁊ baani ⁊ serabi· iamin· accub· septhai· odia· maasia· celita açarias· ioçabed· anani· phalaia: leuite· silētiū faciebant in p̄pl̄o ad audiendā legē. Populus aūt stabat in gradu suo. Et legerūt ī libro leḡ dei distincte ⁊ apte ad intelligēdū. ⁊ intellexerūt cū legeret̄. Dixit aūt neemias· ipse ē athersatha. ⁊ esdras sacerdos ⁊ scriba ⁊ leuite interpretantes vniuerso p̄pl̄o. Dies scificat᷒ ē dn̄o deo n̄ro. Nolite lugere ⁊ nolite flere. Flebat eni oīs p̄pl̄s cū audiret v̄ba leḡ. Et dixit eis: Ite comedite pinguia ⁊ bibite mulsū. ⁊ mittite p̄tes eis q̄ nō p̄parauerūt sibi· q̄a scūs dies dn̄i ē. ⁊ nolite cōtristari Gaudiū eteni dn̄i est fortitudo n̄ra. Leuite aūt silentiū faciebāt ī oī p̄pl̄o dicētes: Tacete: q̄a dies scūs ē. ⁊ nolite dolere. Abijt itaq; oīs p̄pl̄s ut comedēt ⁊ biberet ⁊ mittēt p̄tes ⁊ faceret leticiā magnā: q̄a ītellexerāt v̄ba q̄ docuerat eos. Et ī die secūdo cōgregati sūt p̄ncipes familiaꝝ vniuersi p̄pl̄i sacerdotes ⁊ leuite ad esdrā scribā ut int̄pretaret̄ eis v̄ba leḡ. Et īuenerūt scriptū ī lege· p̄cepisse dn̄m ī manu moysi ut habitēt filij isrl̄ in tabernaculis ī die sollēni mēse septio. ⁊ ut p̄dicent ⁊ diuulgent vocē in vniuersis vrbib᷒ suis ⁊ in irl̄m dicentes: Egredimi in montē. ⁊ afferte frondes oliue. ⁊ frondes ligni pulcherrimi frondes myrti ⁊ ramos palmarū ⁊ frondes ligni nemorosi ut fiāt tabernacula sicut scriptū est. Et egressus ē oīs p̄pl̄us ⁊ attulerūt: Feceruntq; sibi tab̄nacula vnusq̄sq; ī domate suo ⁊ in atrijs suis ⁊ ī atrijs dom᷒ dei. ⁊ ī platea porte aq̄ꝝ. ⁊ ī platea porte ephraim. Fecit ḡ vniuersa eccl̄ia eoꝝ q̄ redierāt de captiuitate tab̄nacula. ⁊ habitauerūt ī tab̄naculis. Nō. n. fecerāt a dieb᷒ iosue filij nun· talia filij isrl̄ vsq; ad diē illum. Et fuit leticia magna nimis. Legit aūt in libro legis dei· p̄ dies singulos· a die p̄mo vsq; ad diē nouissimū. ⁊ fecerūt sollēnitatē septē diebus. ⁊ ī die octauo collectā iuxta ritum.

IX

In die aūt vicesimoq̄rto mēsis hui᷒ cōuenerūt filij isrl̄ in ieiunio ⁊ in saccis. ⁊ hum᷒ sup eos. Et sepatū est semē filioꝝ isrl̄ ab omni filio alienigena. ⁊ steterunt ⁊ cōfitebant̄ p̄ctā sua. ⁊ iniquitates patrū suorū

Et ꝯsurrexerūt ad stādū. ⁊ legerūt ī volumīe
legis dn̄i dei sui quater ī die. ⁊ q̄ter in nocte
ꝯfitebant̄. ⁊ adorabāt dn̄m deū suū. Surre-
xerūt aūt sup gradū leuitarū iosue ⁊ bani ⁊
cedmihel·remni·sabnia·abani·sarebias·ba-
ni ⁊ chanani: ⁊ clamauerūt voce magna ad
dn̄m deū suū. Et dixerūt leuite: iosue ⁊ ced-
mihel·bonni·asebia·serebia·arebia·odaia·
sebna·fataia. Surgite: bn̄dicite dn̄o deo no-
stro· ab eterno vsq; ī eternū. Et bn̄dicāt noī
glorie tue excelso in oī bn̄dictiōe ⁊ laude. Et
dixit esdras. Tu ipse domine sol⁹: tu fecisti
celū ⁊ celū celoꝝ ⁊ oēm exercitū eoꝝ: terrā ⁊
vniuersa q̄ in ea sūt: maria ⁊ oīa que ī eis sūt
Et tu viuificas oīa h̄: ⁊ exercit⁹ celi te ado-
rat. Tu ipse dn̄e de⁹ q̇ elegisti abrā ⁊ eduxisti
eū de igne chaldeorū: ⁊ posuisti nomen eius
abrahā. ⁊ inuenisti cor ei⁹ fidele coram te: ⁊
ꝑcussisti cū eo fed⁹ ut dares ei t̄rā chananei
ethei euei ⁊ amorrei ⁊ pherezei ⁊ iebusei ⁊
gergesei· ut dares semini ei⁹. Et implesti v̄ba
tua qm̄ iustus es. Et vidisti afflictionē pa-
trū nr̄oꝝ in egypto: clamorēq; eorū audisti
sup mare rubrū. ⁊ dedisti signa atq; portēta ī
pharaone ⁊ in vniuersis seruis ei⁹. ⁊ in omni
ꝑplo t̄re illi⁹. Cognouisti. n. q̇a supbe egerāt
ꝯ eos. ⁊ fecisti tibi nomē· sicut ⁊ ī hac die. Et
mare diuisisti ante eos. ⁊ transierūt ꝑ mediū
maris ī sicco. Persecutores aūt eoꝝ ꝓiecisti
in ꝓfundū q̄si lapidē in aq̄s validas. ⁊ ī co-
lūna nubis ductor eoꝝ fuisti ꝑ diē. ⁊ ī colū-
na ignis ꝑ noctē· ut appareret eis via ꝑ quā
ingrediebāt̄. Ad montē q̊q; synai descendisti·
⁊ locut⁹ es cū eis de celo. ⁊ dedisti eis iudicia
recta ⁊ legē v̄itatꝭ· cerimonias ⁊ p̄cepta bo-
na. Et sabbatū scificatū tuū ostendisti eis. ⁊
mādata ⁊ cerimonias ⁊ legem p̄cepisti eis ī
manu moysi serui tui. Panē q̊q; de celo dedisti
eis in fame eoꝝ. ⁊ aquā de petra eduxisti eis
sitientib⁹. Et dixisti eis ut igrederēt̄ ⁊ possi-
derent terrā· sup quā leuasti manū tuam ut
traderes eis. Ipsi v̄o ⁊ p̄res nr̄i supbe egerūt
⁊ indurauerūt ceruices suas. ⁊ nō audierūt
mādata tua. ⁊ noluerūt audire. ⁊ nō sunt re-
cordati mirabiliū tuoꝝ q̄ feceras eis. Et in-
durauerūt ceruices suas. ⁊ dederūt caput ut
cōuerterēt̄ ad seruitutē suā q̄si ꝑ cōtentionē.
Tu aūt de⁹ ꝓpiti⁹ clemēs ⁊ misericors lōga-
nimis ⁊ multe miserationis· nō dereliquisti
eos. Et q̇dē cū fecissent sibi vitulū cōflatilē ⁊
dixissent: Iste ē de⁹ tu⁹ q̇ eduxit te de egypto:
fecerūtq; blasfemias magnas: tu aūt ī mise-
ricordijs tuis multꝭ non dimisisti eos in de-
serto. Colūna nubis nō recessit ab eis ꝑ diē·
ut duceret eos ī viā. ⁊ colūna ignis ꝑ noctē
ut osnderet eis iter ꝑ qd̊ ingrederent̄. Et spm̄
tuū bonū dedisti q̇ doceret eos. ⁊ māna tuū
nō ꝓhibuisti ab ore eorū. ⁊ aquā dedisti eis ī
siti. Quadraginta ānis pauisti eos in deserto
nihilq; eis defuit. Vestimēta eoꝝ nō inuetera
uerūt. ⁊ pedes eoꝝ nō sunt attriti. Et dedisti
eis regna ⁊ ꝑplos. ⁊ partit⁹ es eis sortes. Et
possederūt t̄rā seon. ⁊ terrā reg̃ esebon. ⁊ t̄rā
og regis basan. Et multiplicasti filios eoꝝ
sicut stellas celi. ⁊ adduxisti eos ad t̄rā de q̄
dixeras p̄rib⁹ eoꝝ ut igrederēt̄ ⁊ possiderēt.
Et venerūt filij. ⁊ possederunt t̄rā. Et humi-
liasti corā eis habitatores t̄re chananeos. ⁊
dedisti eos ī manu eoꝝ. ⁊ reges eoꝝ ⁊ ꝑplos
t̄re ut facerent eis sicut placebat illis. Cepe-
rūt itaq; vrbes munitas ⁊ humū pinguem·
⁊ possederūt domos plenas cūctis bonis: ci-
sternas ab eis fabricatas: vineas ⁊ oliueta ⁊
ligna pomifera multa. Et comederūt ⁊ satu-
rati sūt. ⁊ impinguati sūt ⁊ abūdauerūt de-
litijs in bonitate tua magna. Prouocauerūt
aūt te ad iracūdiā. ⁊ recesserūt a te. ⁊ ꝓiece-
rūt legē tuā p⁹ terga sua. Et ꝓph̄as tuos oc
ciderūt q̇ ꝯtestabāt̄ eos ut reuerterent̄ ad te:
fecerūtq; blasfemias grādes. Et dedisti eos
in manu hostiū suoꝝ: ⁊ afflixerūt eos. Et in
t̄pe tribulationis sue clamauerūt ad te: ⁊ tu
de celo audisti. ⁊ s̄m miseratiōes tuas mul-
tas dedisti eis saluatores: q̇ saluarēt eos de
manu hostiū suoꝝ. Cūq; req̇euissent· reuersi
sūt ut facerēt malū ī ꝯspectu tuo: ⁊ dereliq̇sti
eos ī manu inimicoꝝ suoꝝ: ⁊ possederunt eos.
Cōuersiq; sūt: ⁊ clamauerūt ad te. Tu autē
de celo exaudisti ⁊ liberasti eos· ī misericor-
dijs tuis multꝭ tēporib⁹: ⁊ ꝯtestat⁹ es eos ut
reuerterēt̄ ad legē tuā. Ipsi v̄o supbe egerūt
⁊ nō audierūt mādata tua. ⁊ in iudicijs tuis
peccauerūt: q̄ faciet hō. ⁊ viuet in eis. Et de-
derūt humerū recedētē: ⁊ ceruicē suā indu-
rauerūt· nec audierūt. Et ꝓtraxisti super eos
annos multos. ⁊ cōtestat⁹ es eos ī spū tuo ꝑ
manū ꝓph̄aꝝ tuoꝝ ⁊ non audierūt: ⁊ tradi-
disti eos ī manū ꝑploꝝ terraꝝ. In misericor-
dijs aūt tuis plurimis nō fecisti eos in cōsū-
ptionē: nec dereliq̇sti eos: qm̄ deus misera-
tionū ⁊ clemēs es tu. Nūc itaq; de⁹ nr̄: ma-
gne fortꝭ ⁊ t̄ribilis· custodiēs pactū ⁊ miam

ne auertas a facie tua oēm laborē qui iuenit nos· reges nr̄os· p̄ncipes nr̄os ⁊ sacerdotes nr̄os ⁊ pp̄has nr̄os ⁊ p̄res nr̄os ⁊ oēm p̄plm tuū: a dieb̄ꝰ regis assur vsq; in diē hāc. Et tu iustꝰ es in oibꝰ q̄ venerūt sup̄ nos: q̇a veritatē fecisti nob̄: nos autē ipie egimꝰ. Reges nr̄i p̄ncipes nr̄i· sacerdotes nr̄i ⁊ patres nr̄i: nō fecerūt legē tuam. ⁊ nō attenderūt mandata tua ⁊ testimonia tua que testificatꝰ es in eis. Et ipsi in regnis suis bonis ⁊ in bonitate tua multa quā dederas eis ⁊ i t̄ra latissima ⁊ pingui quā tradideras i ꝯspectu eoꝝ· nō seruierunt tibi: nec reuersi sunt a studijs suis pessimis. Ecce nos ipsi hodie serui sumꝰ. ⁊ terra quā dedisti p̄rib̄ꝰ nr̄is ut comederēt panē eiꝰ ⁊ que bona sūt eiꝰ. ⁊ nos ipsi serui sumꝰ i ea. Et fruges eiꝰ multiplicant̄ regibꝰ q̄s posuisti sup̄ nos ꝓpter p̄ctā nr̄a. ⁊ corporibꝰ nostris dn̄ant̄ ⁊ iumētis nr̄is s̄m volūtatē suā. ⁊ in tribulatiōe magna sumus. Sup̄ oibꝰ g̊ his nos ipsi p̄cutimꝰ fedꝰ ⁊ scribimꝰ. ⁊ signāt principes nr̄i· leuite nr̄i ⁊ sacerdotes nr̄i. X

Signatores autem fuerūt· neemias athersatha filiꝰ achelai. ⁊ sedechias· saraias· açarias· hieremias· phessur amarias· melchias· accus· sebenia· melluc· maarem· merimuth· obdias· daniel· genton· baruch· mosollā· abia· miamin· maçia· helga semeia: hi sacerdotes. Porro leuite: iosue filiꝰ açarie· bēnui de filijs enadad· cedmihel ⁊ fratres eorum: sechenia· odeuia· celita· phalaia· anan· micha· roob· asebia· çachur· serebia· sabania· odia· bani· baninu. Capita populi: feros phetmoab· elam· çethu· bani· bōni· açgad· bebai· adonaia· beggoai· adin· ather· eçechia· açur· odeuia· asū· besai· areph anathot· nebai· mechphia· mosollā· açir· mesiçabel· sadoch· ieddua· feltbia· anan· ania· osee· anania· asub· aloes· phaleam· sobech· reum· asebna· madsia· ethaia· hanan· anan· melluch· arem· baana. ⁊ reliq̇ de p̄p̄lo. Sacerdotes· leuite· ianitores ⁊ cātores· nathinnei: ⁊ oēs q̇ se separauerunt de p̄p̄lis terrarū ad legem dei· vxores eoꝝ· filij eoꝝ. ⁊ filie eorum oēs q̇ poterāt sape spondētes ꝓ fratribꝰ suis: optimates eoꝝ. ⁊ q̇ veniebant ad pollicendū ⁊ iurādū ut ābularent i lege dn̄i quā dederat i manu moysi serui sui· ut facerēt ⁊ custodirēt vniuersa mādata dn̄i dei nr̄i. ⁊ iudicia eiꝰ ⁊ cerimonias eiꝰ. ⁊ ut nō daremus filias nr̄as p̄p̄lo t̄re. ⁊ filias eoꝝ nō acciperemus filijs nr̄is. Populi q̊q; t̄re q̇ iportāt venalia ⁊ oīa ad vsū p̄ diē sabbati ut vendant: nō accipiemꝰ ab eis in sabbato ⁊ in die s̄cificato. Et dimittemꝰ ānū septimū. ⁊ exactionem vniuerse manꝰ. Et statuemꝰ sup̄ nos p̄cepta ut demꝰ t̄tiā p̄tē sicli p̄ ānū ad opꝰ domꝰ dei nr̄i ad panes ꝓpositiōis ⁊ ad sacrificiū sempiternū ⁊ in holocaustū sempiternū in sabbatꝭ in kalēdis i sollennitatibꝰ ⁊ i s̄cificatꝭ ⁊ ꝓ p̄ctō ut exoret̄ ꝓ isrl̄. ⁊ i oēm vsū domꝰ dei nr̄i. Sortes g̊ misimꝰ sup̄ oblationē lignoꝝ int̄ sacerdotes ⁊ leuitas ⁊ p̄plm ut iferrēt̄ in domū dei nr̄i p̄ domos patrū nr̄oꝝ p̄ t̄pa a t̄pibꝰ anni vsq; ad annū: ut arderent sup̄ altare dn̄i dei nr̄i· sicut scriptū ē i lege moysi. Et ut afferremus p̄mogenita t̄re nr̄e. ⁊ p̄mitiua vniuersi fructꝰ oīs ligni: ab anno i annū· i domo dn̄i: ⁊ p̄mitiua filioꝝ nr̄oꝝ ⁊ pecorū nr̄orū sicut scriptū est i lege. ⁊ p̄mitiua boū nr̄oꝝ ⁊ ouiū nr̄aꝝ ut offerrēt̄ in domo dei nr̄i sacerdotibꝰ q̇ ministrāt i domo dei nr̄i. Et p̄mitias ciboꝝ nr̄oꝝ ⁊ libaminū nostroꝝ ⁊ poma oīs ligni: vindemie q̊q; ⁊ olei afferemꝰ sacerdotibus ad gaçophylatiū dei nr̄i. ⁊ decimā partē t̄re nr̄e leuitis. Ipsi leuite decimas accipiēt ex oibꝰ ciuitatibꝰ operū nr̄oꝝ. Erit aūt sacerdos filiꝰ aaron cū leuitis in decimis leuitarū. ⁊ leuite offerēt decimā partē decime sue in domo dei nr̄i ad gaçophylatiū i domo thesauri. Ad gaçophylatiū. n. deportabūt filij isrl̄ ⁊ filij leui p̄mitias frumēti ⁊ vini ⁊ olei. ⁊ ibi erūt vasa dn̄i s̄cificata. ⁊ sacerdotes ⁊ cātores ⁊ ianitores ⁊ mistri. ⁊ nō dimittemꝰ domū dei nostri.

Habitauerūt aūt p̄ncipes XI p̄p̄li i irl̄m. Reliqua ṽo plebs misit sortē ut tolleret vnā p̄tē de decē qui habitaturi essent i irl̄m ciuitate s̄cā: nouē ṽo p̄tes in ciuitatibꝰ. Bn̄dixit aūt p̄p̄ls oibꝰ viris q̇ se spōte obtulerāt ut h̄itarēt i irl̄m. Hi sunt itaq; p̄ncipes ꝓuīcie q̇ h̄itauerūt in irl̄m ⁊ in ciuitatibꝰ iuda. Habitauit āt vnusq̇sq; i possessiōe sua in vrbibꝰ suis isrl̄: sacerdotes· leuite· nathinnei. ⁊ filij seruoꝝ salomōis. Et i irl̄m habitauerūt de filijs iuda ⁊ de filijs beniamin. De filijs iuda: athaias filiꝰ açiam· filij çacharie· filij amarie· filij saphatie· filij malalehel. De filijs phares: asmaasia· filius baruch· filiꝰ coloça· filiꝰ açia· filiꝰ addaia· filiꝰ ioarib· filius çacharie· filiꝰ silonites. Oēs filij phares q̇ habitauerūt in irl̄m· q̄dringēti sexagintanouē viri fortes. Hi sunt autē filij

beniami. Sellū filiꝰ mosollā· filiꝰ ioed· filius
phadaia· filiꝰ colaia· filiꝰ masia· filius etheel
filiꝰ ysaia. Et pꝰ cū gebbai· sellai: nongēti vi-
gintiocto. Et iobel filiꝰ çechri ꝑpositꝰ eorū: ⁊
iudas filiꝰ sennua sup ciuitatē secundꝰ. Et de
sacerdotibꝰ: idaia filiꝰ ioarib· iachin· saraia
filiꝰ· helchie· filiꝰ mosollā· filiꝰ sadoch· filius
meraioth· filiꝰ achitob pncipes domus dei. ⁊
frēs eoꝝ faciētes opa tēpli: octingēti vigin-
tiduo. Et adaia filiꝰ ierohā· filiꝰ phelelia· filius
amsi· filiꝰ çacharie· filiꝰ phessur· filiꝰ melchie ⁊
frēs eiꝰ pncipes patꝝ: ducēti q̄dragintaduo.
Et amasai filiꝰ açribel· filius açi· filius mo-
sollamoth· filiꝰ emmer. ⁊ fratres eoꝝ potētes
nimis: centū vigintiocto. ⁊ prepositus eorū
çabdihel filiꝰ potentiū. Et de leuitis: sebenia
filiꝰ asob· filiꝰ açaricā· filiꝰ asabia· filiꝰ boni
⁊ sabathai ⁊ ioçabeth· sup oīa opa q̄ erant
forinsecꝰ in domo dei a pncipibꝰ leuitarū. Et
mathania filiꝰ micha· filiꝰ çebedei· filiꝰ asaph
pnceps: ad laudādū ⁊ ad ꝯfitēdū i orone. ⁊
becbecias secūdꝰ de fratribꝰ eiꝰ. ⁊ abda filius
samuha· filiꝰ galal· filiꝰ yditthun. Oēs leuite
i ciuitate scā: ducēti octogitaq̄tuor. Et iani-
tores· accub: telmon ⁊ frēs eorū q̄ custodie-
bant ostia: cētū septuagintaduo. Et reliqui
ex isrł sacerdotes ⁊ leuite i vniuersis ciuita-
tibꝰ iuda· vnusq̄sq; i possessiōe sua. ⁊ nathin-
nei q̄ habitabāt in ofel. ⁊ syaba ⁊ gaspha de
nathinneis. Et eps leuitaꝝ in irłm: açi filiꝰ
baani· filiꝰ asabie· filiꝰ mathanie· filiꝰ miche.
De filijs asaph: cātores i misterio domꝰ dei.
Preceptū quippe regis sup eos erat. ⁊ ordo
in cātoribꝰ ꝑ dies singulos. ⁊ fathaia filius
meseçebel· de filijs çara· filij iuda in manu
regis iuxta oē ꝟbū ppli. ⁊ in domibus ꝑ oēs
regiones eoꝝ. De filijs iuda habitauerūt in
cariatharbe ⁊ in filiabꝰ eius. ⁊ in dibon ⁊ in
filiabus eiꝰ. ⁊ in capseel ⁊ in vinculis eiꝰ. ⁊ i
iesue ⁊ i molada ⁊ i bethfaleth. ⁊ i asersual·
⁊ in bersabee ⁊ in filiabus eius. ⁊ in sicelech
⁊ in mochona ⁊ in filiabꝰ eiꝰ. ⁊ in remmon. ⁊
in sara. ⁊ in ierimuth· çonoa· odollam ⁊ in
villis eaꝝ: lachis ⁊ in regiōibꝰ eiꝰ· açecha ⁊
i filiabꝰ eiꝰ. Et māserūt in bersabee vsq; ad
vallem ennon. Filij autem beniamī· ageba
mechmas ⁊ hai ⁊ bethel ⁊ filiabꝰ eiꝰ· anathot
nob· anana· asor· rama· gethai· madid· sebo-
im· neballath ⁊ ono valle artificū. ⁊ de leui-
tis: portiones iude ⁊ beniamin. XII

Hi sūt aūt sacerdotes ⁊ leuite q̄ ascē-
derunt cum çorobabel filio salathi-
el: Josue· saraia· hieremias· esdras·
amaria· melluch· accus· sechenias· reum· me-
rimuth· addo· gēthō· abia· miamin· madia·
belga· semeia ⁊ ioarib ⁊ idaia· sellū· amoch·
elceia· adaia. Isti pncipes sacerdotū ⁊ frēs
eoꝝ in diebꝰ iosue. Porro leuite: iesua· bennui·
cedmihel· sarabia· iuda· mathanias: super
hymnos ipsi ⁊ fratres eorū. ⁊ becbecia· atq;
ethāni ⁊ frēs eorū vnusquisq; in officio suo.
Josue āt genuit ioachim. ⁊ ioachim genuit
eliasib. ⁊ eliasib genuit ioiada. ⁊ ioiada ge-
nuit ionathan. ⁊ ionathan genuit iedda. In
diebꝰ aūt ioachim erāt sacerdotes ⁊ pncipes
familiarū· saraie· maarie· hieremie· ananie·
esdre· mosollā· amarie. iohānā· milico· iona-
than· sebenie· ioseph· aran· edna· maraioth·
elci· adaie· çacharie· genthō· mosollā· abie·
çecheri· miamin ⁊ moadie· felti· belge· sam-
mua· semeie· ioathan· ioarib· mathanai· io-
daie· açci· sellaie· celaia· mochober· elchie·
asebie· ydaie· nathanahel. Leuite in diebus
eliasib ⁊ ioiada ⁊ ionan. ⁊ iedboa· scripti pn-
cipes familiarū ⁊ sacerdotes in regno darij
perse. Filij leui pncipes familiarum scripti in
libro ꝟborū dierū. ⁊ vsq; ad dies ionathan
filij eliasib. Et pncipes leuitarū: asebia· sere-
bia ⁊ iesue filiꝰ cedmihel. ⁊ frēs eoꝝ ꝑ vices
suas· ut laudarēt ⁊ ꝯfiterent iuxͣ pceptū da-
uid viri dei. ⁊ obseruarent eq̄ ꝑ ordinē. Ma-
thania ⁊ becbecia ⁊ obedia· mosollam· thel-
mon· accub: custodes portarū ⁊ vestibulorū
aū portas. Hi in diebꝰ ioachim· filij iosue· fi-
lij iosedech. ⁊ in diebꝰ neemie ducis. ⁊ esdre
sacerdotis scribeq;. In dedicatione aūt muri
irłm· req̄sierūt leuitas de oībꝰ locis suis: ut
adducerēt eos in irłm. ⁊ facerēt dedicationē
⁊ leticiā· in actiōe grāꝝ. ⁊ cātico ⁊ in cymba-
lis· psalterijs ⁊ citharis. Congregati sūt aūt
filij cātoꝝ ⁊ de cāpestribꝰ circa irłm. ⁊ de vil-
lis netuphati. ⁊ de domo galgal. ⁊ de regio-
nibꝰ geba ⁊ asmaueth: qm̄ villas edificaue-
rūt sibi cātores in circuitu irłm. Et mūdati
sūt sacerdotes ⁊ leuite. ⁊ mūdauerūt pplm ⁊
portas ⁊ muꝝ. Ascēdē aūt feci pncipes iuda
sup muꝝ. ⁊ statui duos choros laudātiū ma-
gnos. Et ierūt ad dexterā sup murū ad por-
tā sterq̄linij. Et iuit pꝰ eos osaias. ⁊ media
pars pncipū iuda. ⁊ açarias· esdra. ⁊ mosol-
lam· iuda. ⁊ beniamin. ⁊ semeia. ⁊ hieremia.

Et de filijs sacerdotū ī tubis: çacharias filiꝰ
ionathā· filiꝰ semeie· filius mathanie· filiꝰ mi/
chaie· filiꝰ çechur· filius asaph. ⁊ frēs eius se/
meia ⁊ açarel malalai galalai· maai· natha/
nahel ⁊ iuda ⁊ anani· in vasis cantici dauid
viri dei. ⁊ esdras scriba añ eos ī porta fontis
Et ꝯ eos ascēderūt ī gdibꝰ ciuitatis dauid· ī
ascēsu muri sup domū dauid. ⁊ vsq; ad por/
tam aq̄ꝝ ad oriētē. Et choꝝ secūdꝰ grās re/
ferētiū ibat ex aduerso. ⁊ ego pꝰ eū. ⁊ media
ps pp̄li sup murū ⁊ sup turri furnoꝝ. ⁊ vsq;
ad murū latissimū. ⁊ sup portam ephraim. ⁊
sup portā antiquā. ⁊ sup portā piscium. ⁊ tur/
rim ananehel. ⁊ turri emath. ⁊ vsq; ad por/
tam greḡ. ⁊ steterūt ī porta custodie. Stete/
rūtq; duo chori laudātium ī domo dei. ⁊ ego
⁊ dimidia ps mḡratuū mecū. Et sacerdotes
eliachim· maasia· miamin· michea· elioenai
çacharia. ⁊ anania ī tubis. ⁊ maasia ⁊ semeia
⁊ eleaçar ⁊ açi ⁊ iohānan ⁊ melchia ⁊ elā ⁊
eçer. Et clare cecinerūt cantores. ⁊ ieçraia p̄/
positus. Et īmolauerūt in die illa victimas
magnas. ⁊ letati sunt. Deus .n. letificauerat
eos leticia magna. Sed ⁊ vxores coꝝ ⁊ liberi
gauisi sunt. ⁊ audita est leticia illa irl'm ꝓcul.
Recensuerūt q̄q; in die illa viros sup gaço/
phylatia thesauri· ad libamia ⁊ ad p̄mitias
⁊ ad decimas ut introferrent p eos p̄ncipes
ciuitatꝫ ī decore graꝝ actiōes sacerdotes ⁊ le
uitas: q̇a letificatus ē iuda ī sacerdotibꝰ ⁊ le/
uitꝫ astātibꝰ. Et custodierūt obseruationem
dei sui. ⁊ obseruationē expiationis ⁊ cātores
⁊ ianitores· iux̄ p̄ceptū dauid ⁊ salomōis fi/
lij eiꝰ· q̇a in diebꝰ dauid ⁊ asaph ab exordio
erāt p̄ncipes ꝯstituti cātoꝝ ī carmie laudā/
tiū ⁊ ꝯfitētiū deo. Et oīs isrl' in diebꝰ çoro/
babel ⁊ ī diebꝰ neemie dabāt ptes cantoribꝰ
⁊ ianitoribꝰ p dies singulos. ⁊ scificabant le/
uitas. ⁊ leuite scificabāt filios aaron. XIII

In die āt illo lectū ē in volumie moy/
si: audiēte pp̄lo. Et iuētū ē scriptū in
eo q nō debeant introire āmonites ⁊
moabites ī ecclesiā dei vsq; ī eternū eo q nō
occurrerint filijs isrl' cū pane ⁊ aq̄ ⁊ ꝯduxe/
rūt aduersū eos balaā ad maledicēdū eis. ⁊
ꝯuertit deꝰ nr̄ maledictionē ī benedictionem.
Factū ē aūt cū audissent legē· separauerunt
ōēm alienigenā ab isrl'. Et super h̄ erat eliasib
sacerdos q̇ fuerat p̄posītꝰ ī gaçophylatio do
mus dei nr̄i. ⁊ ꝓximꝰ tobie. Fecit ḡ sibi gaço/
phylatiū grāde. ⁊ ibi erāt añ eū reponentes
munera ⁊ thus ⁊ vasa ⁊ decimā frumēti vini
⁊ olei: ptes leuitaꝝ ⁊ cātorū ⁊ ianitoꝝ ⁊ pri/
mitias sacerdotales. In oībꝰ aūt his nō fui ī
irl'm: q̇a in āno tricesimosecūdo artaxerxis
regꝫ babylonis veni ad regē. Et in fine dieꝝ
rogaui regē ⁊ veni in irl'm. Et intellexi malū
q̇d fecerat eliasib tobie· ut facēt ei thesauꝝ in
vestibulis domus dei. ⁊ malū mihi visum ē
valde. Et ꝓieci vasa domꝰ tobie foras de ga/
çophylatio· p̄cepiq; ⁊ emūdauert gaçophy/
latiū. Et retuli ibi vasa domꝰ dei sacrificiū ⁊
thus. Et cognoui q ptes leuitaꝝ nō fuissent
date. ⁊ fugisset vnusquisq; in regionē suā de
leuitꝫ ⁊ cantoribꝰ ⁊ de his q̇ ministrabant. ⁊
egi cām aduersū mḡratꝰ. ⁊ dixi: Quare de/
reliq̇mꝰ domū dei? Et cōgregaui eos. ⁊ feci
stare ī statiōibꝰ suis. Et oīs iuda apportabat
decimā frumēti· vini ⁊ olei ī horrea. Et con/
stituimus sup horrea selemiā sacerdotē. ⁊ sa/
doch scribā. ⁊ fadaiam de leuitis. ⁊ iux̄ eos
anan filiū çachur filiū mathanie· q̇m fide/
les cōprobati sūt. ⁊ ipsis credite sūt ptes fra/
trū suoꝝ. Memēto mei deus meus ꝓ h̄. ⁊ ne
deleas miseratiōes meas q̄s feci ī domo dei
mei ⁊ ī cerimonijs eiꝰ. In diebꝰ illis vidi in
iuda calcātes torcularia ī sabbato: portātes
aceruos ⁊ onerātes sup asinos vinū ⁊ vuas
⁊ ficꝰ ⁊ oē onus. ⁊ īferētes ī irl'm die sabbati.
Et cōtestatꝰ sū eos ut ī die q̄ vendere liceret
venderēt. Et tyrij habitauerūt ī ea: inferētes
pisces ⁊ oīa venalia. Et vēdebāt ī sabbatꝫ fi/
lijs iuda ⁊ irl'm. Et obiurgaui optimates iu/
da. ⁊ dixi eis: Que ē h̄ res mala quā vos fa/
citꝫ. ⁊ ꝓphanatꝫ diē sabbati? Nūq̇d nō h̄ fe/
cerūt p̄res nr̄i. ⁊ adduxit deus nr̄ sup nos oē
malū h̄ ⁊ sup ciuitatē hanc? Et vos additis
iracūdiā sup isrl'· violando sabbatū. Factū ē
aūt cū q̇euissent porte irl'm die sabbati· dixi:
⁊ clauserunt ianuas. ⁊ precepi ut nō aperirēt
eas vsq; pꝰ sabbatū. Et de puerꝭ meis ꝯstitui
sup portas ut nullꝰ inferret onꝰ die sabbati.
Et māserūt negociatores ⁊ vēdētes vniuer/
sa venalia foris irl'm semel ⁊ bis. ⁊ ꝯtestatꝰ sū
eos. ⁊ dixi eis: Quare manetis ex aduerso
muri? Si secūdo hoc feceritꝫ· manū mittā in
vos. Itaq; ex tp̄e illo nō venerūt in sabbato.
Dixiq; leuitꝫ ut mūdarēt ⁊ venirēt ad custo/
diendas portas. ⁊ scificādā diē sabbati. Et ꝓ
h̄ ḡ memēto mei deꝰ. ⁊ parce mihi s̄m multi/
tudinē miserationū tuarū. Sed ⁊ in diebus
illis vidi iudeos ducentes vxores açotidas

ammonitidas ⁊ moabitidas. Et filij eoꝝ ex
media pte loq̄bāt̃ azotice. ⁊ nesciebāt loqui
iudaice. ⁊ loq̄bant̃ iuxͣ linguā ppl'i ⁊ ppl'i. Et
obiurgaui eos. ⁊ maledixi. Et cecidi ex eis
viros. ⁊ decaluaui eos. ⁊ adiuraui in deo ut
nō darēt filias suas filijs eoꝝ. ⁊ nō accipent
de filiab⁹ eoꝝ filijs suis. ⁊ sibimetipsis dicēs:
Nūq̄d nō i huiuscemōi re peccauit salomon
rex isrl'? Et certe in gentibus multis nō erat
rex sīlis ei. ⁊ dilect⁹ deo suo erat. ⁊ posuit eum
de⁹ regē sup oēm isrl'. Et ipsū ḡ duxerunt ad
pctm̄ mulieres alienigene. Nūq̄d ⁊ nos in/
obediētes faciem⁹ oē malū grāde h̄ ut p̄ua/
ricemur in deo nr̄o. ⁊ ducam⁹ vxores pegri/
nas? De filijs āt ioiada filij eliasib sacerdot̄
magni gener erat sanaballath oronitis quē
fugaui a me. Recordare dn̄e de⁹ me⁹ aduersū
eos qui polluūt sacerdotiū: iusq₃ sacerdota/
le ⁊ leuiticū. Igitur mundaui eos ab oībus
alienigenis. ⁊ ꝯstitui ordines sacerdotum ⁊
leuitarū vnūquēq₃ in ministerio suo. ⁊ i ob/
latione lignoꝝ in tpib⁹ ꝯstitut̄ ⁊ in p̄mitijs.
Memēto mei de⁹ me⁹ in bonū. Amen.

Explicit liber Neemie. Incipit
liber Esdre secūdus. Caplm̄ I

Et fecit iosias pasca in
hierosolymis dn̄o. ⁊
imolauit phase q̄rta/
decima luna p̄mi men/
sis: statuēs sacerdotes
p vices dierum stolis
amictos in tēplo dn̄i.
Et dixit leuitis sacris
seruis isrl': ut sanctificarent se dn̄o i positione
scē arche dn̄i i domo quā edificauit salomō
fili⁹ dauid rex. Nō erit vobis tollere sup hu/
meros eā. Et nūc deseruite dn̄o vr̄o. ⁊ curā
agite gent̄ illi⁹ isrl' ex pte s̄m pagos ⁊ tribus
vr̄as scd̄m scripturā dauid regis isrl'. ⁊ s̄m
magnificētiā salomōis filij ei⁹: oēs in tēplo.
⁊ s̄m pticulā p̄ncipat⁹ patnā vr̄am eoꝝ qui
stant in cōspectu fratꝝ filioꝝ isrl'. Immolate
pasca. ⁊ sacrificia parate fratrib⁹ vr̄is. ⁊ faci
te scd̄m p̄ceptū dn̄i qd̄ datū est moysi. Et do/
nauit iosias i plebē que iūēta ē: ouiū agnoꝝ
⁊ hedorū. ⁊ caprarū triginta milia: vitulos
tria milia. Hec de regalib⁹ data sūt s̄m ꝓmis/
sionē pp'lo ⁊ sacerdotib⁹ in pasca: oues nu/
mero duo milia: ac vituli cētū. Et iechonias
⁊ semeias ⁊ nathanael fratres. ⁊ asabias ⁊
oziel ⁊ coraba in phase oues quinq₃ milia:
vitulos q̄ngētos. Et h̄ cū fierēt elegant̄: ste/
terūt sacerdotes ⁊ leuite hn̄tes azima p trib⁹
Et s̄m ptes p̄ncipat⁹ patꝝ i cōspectu pp'li of/
ferebant dn̄o: s̄m ea q̄ in libro moysi scripta
sūt. Et assauerūt phase igni ꝓut oportebat:
⁊ hostias coxerūt i emolis ⁊ in ollis cū beni/
uolētia. Et attulerūt oīb⁹ q̇ erant ex plebe. ⁊
p⁹ h̄ parauerūt sibi ⁊ sacerdotib⁹. Sacerdo/
tes eni offerebant adipes vsq₃ dū finita esset
hora. ⁊ leuite pauerūt sibi ⁊ fribus suis filijs
aaron. Et sacrificatores filij asaph erant per
ordinē s̄m p̄ceptū dauid. Et asaph ⁊ zacha/
rias ⁊ ieddinus qui erat a rege. ⁊ ostiarij p
singulas ianuas: ita ut nō p̄uaricaret vnus/
q̇sq₃ suā. Frēs .n. illoꝝ pauerūt illis. Et ꝯsū/
mata sūt q̄ ptinebāt ad sacrificiū dn̄i. In illa
die egerūt phase. ⁊ offerebāt hostias sup dn̄i
sacrificiū s̄m p̄ceptū regis iosie. Et egerunt
filij isrl' q̇ inuēti sūt i tpe illo phase. ⁊ diē festi
azimoꝝ p dies septē. Et nō ē celebratū phase
tale in isrl' a tpib⁹ samuel ꝓphe. ⁊ oēs reges
isrl' non celebrauerunt tale pasca quale egit
iosias ⁊ sacerdotes ⁊ leuite ⁊ iudei ⁊ oīs isrl'
qui inuenti sūt in cōmoratiōe hierosolymis.
Decimooctauo āno regnāte iosia celebratū
est phase. Et directa sūt opa iosie in cōspectu
dn̄i sui i corde pleno metuentia. ⁊ que circa
illū q̇dē cōscripta sūt in pristinis tpib⁹ de eis
qui peccauerunt quiq₃ irreligiosi fuerunt in
dn̄m p̄ oī gente. ⁊ q̇ non q̄sierūt ṽba dn̄i sup
isrl'. Et p⁹ oēm actū hunc iosie ascendit pha/
rao rex egypti veniēs i charchamis abijcere
sup eufraten. ⁊ exijt in obuiā illi⁹ iosias. Et
misit rex egypti ad iosiā dicens: Quid mihi
⁊ tibi est rex iude? Non sum missus a dn̄o ut
pugnē contra te. Super eufraten .n. bellum
meum est. Festinans descende. Et non est re/
uersus iosias sup currū: sed expugnare eum
conabatur non attēdens verbū ꝓphe ex ore
dn̄i: s̄ ꝯstituit ad eū bellū i campo mageddo.
Et descēderunt p̄ncipes ad regē iosiā. Et di/
xit rex pueris suis. Amouete me a p̄lio. In/
abscōdit lucē: ⁊ p̄cipit ei ut rursus adueni-
at. Annūciat de ea amico suo ꝙ possessio eiꝰ
sit: ⁊ ad eā possit ascendere. XXXVII

Super h̄ expauit cor meū: ⁊ emotum
est de loco suo. Audiet auditionē in
t̄rore vocꝭ eiꝰ: ⁊ sonū de ore illiꝰ pro-
cedentē. Subt̄ oēs celos ipse ꝯsiderat: ⁊ lumē
illius sup t̄mios t̄re. Pꝰ eū rugiet sonitꝰ: to-
nabit voce magnitudinis sue: ⁊ nō iuestiga-
bitur cū audita fuerit vox eius. Tonabit deꝰ
in voce sua mirabilit̄: q̇ facit magna ⁊ iscru-
tabilia. Qui p̄cipit niui ut descendat in t̄rā:
⁊ hyemis pluuijs ⁊ hymbri fortitudinis sue.
Qui i manu oīuꝫ hoīuꝫ signat: ut nouerint
singuli opa sua. Ingrediet̄ bestia latibulum
suū: ⁊ in antro suo morabit̄. Ab interioribꝰ
egrediet̄ tēpestas: ⁊ ab arcturo frigꝰ: flante
deo ꝯcrescit gelu: ⁊ rursū latissime fundunt̄
aq̄. Frumentū desiderat nubes: ⁊ nubes spar-
gūt lumē suū. Que lustrāt cūcta p circuitum
q̊cūqꝫ eas volūtas gubernantꝭ duxerit ad oē
qd̓ p̄cepit illis sup faciē orbis t̄raꝝ: siue i vna
tribu: siue in t̄ra sua· siue in q̊cūqꝫ loco mīe
sue eas iusserit iueniri. Ausculta h̄ iob: sta ⁊
cōsidera mirabilia dei. Nūq̇d scis qn̄ p̄cepit
deus pluuijs: ut ostenderet lucē nubiū eiꝰ?
Nūq̇d nosti semitas nubiū magnas: ⁊ per-
fectas scias? Nōne vestimēta tua calida sūt
cū ꝑflata fuerit t̄ra austro? Tu forsitā cū eo
fabricatus es celos: q̇ solidissimi q̄si ere fusi
sūt. Ostēde nobis q̇d dicamꝰ illi. Nos q̇ppe
iuoluimur tenebꝛ. Quis narrabit ei q̄ loq̄r?
Etiā si locutꝰ fuerit· hō deuorabit̄: at nūc nō
vidēt lucē. Subito aer coget̄ i nubes: ⁊ ven-
tus trāsiēs fugabit eas. Ab aq̄lone auꝝ ve-
nit: ⁊ a deo formidolosa laudatio. Digne eū
inuenire nō possumꝰ. Magnus fortitudine ⁊
iudicio ⁊ iusticia: ⁊ enarrari nō pōt. Iō time-
būt eū viri: ⁊ nō audebūt cōtēplari oēs qui
sibi vident̄ esse sapientes. XXXVIII

Respondens aūt dñs iob de turbine.
dixit: Quis ē iste iuoluēs sniās ser-
monib⁹ imperitis? Accinge sicut vir
lūbos tuos: interrogabo te. ⁊ rñde mihi. Ubi
eras qñ ponebā fundamēta t̄re? Indica mihi
si habes intelligentiā Quis posuit mensuras
ei⁹ si nosti: uel q̇s tetēdit sup̱ eā lineā? Sup̱
q̄ bases illi⁹ solidate sūt? Aut q̇s demisit la-
pidē āgularē ei⁹ cū me laudarēt simul astra
matutina: ⁊ iubilarēt oēs filij dei? Quis cō-
clusit ostijs mare qñ erumpebat q̄si de vulua
ꝓcedēs: cū ponerē nubē vestimentū ei⁹: ⁊ ca-
ligine illud q̄si pānis infātie obuoluerē? Cir-
cūdedi illud terminis meis: ⁊ posui vectem ⁊
ostia. ⁊ dixi: Usq̧ huc venies: ⁊ nō ꝓcedes
āpli⁹: ⁊ hīc ꝯfringes tumētes fluct⁹ tuos. Nū-
q̇d p⁹ ortū tuū p̄cepisti diluculo: ⁊ ostendi-
sti aurore locū suū. Nūq̇d tenuisti ꝯcutiēs ex-
trema t̄re: ⁊ excussisti ipios ex ea? Restituet
ut lutum signaculū: ⁊ stabit sicut vestimētū.
Auferet ab ipijs lux sua: ⁊ brachiū excelsū
ꝯfringet. Nūq̇d ingressus es ꝓfundū marꝭ: ⁊
i nouissimis abyssi deambulasti? Nūq̇d ap̱te
sunt tibi porte mortꝭ: ⁊ ostia tenebrosa vidi-
sti? Nūq̇d ꝯsiderasti latitudinē t̄re? Indica
mihi si nosti oia in q̄ via lux habitet: ⁊ tene-
brarū q̇s loc⁹ sit: ut ducas vnūq̇d̄q̧ ad ter-
minos suos: ⁊ intelligas semitas dom⁹ ei⁹.
Sciebas tūc ꝙ nasciturꝰ eēs: ⁊ numerꝝ dierꝝ
tuorꝝ noueras? Nūq̇d igressus es thesauros
niuis. aut thesauros grandinis aspexisti: q̄
p̄paraui in tēpus hostis. in diē pugne ⁊ belli?
Per quā viā spargit̄ lux: diuidit̄ estus sup̱
terram? Quis dedit vehemētissimo hymbri
cursū: ⁊ viā sonantꝭ tonitrui: ut plueret sup̱
t̄rā absq̧ hoīe i deserto vbi nullus mortaliū
cōmorat̄ ut ipleret iuiā ⁊ desolatā: ⁊ ꝓduce-
ret herbas virētes? Quis est pluuie pr̄: uel
q̇s genuit stillas roris? De cui⁹ vtero egres-
sa ē glaties: ⁊ gelu de celo q̇s genuit? In si-
militudinē lapidis aq̄ durātur: ⁊ sup̱ficies
abyssi cōstringit̄. Nūq̇d ꝯiungē valebis mi-
cātes stellas pliades: aut gyrū arcturi poteris
dissipare? Nūq̇d ꝓducis luciferꝝ in tp̄e suo: ⁊
vesperū sup̱ fines t̄re ꝯsurgē facis? Nunquid
nosti ordinē celi: ⁊ pones rationē ei⁹ in t̄ra?
Nūq̇d eleuabis i nebula vocē tuā: ⁊ impet⁹
aq̄rꝝ operiet te? Nūq̇d mittes fulgura. ⁊ ibūt:
⁊ reuertētia dicēt tibi. adsum⁹? Quis posuit
in viscerib⁹ hoīs sapiam: uel q̇s dedit gallo
intelligētiā? Quis enarrabit celorꝝ rationē:
⁊ ꝯcentū celi q̇s dormire faciet? Qñ fūdabat̄
puluis i t̄ra: ⁊ glebe cōpingebant̄? Nūq̇d ca-
pies leene p̄dā: ⁊ aiam catulorꝝ ei⁹ iplebis:
qñ cubāt i antris. ⁊ i specub⁹ insidiāt̄? Quis
preparat coruo escā suā: qñ pulli ei⁹ clamāt
ad deum vagientes eo ꝙ nō habeant cibos?

XXXIX

Nūq̇d nosti tēp⁹ part⁹
ibicū in petris: uel parturientes cer-
uas obseruasti? Dinumerasti mēses
ꝯceptus earꝝ: ⁊ scisti tēp⁹ part⁹ earꝝ? Incur-
uant̄ ad fetū ⁊ pariūt: ⁊ rugit⁹ emittūt. Se-
parant̄ filij earꝝ. ⁊ pergūt ad pastū: egrediūt̄
⁊ nō reuertent̄ ad eas. Quis dimisit onagrū
liberꝝ: ⁊ vincula ei⁹ q̇s soluit? Cui dedi i soli-
tudine domū: ⁊ tabnacula ei⁹ i t̄ra salsuginis.
Contēnit multitudinē ciuitatꝭ: clamorē ex-
actorꝭ nō audit. Circūspicit montes pascue
sue: ⁊ virentia queq̧ p̱quirit. Nunq̇d volet
rhinoceros s̄uire tibi: aut morabit̄ ad p̄sepe
tuū? Nūq̇d alligabis rhinocerota ad arādū
loro tuo: aut ꝯfringet glebas valliū p⁹ te?
Nūq̇d fiduciā habebis i magna fortitudine
eius: ⁊ derelinq̇s ei labores tuos? Nūq̇d cre-
des illi qm̄ semētē reddat tibi: ⁊ areā tuā cō-
greget? Penna strutionis silis ē p̄enis hero-
dij ⁊ accipitrꝭ. Qñ derelinq̇t oua sua i t̄ra: tu
forsitan in puluē calefacies ea? Obliuiscit̄ ꝙ
pes ꝯculcet ea: aut bestia agri ꝯterat. Durat̄
ad filios suos q̄si nō sint sui: frustra labora-
uit nullo timore cogēte. Priuauit. n. eā deus
sapiētia: nec dedit illi intelligentiā. Cū tēp⁹
fuerit i altū alas erigit: deridet equū ⁊ ascē-
sorē ei⁹. Nunq̇d p̄bebis eq̄ fortitudinē: aut
circūdabis collo ei⁹ hinnitū? Nūq̇d suscitab̄
eū q̄si locustas? Gloria nariū eius t̄ror: t̄rā
vngula fodit. Exultat audacter: in occursū
p̱git armatis. Contemnit pauorē: nec cedit
gladio. Sup̱ ipsū sonabit pharetra: vibra-
bit hasta ⁊ clype⁹. Feruens ⁊ fremens sorbet
t̄rā: nec reputat tube sonare clangorē. Ubi
audierit buccinā. dic̄ vah: ꝓcul odorat̄ bel-
lum. exhortationē ducū. ⁊ vlulatū exercitus.
Nūq̇d p̱ sapiam tuā plumescit accipiter: ex-
pandēs alas suas ad austrū? Nūq̇d ad p̄ce-
ptū tuū eleuabit̄ aq̇la: ⁊ in arduis ponet ni-
dū suū? In petris manet: i p̄ruptꝭ silicib⁹ cō-
morat̄: atq̧ iaccessis rupib⁹. Inde ꝯtēplat̄
escā: ⁊ de lōge oculi ei⁹ ꝓspiciūt. Pulli eius
lambūt sanguinē: ⁊ vbicūq̧ cadauer fuerit.
stati adest. Et adiecit dñs: ⁊ locut⁹ ē ad iob
Nūq̇d q̇ ꝯtēdit cū deo: tā facile cōquiescit?
Utiq̧ q̇ arguit deū: debet ⁊ rñdē ei. Rñdēs
aūt iob dño. dixit: Qui leuiter locutus sum:

h. est ibex quadrupes. auis ibis. in-
midus ibis.

a rinos quod est naris. et cero cornu.
i. unicornis. vel monoceros.

rn̄dere q̇d possum? Manū meā ponā supꝑ os
meū. Unū locutꝰ sum: qḋ vtinā nō dixissem.
⁊ alterū quibꝰ vltra nō addam. XL

Respondens aūt dn̄s iob de turbine.
dixit: Accinge sicut vir lūbos tuos:
interrogabo te ⁊ indica mihi. Nunq̇d
irritū facies iudiciū meū: ⁊ ꝯdemnabis me
ut iustificeris? Et si habes brachiū sicut deꝰ
⁊ voce simili tonas: circūda tibi decorem ⁊
in sublime erigē: ⁊ esto gloriosus. ⁊ speciosis
induere vestibꝰ. Dispge supbos i furore tuo:
⁊ cōfunde eos. ⁊ respiciēs oēm arrogantē hu-
milia. Respice cūctos supbos ⁊ ꝯfunde eos:
⁊ ꝯtere ipios i loco suo. Abscōde eos in pul-
uere simul: ⁊ facies eoꝝ demerge in foueā. ⁊
ego cōfitebor ꝙ saluare te possit dextera tua.
Ecce behemoth quē feci tecum: fenū q̄si bos
comedet. Fortitudo eiꝰ i lūbis eius: ⁊ ꝟtus
illiꝰ i vmbilico vētris eiꝰ. Stringit caudā suā
q̄si cedrū: nerui testiculoꝝ eius ꝑplexi sunt.
Ossa eiꝰ velut fistule eris: cartilago illiꝰ q̄si
lamine ferree. Ipse ē ꝑncipiū viarū dei. Qui
fecit eum. applicabit gladiū eiꝰ: huic mōtes
herbas ferūt. Oēs bestie agri ludēt ibi: sub
vmbra dormit i secreto calami in loc̄ humen-
tibꝰ. Protegūt vmbre vmbrā eiꝰ: circunda-
bunt eū salices torrentꝭ. Ecce absorbebit flu-
uiū. ⁊ nō mirabiꝫ: ⁊ habet fiduciā ꝙ influat
iordanis i os eiꝰ. In oculis eiꝰ q̄si hamo ca-
piet eū: ⁊ in sudibꝰ ꝑforabit nares eius. An
extrahē poteris leuiathan hamo: ⁊ fune ligab
linguā eiꝰ? Nūq̇d pones circulū in naribꝰ eiꝰ:
/i. hamo
aut armilla ꝑforabis maxillā eius? Nunq̇d
multiplicabit ad te ꝑces: aut loq̄ꝫ tibi mol-
lia? Nūq̇d feriet tecū pactū: ⁊ accipies eum
ꝫuū sempitnū? Nūq̇d illūdes ei q̄si aui: aut
ligabis eū ācillis tuis? Cōcidēt eū amici: di-
uidēt illū negociatores. Nūq̇d iplebis sage-
nas pelle eiꝰ: ⁊ gurgustiū pisciū capite illiꝰ?
Pones supꝑ eū manū tuā. Memēto belli: nec
vltra addas loq̇. Ecce spes eiꝰ frustrabiꝫ eū:
⁊ videntibꝰ cunctis ꝑcipitabiꝫ. XLI

Non q̄si crudelis suscitabo eū. Quis
n. resistere pōt vultui meo: ⁊ q̇s ante
dedit mihi ut reddam ei? Oia q̄ sub
celo sūt. mea sūt. Nō parcā ei ꝟbis potētibꝰ:
⁊ ad dep̄candū cōpositꝭ. Quis reuelabit faciē
indumēti eiꝰ: ⁊ i mediū oris eiꝰ q̇s intrabit?
Portas vultꝰ eiꝰ q̇s aperiet? Per gyꝝ dentiū
eiꝰ formido: corpꝰ illiꝰ q̄si scuta fusilia. com-
pactū squamis se ꝑmētibꝰ. Una vni ꝯiūgiꝫ: ⁊
ne spiraculū q̇dē incedit ꝑ eas. Una alti ad-
herebit: ⁊ tenētes se nequaq̄ sepabūꝫ. Ster-
nutatio eiꝰ splēdor ignis: ⁊ oculi eiꝰ ut pal-
pebre diluculi. De ore eius lāpades ꝓcedūt
sicut tede ignis accēse: de naribꝰ eius ꝓcedit
fumꝰ. sicut olle succēse atq̧ feruentꝭ. Halitus
eius prunas ardē facit: ⁊ flāma de ore eius
egrediꝫ. In collo eiꝰ morabiꝫ fortitudo: ⁊ fa-
ciē eiꝰ ꝑcedit egestas. Mēbra carniū eiꝰ co-
herētia sibi. Mittet ꝯ eū fulmia: ⁊ ad locū
aliū nō ferenꝫ. Cor eiꝰ indurabiꝫ tāq̄ lapis:
⁊ stringeꝫ q̄si malleatoꝝ incus. Cū sublatus
fuerit. timebūt angeli: ⁊ ꝫriti purgabunꝫ. Cū
apprehēderit eū gladiꝰ: subsistere nō poterit
neq̧ hasta neq̧ torax. Reputabit. n. q̄si pa-
leas ferrū: ⁊ q̄si lignū putridū es. Nō fuga-
bit eū vir sagittariꝰ: in stipulā versi sūt ei la-
pides funde. Quasi stipulā estimabit malle-
um: ⁊ deridebit vibrātē hastā. Sub ipso erūt
radij solis: ⁊ sternet sibi aurū q̄si lutū. Ferue-
scē faciet q̄si ollā ꝓfundū mariꝫ: ⁊ ponet q̄si cū
vnguēta bulliūt. Pꝰ eū lucebit semita: esti-
mabit abyssū q̄si senescentē. Nō ē supꝑ t̄rā po-
testas q̄ cōpareꝫ ei: q̇ factꝰ ē ut nullū timēt.
Oē sublime videt: ipse est rex supꝑ vniuersos
filios superbie. XLII

Respondens aūt iob dn̄o. dixit: Scio
quia oia potes: ⁊ nulla te latet cogi-
tatio. Quis est iste qui celat cōsiliū
absq̧ scia? Iō insipienꝫ locutꝰ sū: ⁊ q̄ vltra
modū excedūt sciam meā. Audi ⁊ ego loq̄r:
interrogabo te. ⁊ rn̄de mihi. Auditu auris au-
diui te: nūc aūt oculꝰ meꝰ videt te. Idcirco
ipse me rep̄hendo: ⁊ ago pniam in fauilla ⁊
cinere. Postq̄ aūt locutꝰ ē dn̄s ꝟbaꝫ ad iob
dixit ad eliphaz themaniten. Iratus ē furor
meꝰ i te ⁊ i duos amicos tuos: qm̄ nō estis
locuti corā me rectū sicut seruꝰ meꝰ iob. Su-
mite ḡ vobis septē tauros ⁊ septē arietes: ⁊
ite ad seruū meū iob: ⁊ offerte holocaustū ꝓ
vobis. Iob aūt seruꝰ meꝰ orabit ꝓ vob. Faciē
eiꝰ suscipiā: ut nō vobis imputetur stulticia.
Neq̧. n. locuti estis corā me rectū: sicut ꝫuꝰ
meꝰ iob. Abierunt ḡ eliphaz themanites ⁊
baldath suites ⁊ sophar naamathites: ⁊ fe-
cerūt sicut locutꝰ fuerat dn̄s ad eos: ⁊ susce-
pit dn̄s faciē iob. Dn̄s q̧ ꝯūsus ē ad pniam
iob: cum oraret ille ꝓ amic̄ suis. Et addidit
dn̄s oia q̄cūq̧ fuerāt iob duplicia. Uenerūt
aūt ad eū oēs frēs sui ⁊ vniuerse sorores sue
⁊ cūcti q̇ nouerāt eū ꝑus: ⁊ comederunt cū
eo panē i domo eiꝰ. Et mouerūt supꝑ eum ca-
put: ⁊ ꝯsolati sūt eū supꝑ oi malo qḋ itulerat

dn̄s sup eū. et dederūt ei vnusq̄sq̄ ouē vnā et inaurē aureā vnā. Dn̄s aūt bn̄dixit nouissimis iob magis q̄ pncipio ei⁹. Et facta sūt ei q̄tuordeci milia ouiū. et sex milia camelorū et mille iuga boum. et mille asine. et fuerunt ei septē filij et tres filie. Et vocauit nomen vni⁹ diē. et nomen secūde cassiā. et nomen t̄tie cornustibij. Nō sūt aūt iuente mulieres specioē sicut filie iob in vniuersa t̄ra. Deditq̄ eis pat̄ suus h̄editatē int̄ frēs eaꝝ. Vixit āt iob p⁹ flagella h̄. cētū q̄dragita ānis et vidit filios suos et filios filioꝝ suoꝝ vsq̄ ad q̄rtam generationē. et mortu⁹ est senex et plen⁹ dieꝝ.

Explicit liber iob. Incipit ꝓlogus bti hieronymi p̄sbyteri in Psalteriū.

Psalteriū rome dudū positus emendarā. et iux̄ septuaginta intp̄retes. licʒ cursim: mag̃ tamē ex parte correxeram. Q̄d q̄a rursū videtis o paula et eustochiū scriptorū vitio deprauatū. plusq̄ antiquū errorē q̄ nouā emēdationē valere: me cogit̄ ut veluti q̄dā nouali. scissū iam aruū exerceā. et obliq̄s sulc̄s renascētes spinas eradicē. equū eē dicētes. ut q̄d crebro male pululat: crebri⁹ succidat̄. Vn̄ ꝯsueta p̄fatiōe cōmoneo. tā vos q̄b⁹ forte labor iste desudat. q̄ eos q̄ exemplaria istiusmodi h̄re voluerit: ut q̄ diligent̄ emendaui. cū cura et diligētia trāscribant̄. Notet sibi vnusq̄sq̄ uel iacentē lineā. uel radiantia signa. id est obelos. uel astericos. et vbicūq̄ viderit v̄gulā p̄cedētem: ab ea vsq̄ ad duo pūcta q̄ ip̄ressimus. sciat in septuagita translatoribus pl⁹ h̄ri: vbi autē p̄sp̄exerit stelle similitudinē: de hebreis voluminib⁹ additum nouerit eque vsq̄ ad duo pūcta. iuxta theodotionis dūtaxat editionē: qui simplicitate sermōis a septuagita interp̄retib⁹ nō discordat. Hec ḡ et vob et studioso cuiq̄ fecisse me sciēs: nō ābigo m̄ltos fore. q̄ uel iuidia uel supcilio malint ꝯtēnē videri p̄clara q̄ discē. et de turbulēto mag̃ riuo q̄ de purissimo fōte potare.

Explicit prologus. Incipit liber hymnoꝝ uel soliloquioꝝ. ps̄ I

Beat⁹ vir qui nō abijt i ꝯsilio ipioꝝ. et in via pctōꝝ nō stetit: et in cathedra pestilētie non sedit. Sed in lege domini voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanq̄ lignum q̄d plantatū ē secus decursus aq̄rū: q̄d fructū suū dabit i tēpore suo. Et foliū ei⁹ nō defluet: et oīa q̄cūq̄ faciet ꝓsperabūt̄. Non sic ipij non sic: s̄ tanq̄ puluis quē ꝓijcit vēt⁹ a facie t̄re. Ideo nō resurgunt ipij i iudicio: neq̄ pctōres in ꝯsilio iustoꝝ. Q̄m nouit dn̄s viam iustoꝝ: et iter impioꝝ peribit.

ps̄ dd̄ II

Quare fremuerūt gentes: et ꝑpli meditati sūt inania. Astiterūt reges terre et pncipes ꝯuenerūt i vnū: aduersus dn̄m et aduersus xp̄m eius. Dirūpam⁹ vincula eoꝝ: et ꝓijciam⁹ a nob iugū ipsoꝝ. Qui h̄itat in celis irridebit eos: et dn̄s subsannabit eos. Tūc loq̄t̄ ad eos i ira sua: et in furore suo ꝯturbabit eos. Ego āt ꝯstitut⁹ sū rex ab eo sup syon montē sc̄m ei⁹: p̄dicās p̄ceptū eius. Dn̄s dixit ad me filius me⁹ es: tu ego hodie genui te. Postula a me et dabo tibi gētes h̄editatē tuā: et possessionē tuā t̄minos t̄re. Reges eos in v̄ga ferrea: et tāq̄ vas figuli ꝯfriges eos. Et nūc reges intelligite: erudimini q̄ iudicat̄ t̄rā. Seruite dn̄o in timore: et exultate ei cū tremore. Apph̄edite disciplinā: ne q̄n irascat̄ dn̄s et peatis de via iusta. Cū exarserit i breui ira eius: bti oēs q̄ ꝯfidūt in eo.

ps̄ dd̄ cū fugeret a facie absalon filij sui. III

Domine q̄d multiplicati sūt q̄ tribulāt me: multi insurgūt aduersū me. Multi dicūt aīe mee: non ē sal⁹ ipsi in deo eius. Tu aūt dn̄e susceptor meus es: gloria mea et exaltās caput meū. Voce mea ad dn̄m clamaui: et exaudiuit me de monte sc̄o suo. Ego dormiui et soporat⁹ sū: et exurrexi q̄a dn̄s suscepit me. Non timebo milia ꝑpl̄i circūdanti̇ me: exurge dn̄e saluū me fac de⁹ meus. Q̄m tu pcussisti oēs aduersantes mihi sine cā: dentes pctōꝝ cōtriuisti. Dn̄i est sal⁹: et sup ꝑpl̄m tuū bn̄dictio tua. Victori in psalmis canticū dd̄. IIII

Cum inuocarē exaudiuit me de⁹ iusticie mee: in tribulatione dilatasti mihi. Miserē mei: et exaudi orōnem meā. Filij hoīuʒ vsq̄q̄ graui corde: ut q̄d diligit̄ vanitatē et querit̄ mēdaciū? Scitote q̄m mirificauit dn̄s sc̄m suum: dn̄s exaudiet me cū clamauero ad eū. Irascimi et nolite peccare: q̄ dicit̄ i cordib⁹ v̄ris. in cubilib⁹ v̄ris cōpūgimi. Sacrificate sacrificiū iusticie et sp̄ate in dn̄o: multi dicūt q̄s ōndit nobis bona.

Signatũ ē sup̱ nos lumē vultꝰ tui dñe: dedi- sti leticiā i corde meo. A fructu frumēti vini ⁊ olei sui: multiplicati sũt. In pace i idipsũ: dormiā ⁊ reqescā. Q̄m tu dñe singulariť in spe: ꝯstituisti me. Ad victoriā sup̱ nehilotb- Psalmus dd. V

VErba mea aurib' ꝑcipe dñe: intellige clamorē meũ. Intēde voci orõnis mee: rex meꝰ ⁊ deꝰ meꝰ. Q̄m ad te orabo dñe: mane exaudies vocē meā. Mane astabo tibi ⁊ videbo: q̄m nõ deꝰ volēs iniquitatē tu es. Neq̧ habitabit iuxta te malignꝰ: neq̧ ꝑmanebũt iniusti añ oculos tuos. Odisti oēs q̄ opanť iniqtatē: ꝑdes oēs q̄ loquunť mēdaciũ. Viꝝ sanguinũ ⁊ dolosũ abhoīabiť dñs: ego aũt i multitudine mīe tue. Introibo i domũ tuā: adorabo ad tēplũ scm̄ tuũ i timore tuo. Dñe deduc me in iusti- cia tua: ꝓpter inimicos meos dirige i ꝯspe- ctu tuo viā meā. Q̄m nõ ē in ore eoꝝ ṽitas: cor eoꝝ vanũ ē. Sepulchrũ patēs est guttur eoꝝ: linguis suis dolose agebāt. iudica illos deꝰ. Decidāt a cogitationibꝰ suis: ẜm multi- tudinē ipietatũ eoꝝ expelle eos: q̄m irritaue- rũt te dñe. Et letenť oēs q̄ sperāt i te: in etnũ exultabũt ⁊ hītabis i eis. Et gloriabunť i te oēs q̄ diligũt nomē tuũ: q̄m tu bñdices iu- sto. Dñe: ut scuto bone voluntatis tue coro- nasti nos. Victori in psalmis sup̱ octauā Psalmus dd. VI

DOmine ne in furore tuo arguas me: neq̧ in ira tua cor- ripias me. Miserere mei dñe q̄m in- firmꝰ sũ: sana me dñe q̄m cõturbata sũt ossa mea. Et aīa mea turbata ē valde: ẜ tu dñe vsq̧ q̄? Cõuertē dñe ⁊ eripe aīam meā: saluũ me fac ꝓpť mīam tuā. Q̄m nõ ē in morte q̄ memor sit tui: i inferno aũt q̄s ꝯfitebiť tibi? Laboraui i gemitu meo: lauabo ꝑ singulas noctes lectum meũ: lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Turbatꝰ est a furore oculꝰ meꝰ: iueteraui inť oēs iimicos meos. Discedite a me oēs q̄ opami iiqtatē: q̄m exaudiuit dñs vocē fletus mei. Exaudiuit dñs dep̄cationē meā: dñs orõnē meā suscepit. Erubescant ⁊ ꝯturbenť vehementť oēs inimici mei: ꝯũtanť ⁊ erubescāt valde velociť. Pro ignorātia dauid qui cecinit dño sup̱ ṽba ethiopis filij Iemini Psalmus VII

DOmine deꝰ meꝰ in te sp̄aui: saluũ me fac ex oībus ꝑsequētibꝰ me ⁊ liba me. Ne qñ rapiat ut leo aīam meā: dum nõ ē q̄ redimat neq̧ q̄ saluũ faciat. Dñe deꝰ meꝰ si feci istud: si ē iniqtas i manibꝰ meis. Si reddidi retribuētibꝰ mihi mala: decidā merito ab inimicis meis i anis. Persequať inimicꝰ aīam meā ⁊ cõp̄hēdat: ⁊ ꝯculcet i tra vitā meā: ⁊ gliā₃ meā i puluerē deducat. Exurge dñe in ira tua: ⁊ exaltare in finibꝰ inimicoꝝ meoꝝ. Et exurge dñe deꝰ meꝰ i p̄cepto qd̄ mā- dasti: ⁊ synagoga p̄ploꝝ circundabit te. Et ꝓpť hāc in altũ regredē: dñs iudicat p̄plos. Iudica me dñe ẜm iusticiā meā: ⁊ ẜm inocē- tiā meā sup̱ me. Cõsũmeť neqtia pctõꝝ: ⁊ di- riges iustũ scrutās corda ⁊ renes deꝰ. Iustũ adiutoriũ meũ a dño: q̄ saluos facit rectos corde. Deus iudex iustꝰ fortꝭ ⁊ patiēs: nũqd irasciť ꝑ singulos dies. Nisi conuersi fueritis gladiũ suũ vibrabit: arcũ suũ tetēdit ⁊ pa- rauit illũ. Et i eo parauit vasa mortꝭ: sagit- tas suas ardētibꝰ effecit. Ecce parturit iiu- sticiā: ꝯcepit dolorē ⁊ pepit iiqtatē. Lacũ ape- ruit ⁊ effodit eũ: ⁊ icidit i foueā quā fecit. Cõ- uerteť dolor eiꝰ i caput eiꝰ: ⁊ i ṽticē ipsiꝰ iniq- tas eiꝰ descēdet. Cõfitebor dño ẜm iusticiam eius: ⁊ psallā noī dñi altissimi. Ad victo- riam sup̱ grutith Psalmus dd. VIII

DOmine deꝰ nr̄: q̄ admirabile ē no- men tuũ i vniuersa tra. Q̄m eleuata est magnificentia tua: sup̱ celos. Ex ore infantiũ ⁊ lactētiũ ꝑfecisti laudē ꝓpť ini- micos tuos: ut destruas inimicũ ⁊ vltorem. Q̄m videbo celos tuos opa digitoꝝ tuoꝝ: lunā ⁊ stellas q̄ tu fũdasti. Quid ē hō q̄ me- mor es eiꝰ: aut filiꝰ hoīs q̄m visitas eũ? Mi- nuisti eũ paulominꝰ ab angelis: glīa ⁊ hono- re coronasti eũ ⁊ ꝯstituisti eũ sup̱ opa manuũ tuaꝝ. Oīa subiecisti sub pedibus eius: oues ⁊ boues vniuersas. insup̱ ⁊ pecora cāpi. Vo- lucres celi ⁊ pisces marꝭ: q̄ ꝑambulāt semi- tas marꝭ. Dñe dñs nr̄: q̄ admirabile ē nomē tuũ in vniuersa terra. In finē ꝓ occultis. Psalmus dd. IX

COnfitebor tibi dñe in toto corde meo: narrabo oīa mira- bilia tua. Letabor ⁊ exultabo in te: psallā noī tuo altissime. In ꝯuertēdo iimicũ meũ retrorsũ: infirmabũť ⁊ ꝑibũt a facie tua. Q̄m fecisti iudicium meũ ⁊ cām meā: sedisti sup̱ thronũ q̄ iudicas iusticiā. Increpasti gē- tes ⁊ perijt ipiꝰ: nomē eoꝝ delesti i etnũ. ⁊ in seculũ seculi. Inimici defecerũt framee i finē: ⁊ ciuitates eoꝝ destruxisti. Perijt memoria eoꝝ cũ sonitu: ⁊ dñs i eternũ ꝑmanet. Para- uit in iudicio thronũ suũ: ⁊ ipse iudicabit or- bem tre i eqtate: iudicabit p̄plos in iusticia. Et factus est dñs refugiũ paupi: adiutor in

opportunitatibꝰ i tribulatiõe. Et sperẽt i te q̇
nouerũt nomen tuũ: qm̃ nõ dereliq̃sti q̄ren-
tes te dñe. Psallite dño q̇ h̃itat i syon: ãnũ-
ciate int̃ gẽtes studia eiꝰ. Qm̃ requirẽs san-
guinẽ eoꝝ recordatꝰ ẽ: nõ ẽ oblitꝰ clamorẽ
pauperũ. Miserẽ mei dñe: vide humilitatẽ
meã de ĩimic̄ meis. Qui exaltas me de portꝪ
mortꝪ: ut ãnũciẽ oẽs laudatiões tuas i portꝪ
filie syon. Exultabo i salutari tuo: infixe sũt
gẽtes i ĩteritu quẽ fecerũt. In laq̄o isto quẽ
abscõderũt: cõprehẽsus ẽ pes eoꝝ. Cognoscet̃
dñs iudicia faciẽs: i opibꝰ manuũ suaꝝ cõ-
ꝓhẽsus ẽ pctõr. Cõuertãt̃ pctõres i ĩfernũ:
oẽs gẽtes q̄ obliuiscũt̃ deũ. Qm̃ nõ in finẽ
obliuio erit paupꝫis: patientia paupeꝝ non
ꝑibit i finẽ. Exurge dñe nõ confortet̃ hõ: iu-
dicent̃ gẽtes in cõspectu tuo. Cõstitue dñe le-
gislatorẽ sup eos: ut sciãt gentes qm̃ hoies
sũt. Ut q̇d dñe recessisti lõge: despic̄ i oppor-
tunitatibꝰ in tribulatiõe. Dũ supbit impius
icendit̃ paup: cõprehẽdũt̃ in ꝯsilijs q̇bꝰ cogi-
tant. Qm̃ laudat̃ pctõr in desiderijs aie sue:
⁊ iniquus bñdicit̃. Exacerbauit dñm pctõr:
ꝫm multitudinẽ ire sue nõ q̄ret. Nõ est deus
i ꝯspectu eius: inquinate sũt vie illiꝰ in oi tpe.
Auferũt̃ iudicia tua a facie eiꝰ: oiũꝫ ĩimicoꝝ
suoꝝ dñabit̃. Dixit. n. in corde suo: nõ moue-
bor a gnãtione in gnãtionẽ sine malo. Cuiꝰ
maledictiõe os plenũ ẽ ⁊ amaritudine ⁊ do-
lo: sub lingua eiꝰ labor ⁊ dolor. Sedet in insi-
dijs cũ diuitibꝰ i occultis: ut interficiat inocen-
tẽ. Oculi eiꝰ i pauperẽ respiciũt: insidiat̃ in
abscõdito q̄si leo in spelunca sua. Insidiat̃ ut
rapiat pauperẽ: rape paupꝫẽ dum attrahit
eũ. In laq̄o suo humiliabit eũ: inclinabit se ⁊
cadet cum dñatus fuerit pauperũ. Dixit. n. i
corde suo oblitꝰ ẽ deꝰ: auertit faciẽ suam ne
videat in finẽ. Exurge dñe deus ⁊ exaltetur
manꝰ tua: ne obliuiscaris paupeꝝ. Propt̃ q̇d
irritauit ipius deũ? dixit. n. i corde suo non
req̇ret. Uides qm̃ tu laborẽ ⁊ dolorẽ ꝯside-
ras: ut tradas eos in manꝰ tuas. Tibi dereli-
ctus ẽ paup: orphano tu eris adiutor. Cõte-
re brachiũ pctõris ⁊ maligni: q̄ret̃ pctm̃ il-
lius ⁊ nõ iueniet̃. Dñs regnabit i etnũ ⁊ i se-
culũ seculi: ꝑibitis gẽtes de t̃ra illiꝰ. Deside-
riũ paupeꝝ exaudiuit dñs: ꝑparationẽ cor-
dis eoꝝ audiuit auris tua. Iudicare pupillo ⁊
humili: ut nõ apponat vltra magnificare se
hõ sup terrã. Uictori ps dauid. X

IN dño ꝯfido quõ dicitis aie mee: trans-
migra in montẽ sicut passer. Qm̃ ecce
peccatores intenderũt arcũ: parauerunt sa-
gittas suas i pharetra ut sagittent i obscuro
rectos corde. Qm̃ quẽ ꝑfecisti destruxerunt:
iustus aũt q̇d fecit? Dñs i tẽplo scõ suo: dñs
i celo sedes eiꝰ. Oculi eiꝰ i pauperẽ respiciũt:
palpebre eiꝰ int̃rogãt filios hoiuꝫ. Dñs int̃-
rogat iustũ ⁊ ipiũ: q̇ aũt diligit iniq̄tatẽ odit
aiam suã. Pluet sup pctõres laq̄os: ignis ⁊
sulphur ⁊ spũs ꝓcellaꝝ ps calicis eoꝝ. Qm̃
iustꝰ dñs ⁊ iusticias dilexit: eq̄tatẽ vidit vul-
tus eiꝰ. Ad victoriã sup octauã cãticũ dd.

SAluũ me fac dñe qm̃ defecit san- XI
ctꝰ: qm̃ diminute sũt ỽitates a filijs
hoiuꝫ. Uana locuti sũt vnusq̄sqꝫ ad
ꝓximũ suũ: labia dolosa i corde ⁊ corde lo-
cuti sũt. Dispdat dñs vniuersa labia dolosa:
⁊ linguã magniloquã. Qui dixerũt: linguã
nr̃am magnificabimus: labia nr̃a a nobis
sũt: q̇s nr̃ dñs ẽ? Propter miseriã iopũ ⁊ ge-
mitũ paupeꝝ: nũc exurgã dic̃ dñs. Ponã in
salutari: fiducialit̃ agã i eo. Eloq̇a dñi elo-
q̇a casta: argentũ igne examinatũ: ꝓbatum
t̃re purgatũ septupliũ. Tu dñe ꝫuabis nos ⁊
custodies nos: a gnãtiõe hac i etnũ. In cir-
cuitu ipij ãbulant: ꝫm altitudinẽ tuã multi-
plicasti filios hoiuꝫ. Uictori ps dd XII

USquequo dñe obliuisceris me in finẽ:
vsqꝫ q̄ auertis faciẽ tuã a me? Q̄diu
ponã ꝯsilia i aia mea: dolorẽ in cor-
de meo ꝑ diẽ? Usqꝫ q̄ exaltabit̃ ĩimicus meꝰ
sup me? respice ⁊ exaudi me dñe deus meus.
Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiã
i morte: neq̄n dicat inimicꝰ meꝰ ꝑualui ad-
uersꝰ eũ. Qui tribulãt me exultabũt si motꝰ
fuero: ego aũt in m̃ia tua speraui. Exultabit
cor meũ in salutari tuo: cantabo dño q̇ bo-
na tribuit mihi: ⁊ psallam noi dñi altissimi.
Ad victoriam ps dauid XIII

DIxit insipiẽs in corde suo: nõ est deꝰ.
Corrupti sũt ⁊ abhominabiles facti
sũt in studijs suis: nõ est q̇ faciat bo-
nũ non est vsqꝫ ad vnũ. Dñs de celo ꝓspexit
sup filios hoiuꝫ: ut videat si ẽ intelligẽs aut
req̇rens deũ. Oẽs declinauerũt sil̃ inutiles fa-
cti sũt: nõ ẽ q̇ faciat bonũ nõ ẽ vsqꝫ ad vnũ.
Sepulchꝝ patẽs ẽ guttur eoꝝ: linguis suis
dolose agebãt: venenũ aspidũ sub labijs eoꝝ
Quoꝝ os maledictiõe ⁊ amaritudine plenũ
est: veloces pedes eoꝝ ad effũdẽdũ sanguinẽ
Cõtritio ⁊ ifelicitas i vijs eoꝝ: ⁊ viã pac̄ nõ
cognouerũt: nõ ẽ timor dei añ oculos eoꝝ.
Nõne cognoscent oẽs q̇ opant̃ iniq̄tatẽ: qui

frameā tuā .i. aīaȝ meā q̄ est framea tua quā v'b' tua
assūpsit: ut p eā tāq̄ p spatā reg iniq̄tis debellet.

deuorāt plebē meā sicut escā panis? Dn̄m nō
inuocauerūt: illic trepidauerūt timore vbi
nō erat timor. Qm̄ dn̄s in gnātione iusta ē:
cōsiliū inopis ꝯfudistis. qm̄ dn̄s spes eiꝰ est.
Quis dabit ex syon salutare isrl'? cū auerterit
dn̄s captiuitatē plebis sue exultabit iacob ⁊
letabit' isrl'. ps dd̄ XIIII

Domine q̄s hitabit i tabnaculo tuo
aut q̄s requiescet in monte scō tuo?
Qui ingredit' sine macula: ⁊ opat'
iusticiā. Qui loq̄t' ꝟitatē i corde suo: qui nō
egit dolū i lingua sua. Nec fecit proximo suo
malū: ⁊ opprobriū nō accepit aduersus ꝓxi-
mos suos. Ad nihilū deductꝰ ē in conspectu
eius malignꝰ: timētes aūt dn̄m glorificat.
Qui iurat ꝓximo suo ⁊ nō decipit: qui pecu-
niā suā nō dedit ad vsurā: ⁊ munera super
innocentē nō accepit. Qui facit h̄: nō moue-
bit' in etn̄ū. Humilis ⁊ simplicis dd̄ ps XV

Conserua me dn̄e qm̄ spaui in te: di-
xi dn̄o deꝰ meus es tu: qm̄ bonorum
meoꝝ nō eges. Scis q̄ sūt in t̄ra eiꝰ:
mirificauit oēs volūtates meas i eis. Mul-
tiplicate sūt infirmitates eoꝝ: postea accele-
rauerūt. Nō ꝯgregabo conuenticula eoꝝ de
sanguinibꝰ: nec memor ero nominū eoꝝ per
labia mea. Dn̄s ps h̄editatꝫ mee ⁊ calicis mei:
tu es q̄ restitues h̄editatē meā mihi. Funes
ceciderūt mihi in p̄claris: eteni h̄editas mea
p̄clara ē mihi. Bn̄dicam dn̄m qui tribuit m̄
intellectū: insup ⁊ vsq̄ ad noctē increpuerūt
me renes mei. Prouidebā dn̄m in conspectu
meo semp: qm̄ a dextris ē mihi ne cōmouear.
Propt' h̄ letatū ē cor meū ⁊ exultauit lingua
mea: insup ⁊ caro mea requiescet i spe. Qm̄
nō derelinques aīam meam in inferno: nec
dabis scm̄ tuū vidē corruptionē. Notas m̄
fecisti vias vite: adimplebis me leticia cū vul-
tu tuo: delectatiōes i dextera tua vsq̄ i finē.
Oratio dd̄. XVI

Exaudi dn̄e iusticiā meā: intende de-
p̄catiōnē meā. Auribus pcipe ora-
tionē meā: non in labijs dolosis. De
vultu tuo iudiciū meū ꝓdeat: oculi tui vi-
deant eq̄tatem. Probasti cor meū ⁊ visitasti
nocte: igne me examinasti ⁊ nō est iuenta i
me iniq̄tas. Ut nō loquat' os meū opa hoīuȝ:
ꝓpter ꝟba labioꝝ tuorū ego custodiui vias
duras. Perfice gressus meos in semitꝫ tuis:
ut nō moueant' vestigia mea. Ego clamaui
q̄m exaudisti me deꝰ: inclina aurē tuā mihi
⁊ exaudi ꝟba mea. Mirifica m̄ias tuas: q̄
saluos facis spantes i te. A resistētibꝰ dextere
tue custodi me: ut pupillā oculi. Sub vm-
bra alarū tuaꝝ ꝓtege me: a facie ipioꝝ q̄ me
afflixerūt. Inimici mei aīam meā circūdede-
rūt: adipem suū ꝯcluserūt: os eoꝝ locutū est
supbiā. Proijciētes me nūc circūdederūt me:
oculos suos statuerūt declinare in t̄rā. Sus-
ceperūt me sicut leo paratus ad p̄dā: ⁊ sicut
catulꝰ leōis hitās i abditꝫ. Exurge dn̄e p̄ue-
ni eū ⁊ supplāta eū: eripe aīam meā ab ipio:
frameā tuā ab inimicis manꝰ tue. Dn̄e a paucis
de t̄ra diuide eos i vita eoꝝ: ⁊ de abscōditis
tuis adipletꝰ ē vent' eoꝝ. Saturati sūt filijs:
⁊ dimiserūt reliq̄as suas paruulis suis. Ego
aūt i iusticia apparebo ꝯspectui tuo: satiabor
cū apparuerit gl'ia tua. Ad victoriā p̄uo
dn̄i dd̄ q̄ locutꝰ ē ꝟba cātici huiꝰ in die qua
eripuit eū dn̄s de manu oīuȝ inimicoꝝ eiꝰ. ⁊
de manu saul. ⁊ dixit. XVII

Diligam te dn̄e fortitudo mea: dn̄s
firmamentū meū ⁊ refugium meū ⁊
liberator meꝰ. Deꝰ meꝰ adiutor meꝰ:
⁊ spabo in eū. Protector meꝰ ⁊ cornu salutis
mee: ⁊ susceptor meꝰ. Laudans iuocabo do-
minū: ⁊ ab inimicis meis saluꝰ ero. Circūde-
derūt me dolores mortꝫ: ⁊ torrētes iniq̄tatꝫ
ꝯturbauerūt me. Dolores inferi circundede-
rūt me: p̄occupauerūt me laq̄i mortꝫ. In tri-
bulatione mea iuocaui dn̄m: ⁊ ad deū meū
clamaui. Et exaudiuit de tēplo scō tuo vocē
meā: ⁊ clamor meꝰ in ꝯspectu eiꝰ introiuit in
aures eiꝰ. Cōmota ē ⁊ ꝯtremuit t̄ra: fūda-
mēta mōtiū ꝯturbata sūt ⁊ cōmota sūt: qm̄
iratꝰ ē eis. Ascēdit fumꝰ i ira eiꝰ: ⁊ ignis a
facie eiꝰ exarsit: carbones succēsi sūt ab eo.
Inclinauit celos ⁊ descēdit: ⁊ caligo sub pe-
dibus eiꝰ. Et ascēdit sup cherubin ⁊ volauit:
volauit sup pēnas ventorum. Et posuit tene-
bras latibulū suū. in circuitu eiꝰ tabnaculū
eiꝰ: tenebrosa aq̄ i nubibꝰ aeris. Pre fulgo-
re i ꝯspectu eiꝰ nubes trāsierūt: grādo ⁊ car-
bones ignis. Et intonuit de celo dn̄s: ⁊ altis-
simꝰ dedit vocē suā: grādo ⁊ carbones ignis.
Et misit sagittas suas ⁊ dissipauit eos: ful-
gura multiplicauit ⁊ ꝯturbauit eos. Et ap-
paruerūt fontes aq̄ꝝ: ⁊ reuelata sūt fūda-
mēta orbis t̄raꝝ. Ab icrepatiōe tua dn̄e: ab
inspiratione spūs ire tue. Misit de sūmo ⁊ ac-
cepit me: ⁊ assūpsit me de aq̄s multꝭ. Eripu-
it me de inimicis meis fortissimis ⁊ ab his q̄
oderunt me: qm̄ confortati sunt super me.
Preuenerūt me in die afflictiōis mee: ⁊ factꝰ

ē dn̄s ꝓtector meꝰ. Eduxit me ī latitudinē: saluū me fecit qm̄ voluit me. Et retribuet m̄ dn̄s ꝑm iusticiā meā: ⁊ ꝑm puritatē manuū meaꝝ retribuet m̄. Quia custodiui vias dn̄i nec ipie gessi a deo meo. Qm̄ oīa iudicia eiꝰ in cōspectu meo: ⁊ iusticias eius nō repuli a me. Et ero īmaculatus cum eo: ⁊ obseruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dn̄s ꝑm iusticiā meam: ⁊ scđm puritatē manuū mearū in cōspectu oculoꝝ eiꝰ. Cū scō sanctꝰ eris: ⁊ cū viro innocēte īnocēs eris. Et cum electo electus eris: ⁊ cū ꝑuerso ꝑuerteꝛ. Qm̄ tu ꝑplm̄ hūilē saluū facies: ⁊ oculos supboꝝ humiliabis. Qm̄ tu illuminas lucernā meā dn̄e: deꝰ meꝰ illumina tenebras meas. Qm̄ in te eripiar a tēptatiōe: ⁊ ī deo meo trāsgrediar murū. Deꝰ meꝰ īpolluta via eiꝰ: eloquia dn̄i igne examinata: ꝓtector ē oīuꝫ sꝑantiū in se. Qm̄ q̇s deꝰ ꝑter dn̄m: aut q̇s deꝰ ꝑter deū nr̄m. Deꝰ q̇ p̄cinxit me ꝟtute: ⁊ posuit immaculatā viā meā. Qui ꝑfecit pedes meos tanꝗ̄ ceruoꝝ: ⁊ sup excelsa statuēs me. Qui docet manꝰ meas ad p̄liū: ⁊ posuisti ut arcū ereū brachia mea. Et dedisti mihi ꝓtectionē salutꝭ tue: ⁊ dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me ī finē: ⁊ disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me: ⁊ non sunt infirmata vestigia mea. Persequar iīmicos meos ⁊ cōprehēdā illos: ⁊ nō ꝯuertar donec deficiāt. Cōfrigā illos nec poterūt stare: cadēt subtus pedes meos. Et p̄cinxisti me ꝟtute ad bellum: ⁊ supplantasti insurgētes ī me subtꝰ me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsū: ⁊ odientes me disperdidisti. Clamauerūt nec erat q̇ saluos faceret ad dn̄m: nec exaudiuit eos. Et cōminuam eos ut puluerē an̄ faciē vēti: ut lutū plateaꝝ delebo eos. Eripies me de ꝯdictiōibꝰ ꝑpl̄i: constitues me in caput gētiū. Populꝰ quē nō cognoui seruiuit mihi: in auditu auꝛ obediuit mihi. Filij alieni mētiti sūt mihi: filij alieni inueterati sūt: ⁊ claudicauerūt a semitis suis. Viuit dn̄s ⁊ bn̄dictꝰ deꝰ meus: ⁊ exalteť deꝰ salutꝭ mee. Deꝰ q̇ das vindictas mihi ⁊ subdis ꝑplos sub me: liberator meus de iīmicis meis iracūdis. Et ab insurgentibꝰ ī me exaltab̄ me: a viro iniq̄ eripies me. Propťea cōfitebor tibi ī natiōibꝰ dn̄e: ⁊ nōi tuo psalmū dicā. Magnificās salutes regꝭ eiꝰ: ⁊ faciens mīam xp̄o suo dauid: ⁊ semini eius vsqꝫ in seculū.

Victori canticū dd̄ XVIII

CEli enarrāt gloriam dei: ⁊ opa manuū eiꝰ annūciat firmamentū. Dies diei eructat verbū: ⁊ nox nocti indicat sciam. Nō sūt loq̄le neqꝫ ꝑmones: q̄ꝝ nō audiāť voces eoꝝ. In oēm ťrā exiuit sonus eoꝝ: ⁊ in fines orb̄ ťre ꝟba eoꝝ. In sole posuit tabnaculū suū: ⁊ ipse tanꝗ̄ spōsus procedēs de thalamo suo. Exultauit ut gigas ad currēdā viā: a sūmo celo egressio eiꝰ. Et occursus eiꝰ vsqꝫ ad sūmū eiꝰ: nec ē qui se abscōdat a calore eiꝰ. Lex dn̄i īmaculata ꝯuertēs aīas: testimoniū dn̄i fidele sapiam prestans paruulis. Justicie domini recte letificantes corda: p̄ceptū dn̄i lucidum illuminans oculos. Timor dn̄i scūs ꝑmanēs ī seculū seculi: iudicia dn̄i vera iustificata in semetipsa. Desiderabilia sup aurū ⁊ lapidē p̄ciosū multū: ⁊ dulciora sup mel ⁊ fauū. Eteni seruus tuꝰ custodit ea: in custodiendis illis retributio multa. Delicta q̇s intelligit: ab occultꝭ meis munda me: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerit dn̄ati tunc īmaculatus ero: ⁊ emūdabor a delicto maximo. Et erūt ut cōplaceāt eloq̇a oris mei: ⁊ meditatio cordis mei in conspectu tuo semp. Domine adiutor meus: ⁊ redemptor meus.

Ad victoriā ps̄ dd̄. XIX

EXaudiat te dn̄s ī die tribulationis: protegat te nomē dei iacob. Mittat tibi auxiliū de scō: ⁊ de syon tueatur te. Memor sit oīs sacrificij tui: ⁊ holocaustū tuū pingue fiat Tribuat tibi ꝑm cor tuū: ⁊ oē ꝯsiliū tuū ꝯfirmet. Letabimur in salutari tuo: ⁊ ī noīe dei nostri magnificabimur. Impleat dn̄s oēs petitiones tuas: nūc cognoui qm̄ saluū fecit dn̄s xp̄m suū. Exaudiet illum de celo scō suo: in potētatibꝰ salus dextere eiꝰ. Hii ī curribꝰ ⁊ hi ī eq̇s: nos āt ī noīe dei nostri īuocabimꝰ. Ipsi obligati sūt ⁊ ceciderūt: nos autē surreximus ⁊ erecti sumꝰ. Dn̄e saluū fac regē: ⁊ exaudi nos ī die q̄ inuocauerimꝰ te.

Victori canticum. XX

DOmine in ꝟtute tua letabiť rex: ⁊ sup salutare tuum exultabit vehemēter. Desiderium cordis eius tribuisti ei: ⁊ voluntate labioꝝ eius non fraudasti eum. Quoniā preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Vitam petijt a te ⁊ tribuisti ei: longitudinē dierū in seculū ⁊ in seculū seculi. Magna ē gloria eiꝰ ī salutari

tuo: gloriam ⁊ magnū decorē impones sup eum. Qm̄ dabis eū in benedictionē in seculum seculi: letificabis eū in gaudio cū vultu tuo. Qm̄ rex sperat in dn̄o: ⁊ in mīa altissimi nō cōmouebiť. Inueniať manus tua oībus inimicis tuis: dextera tua inueniat oēs qui te oderūt. Pones eos ut clibanū ignis in tēpore vultus tui: dn̄s in ira sua conturbabit eos: ⁊ deuorabit eos ignis. Fructū eorū de ťra pdes: ⁊ semē eoꝝ a filijs hoīuꝫ. Qm̄ declinauerūt in te mala: cogitauerūt ꝯsilia q̄ nō potuerūt stabilire. Qm̄ pones eos dorsū: in reliquijs tuis p̄parabis vultū eoꝝ. Exaltare dn̄e in virtute tua: cantabimus ⁊ psallemus virtutes tuas. Ad vincendū pro cerua matutina. ps XXI

Deus deus meus respice in me: q̄re me dereliquisti: longe a salute mea verba delictoꝝ meoꝝ. Deus meꝰ clamabo p diē ⁊ nō exaudies: ⁊ nocte ⁊ nō ad insipientiā mihi. Tu aūt i scō habitas: laus isrl. In te sperauerūt pr̄es nr̄i: sperauerūt ⁊ liberasti eos. Ad te clamauerūt ⁊ salui facti sunt: in te sperauerūt ⁊ non sūt confusi. Ego aūt sum vermis ⁊ non hō: opprobriū hoīuꝫ ⁊ abiectio plebis. Omnes videntes me deriserūt me: locuti sūt labijs ⁊ mouerūt caput. Sperauit in dn̄o eripiat eū: saluū faciat eū qm̄ vult eū. Qm̄ tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris mee: i te proiectus sum ex vtero. De ventre matris mee deus meꝰ es tu: ne discesserꝭ a me. Qm̄ tribulatio proxima est: qm̄ nō est qui adiuuet. Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederūt me. Aperuerūt super me os suū: sicut leo rapiēs ⁊ rugiēs. Sicut aq̄ effusus sū: ⁊ dispsa sūt oīa ossa mea. Factū ē cor meū tanq̄ cera liq̄scēs: i medio ventris mei. Aruit tāq̄ testa virtus mea: ⁊ lingua mea adhesit faucibꝰ meis: ⁊ i puluerē mortꝭ deduxisti me. Qm̄ circūdederunt me canes multi: ꝯciliū malignantiū obsedit me. Foderūt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerūt oīa ossa mea. Ipsi vo cōsiderauerūt ⁊ inspexerunt me: diuiserūt sibi vestimēta mea ⁊ sup vestē meā miserūt sortem. Tu autē dn̄e ne elongauerꝭ auxiliū tuū a me: ad defensionē meā ꝯspice. Erue a framea deꝰ aīam meā: ⁊ de māu canis vnicā meā. Salua me ex ore leonis: ⁊ a cornibꝰ vnicorniū hūilitatē meā. Narrabo nomē tuū fribꝰ meis: in medio ecclesie laudabo te. Qui timetis dn̄m laudate

a framea .i. a morte p frameā designata. hec framea ee. ē pprie spata.

eū: vniuersū semē iacob glorificate eū. Timeat eū oē semē isrl: qm̄ nō spreuit neq; despexit dep̄cationē paupis. Nec auertit faciē suā a me: ⁊ cū clamarē ad eū exaudiuit me. Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddā i ꝯspectu timētiū eū. Edēt paupes ⁊ saturabūť: ⁊ laudabūt dn̄m q̇ req̇rūt eū: viuēt corda eoꝝ i seculū seculi. Reminiscenť ⁊ ꝯuertenť ad dn̄m: vniūsi fines ťre. Et adorabūt in cōspectu eiꝰ: vniuerse familie gētiū. Qm̄ dn̄i ē regnū: ⁊ ipse dn̄abiť gētiū. Mādùcauerūt ⁊ adorauerūt oēs pingues ťre: i ꝯspectu eius cadēt oēs q̇ descēdūt in ťrā. Et aīa mea illi viuet: ⁊ semē meum seruiet ipsi. Annūciabiť dn̄o generatio vētura: ⁊ annūciabunt celi iusticiam eius: pplo qui nasceť quē fecit dn̄s. ps dd XXII

Dominꝰ regit me ⁊ nihil mihi deerit: i loco pascue ibi me collocauit. Sup aquā refectionis educauit me: aīam meā ꝯuertit. Deduxit me super semitas iusticie: propter nomen suū. Nam ⁊ si ambulauero in medio vmbre mortꝭ nō timebo mala: quoniā tu mecum es. Virga tua ⁊ baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti in cōspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meū: ⁊ calix meus inebrians q̄ꝫ preclarus est. Et mīa tua subsequetur me: oībus diebus vite mee. Et ut inhabitē i domo dn̄i: in lōgitudine dierū. Canticum dd. XXIII

Domini ē terra ⁊ plenitudo eiꝰ: orbis terrarum ⁊ vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum: ⁊ super flumina p̄parauit eum. Quis ascendet in montē dn̄i: aut quis stabit i loco scō eius? Innocens manibꝰ ⁊ mūdo corde: q̇ nō accepit i vano aīam suā: nec iurauit i dolo ꝓximo suo. Hic accipiet bn̄dictionem a dn̄o: ⁊ mīam a deo salutari suo. Hec ē gnātio q̄rētiū eū: q̄rētiū faciē dei iacob. Attollite portas p̄ncipes vr̄as: ⁊ eleuamini porte eťnales: ⁊ introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? dn̄s fortꝭ ⁊ potēs: dn̄s potens in p̄lio. Attollite portas p̄ncipes vr̄as: ⁊ eleuamini porte eťnales: ⁊ introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? dn̄s virtutū ipse est rex glorie. Oratio dd XXIIII

Ad te dn̄e leuaui aīam meā: deꝰ meꝰ in te cōfido nō erubescā. Neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi q̇ sustinēt te nō ꝯfundenť. Cōfūdanť oēs iniq̄

agẽtes: sup̄uacue. Uias tuas dñe demõstra
mihi: ⁊ semitas tuas edoce me. Dirige me i
veritate tua ⁊ doce me: quia tu es saluator
me⁹: ⁊ te sustinui tota die. Reminiscẽ mise-
rationũ tuaꝝ dñe: ⁊ misericordiaꝝ tuaꝝ q̄ a
seculo sũt. Delicta iuuẽtutꝫ mee ⁊ ignorantias
meas: ne memineris. Scd̃m mĩam tuã me-
mẽto mei tu: ꝓpt̄ bonitatẽ tuã dñe. Dulcis
⁊ rect⁹ dñs: ꝓpter h̄ legẽ dabit delinquẽtib⁹
in via. Diriget mãsuetos in iudicio: docebit
mites vias suas. Uniuerse vie dñi mĩa ⁊ ve-
ritas: req̇rentib⁹ testamentũ ei⁹ ⁊ testimonia
eius. Propter nomẽ tuũ dñe ꝓpitiaberis pctõ
meo: multũ ẽ eni. Quis ẽ hõ q̇ timet dñm:
legẽ statuit ei i via quã elegit. Aia eius i bo-
nis demorabit̄: ⁊ semẽ eius hẽditabit t̄ram.
Firmamentũ ẽ dñs timẽtib⁹ eũ: ⁊ testamẽtũ
ipsi⁹ ut manifestet̄ illis. Oculi mei sp̄ ad do-
minũ: qm̄ ipse euellet de laq̇o pedes meos.
Respice in me ⁊ miserẽ mei: quia vnicus ⁊
paup̄ sũ ego. Tribulatiões cordis mei mul-
tiplicate sũt: de necẽitatib⁹ meis erue me. Ui-
de humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ: ⁊ dimitte
vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos
qm̄ multiplicati sũt: ⁊ odio iniq̇ oderunt me.
Custodi aiam meã ⁊ erue me: nõ erubescam
qm̄ sp̄aui in te. Innocẽtes ⁊ recti adheserũt
mihi: q̇a sustinui te. Libera de⁹ isrl̄: ex oĩbus
tribulationibus suis. ps̄ dd̄ XXV

Iudica me dñe qm̄ ego i innocẽtia mea
ingressus sũ: ⁊ i dño sp̄erãs nõ infirma-
bor. Proba me dñe ⁊ tempta me: vre
renes meos ⁊ cor meũ. Qm̄ mĩa tua añ ocu
los meos ẽ: ⁊ cõplacui i v̄itate tua. Nõ se-
di cũ ꝯsilio vanitatꝫ: ⁊ cũ iniq̇ gerẽtibus nõ
introibo. Odiui ecclesiã malignãtiũ: ⁊ cum
ĩpijs nõ sedebo. Lauabo int̄ inocẽtes man⁹
meas: ⁊ circũdabo altare tuũ dñe. Ut audi-
am vocẽ laudis: ⁊ enarrẽ vniũsa mirabilia
tua. Dñe dilexi decorẽ dom⁹ tue: ⁊ locũ ha-
bitatiõis glorie tue. Ne p̄das cũ impijs de⁹
aiam meã: ⁊ cũ viris sanguinũ vitã meam.
In quoꝝ manib⁹ iniq̇tates sũt: dextera eoꝝ
repleta ẽ munerib⁹. Ego aũt i inocẽtia mea
ingressus sũ: redime me ⁊ miserere mei. Pes
enĩ meus stetit i directo: in ecclesijs bñdicã
te dñe. In finẽ ps̄ dd̄ priusq̄ liniret̄.

Dominus illuminatio XXVI
mea ⁊ salus mea: quẽ timebo?
Dñs ꝓtector vite mee: a q̇ tre-
pidabo? Dũ appropiant sup̄ me
nocentes: ut edant carnes meas. Qui tri-
bulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt ⁊
ceciderũt. Si consistant aduersũ me castra:
non timebit cor meũ. Si exurgat aduersum
me prelium: in hoc ego sp̄erabo. Unam petij
a dño hanc requirã: ut inhabitẽ i domo dñi
oĩbus diebus vite mee. Ut videã volũtatẽ
dñi: ⁊ visitem templũ eius. Qm̄ abscondit
me in tabernaculo suo i die malorũ: ꝓtexit
me in abscondito tabernaculi sui. In petra ex-
altauit me: ⁊ nũc exaltauit caput meũ super
inimicos meos. Circuiui ⁊ ĩmolaui in taber-
naculo ei⁹ hostiã vociferatiõis: cãtabo ⁊ psal-
mũ dicã dño. Exaudi dñe vocẽ meã qua cla-
maui ad te: miserere mei ⁊ exaudi me. Tibi
dixit cor meũ exq̇siuit te facies mea: faciem
tuã dñe requirã. Ne aũtas faciẽ tuã a me:
ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor me⁹
esto ne derelinq̇s me: neq̧ despicias me de⁹
salutaris meus. Qm̄ pater meus ⁊ mr̄ mea
dereliquerũt me: dñs aũt assumpsit me. Le-
gẽ pone mihi dñe in via tua: ⁊ dirige me in
semita recta ꝓpter inimicos meos. Ne tradi-
deris me in aias tribulantiũ me: qm̄ insur-
rexerũt in me testes iniq̇: ⁊ mẽtita ẽ iniq̇tas
sibi. Credo videẽ bona dñi: in terra viuentiũ.
Expecta dñm viriliť age: ⁊ ꝯfortet̄ cor tuũ
⁊ sustine dominum. ps̄ dd̄ quando fugi-
ens a facie absalonis ascẽdebat cliuũ oliua-
rũ nudis pedib⁹ ⁊ operto capite. XXVII

Ad te dñe clamabo deus meus ne si-
leas a me: ne qñ taceas a me: ⁊ assi-
milabor descendentib⁹ in lacũ. Ex-
audi dñe vocẽ orõnis mee dũ oro ad te: dũ
extollo manus meas ad templũ sanctũ tuũ.
Ne simul tradas me cũ pctõrib⁹: ⁊ cũ op̄an-
tibus iniquitatẽ ne p̄das me. Qui loquunt̄
pacẽ cũ ꝓximo suo: mala aũt in cordib⁹ eoꝝ.
Da illis s̄m op̄a eorũ: ⁊ s̄m nequitiã adin-
uentionũ ipsorũ. Scd̃m opera manuũ eorũ
tribue illis: redde retributionem eorũ ipsis.
Quoniã nõ intellexerũt opera dñi ⁊ in opera
manuum eius: destrues illos ⁊ non edifica-
bis eos. Benedict⁹ dñs: qm̄ exaudiuit vocẽ
deprecatiõis mee. Dñs adiutor meus ⁊ ꝓ-
tector meus: ⁊ i ipso sp̄auit cor meũ ⁊ adiu-
tus sũ. Et refloruit caro mea: ⁊ ex volũtate
mea cõfitebor ei. Dñs fortitudo plebis sue: ⁊
ꝓtector saluationũ xp̄i sui est. Saluũ fac po-
pulũ tuum dñe ⁊ bñdic hereditati tue: ⁊ rege
eos ⁊ extolle illos vsq̧ in eternum.

ꝓs dd̄ in cōsūmatiōe tabnaculi. XXVIII

Afferte dn̄o filij dei : afferte dn̄o filios arietū. Afferte dn̄o gloriā ⁊ honorē: afferte dn̄o gloriā noī eiꝰ: adorate dn̄m i atrio scō eius. Vox dn̄i sup aq̄s: deꝰ maiestatꝫ intonuit· dn̄s sup aq̄s multas. Vox dn̄i in virtute : vox dn̄i i magnificētia. Vox dn̄i ꝯfrigētꝫ cedros: ⁊ cōfriget dn̄s cedros libani. Et cōminuet eas tāq̄ vitulū libani: ⁊ dilectus queādmodū filiꝰ vnicorniū. Vox dn̄i intercidētꝫ flāmā ignis: vox dn̄i concutiētꝫ desertū: ⁊ cōmouebit dn̄s desertū cades. Vox dn̄i ꝑparātꝫ ceruos ⁊ reuelabit ꝯdensa: ⁊ i tēplo eiꝰ oēs dicēt gloriā. Dn̄s diluuium inhitare facit. ⁊ sedebit dn̄s rex i etn̄ū. Dn̄s ꝟtutē ppl'o suo dabit: dn̄s bn̄dicet ppl'o suo i pace.

ꝓs cātici in dedicatiōe domus dd̄. XXIX

Exaltabo te dn̄e qm̄ suscepisti me : nec delectasti inimicos meos sup me. Dn̄e deꝰ meus clamaui ad te: ⁊ sanasti me. Dn̄e eduxisti ab inferno aīam meā : saluasti me a descēdētibꝰ i lacū. Psallite dn̄o sci eiꝰ : ⁊ cōfitemi memorie scitatꝫ eiꝰ. Qm̄ ira i indignatiōe eiꝰ: ⁊ vita in volūtate eiꝰ. Ad vesp̄e demorabit̄ fletꝰ : ⁊ ad matutinū leticia. Ego āt dixi i abundantia mea: nō mouebor i eternū. Dn̄e: i volūtate tua ꝑstitisti decori meo ꝟtutē. Auertisti faciē tuā a me: ⁊ factꝰ sū ꝯturbatꝰ. Ad te dn̄e clamabo: ⁊ ad deum meū dep̄cabor. Que vtilitas in sanguie meo: dū descēdo i corruptionē. Nūq̄d confitebit̄ tibi puluis: aut annūciabit ꝟitatē tuā. Audiuit dn̄s ⁊ misertꝰ est mei : dn̄s factꝰ ē adiutor meꝰ. Cōuertisti planctū meū i gaudiū mihi : cōscidisti saccū meū ⁊ circūdedisti me leticia. Vt cantet tibi gloria mea ⁊ nō cōpungar : dn̄e deus meꝰ i etn̄ū ꝯfitebor tibi.

Er. dat l' i s. vomer. puluer. ciner. cucumerq. s. q hec nōia hn̄t recto duplices.

In finē ꝓs dd̄ pro extasi. XXX

In te dn̄e speraui nō ꝯfundar in eternū : i iusticia tua liba me. Inclina ad me aurē tuā : accelera ut eruas me. Esto m̄ in deū ꝓtectorē ⁊ i domū refugij : ut saluū me facias. Qm̄ fortitudo mea ⁊ refugiū meū es tu : ⁊ ꝓpter nomē tuū deduces me ⁊ enutries me. Educes me de laqueo hoc quē abscōderūt mihi: qm̄ tu es ꝓtector meꝰ. In manꝰ tuas cōmēdo spm̄ meū : redemisti me dn̄e deꝰ ꝟitatꝫ. Odisti obseruantes vanitates: sup uacue. Ego aūt i dn̄o sꝑaui : exultabo ⁊ letabor in mīa tua. Qm̄ respexisti humilitatē meā : saluasti de necessitatibꝰ aīam meā. Nec cōclusisti me i manibꝰ inimici : statuisti in loco spatioso pedes meos. Miserere mei dn̄e qm̄ tribulor: ꝯturbatꝰ ē in ira oculꝰ meꝰ : aīa mea ⁊ vent̄ meꝰ. Qm̄ defecit in dolore vita mea : ⁊ āni mei in gemitibꝰ. Infirmata ē i pauptate ꝟtus mea: ⁊ ossa mea conturbata sūt. Sup oēs inimicos meos factꝰ sū opprobriū vicinis meis valde : ⁊ timor notꝫ meis. Qui videbāt me foras fugerūt a me : obliuiōi datꝰ sū tanq̄ mortuꝰ a corde. Factꝰ sū tanq̄ vas ꝑditū : qm̄ audiui vituꝑationē multoꝝ cōmorantiū i circuitu. In eo dū cōuenirēt simul adūsum me : accipe aīam meā ꝯsiliati sūt. Ego aūt i te sꝑaui dn̄e : dixi deus meꝰ es tu : in manibꝰ tuis sortes mee. Eripe me de manu inimicoꝝ meoꝝ : ⁊ a ꝑsequētibꝰ me. Illustra faciē tuā sup s̄uū tuū: saluū me fac i mīa tua: dn̄e nō ꝯfundar qm̄ iuocaui te. Erubescāt ipij ⁊ deducant̄ in infernū : muta fiāt labia dolosa. Que loquūt̄ aduersus iustū iniq̄tatē : in supbia ⁊ in abusione. Qm̄ magna multitudo dulcedinis tue dn̄e: quā abscōdisti timētibꝰ te. Perfecisti eis q̄ sꝑāt in te: in cōspectu filioꝝ hoīuꝫ. Abscōdes eos in abscōdito faciei tue : a cōturbatione hoīuꝫ. Proteges eos i tabernaculo tuo : a ꝯdictiōe liguaꝝ. Bn̄dictꝰ dn̄s: qm̄ mirificauit mīam suā mihi i ciuitate munita. Ego aūt dixi i excessu mētꝫ mee: ꝓiectꝰ sū a facie oculoꝝ tuoꝝ. Ideo exaudisti vocē orōnis mee : dum clamarem ad te. Diligite dn̄m oēs sci eius : qm̄ ꝟitatē req̄ret dn̄s : ⁊ retribuet abūdant̄ facientibus superbiā. Viriliter agite ⁊ confortet̄ cor vr̄m: omnes qui speratis in dn̄o.

Eruditio dauid quando fuit sibi reuelatum dimissum sibi esse peccatum adulterij ⁊ homicidij. XXXI

Beati quorū remisse sūt iniquitates : ⁊ quorū tecta sūt peccata. Beatus vir cui non imputauit dn̄s peccatū : nec est in spiritu eius dolus. Qm̄ tacui inueterauerūt ossa mea : dum clamarē tota die. Quoniā die ac nocte grauata ē sup me manus tua : cōuersus sum i erūna mea dū configit̄ spina. Delictū meū cognitum tibi feci: ⁊ iniusticiā meā nō abscōdi. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā dn̄o : ⁊ tu remisisti impietatē peccati mei. Pro hac orabit ad te oīs scūs : i tp̄e opportuno. Verūtn̄ i diluuio aq̄rū multarū: ad eū nō approximabūt. Tu es refugiū meū a tribulatiōe que circūdedit me: exultatio mea erue me a circūdātibꝰ me. Intellectū tibi dabo ⁊ instruā te : i via hac q̄

gradieris firmabo sup te oculos meos. Noli-
te fieri sicut equꝰ ⁊ mulꝰ: quibꝰ nõ ẽ itellectꝰ.
In chamo ⁊ freno maxillas eoꝝ cõstringe:
q nõ approximãt ad te. Multa flagella pec-
catoris: spantẽ aũt i dño mĩa circũdabit. Le-
tamini i dño ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriami oẽs
recti corde. In finẽ ps dd. XXXII

Exultate iusti i dño: rectos decet col-
laudatio. Cõfitemi dño in cithara:
in psalterio decẽ chordaꝝ psallite illi.
Cãtate ei cãticũ nouũ: bñ psallite ei in voci-
feratiõe. Quia rectũ ẽ vbũ dñi: ⁊ oia opa eiꝰ
in fide. Diligit mĩam ⁊ iudiciũ: mĩa dñi ple-
na ẽ terra. Verbo dñi celi firmati sũt: ⁊ spũ
oris eiꝰ ois vtus eoꝝ. Cõgregãs sicut i vtre
aq̃s maris: ponẽs i thesauris abyssos. Timeat
dñm ois t̃ra: ab eo aũt cõmoueãt oẽs inha-
bitãtes orbẽ. Qm̃ ipse dixit ⁊ facta sũt: ipse
mãdauit ⁊ creata sũt. Dñs dissipat ɔsilia gẽ-
tiũ: reprobat aũt cogitatiões pplꝛoꝝ. ⁊ repro-
bat ɔsilia pncipũ. Cõsiliũ aũt dñi i et̃nũ ma-
net: cogitatiões cordis eiꝰ i gñatiõnẽ ⁊ ge-
neratiõnẽ. Btã gẽs cuiꝰ ẽ dñs deꝰ eiꝰ: pplꝰs
quẽ elegit i hereditatem sibi. De celo respexit
dñs: vidit oẽs filios hoĩuz. De pparato ha-
bitaculo suo: respexit sup oẽs q h̃itant t̃rã.
Qui finxit singillati corda eoꝝ: q intelligit
oia opa eoꝝ. Nõ saluat rex p multã vtutẽ:
⁊ gigas nõ saluabit in multitudine vtutꝭ sue
Fallax equꝰ ad salutẽ: i abũdãtia aũt vtutꝭ
sue nõ saluabit. Ecce oculi dñi sup metuen-
tes eũ: ⁊ i eis q sperãt sup mĩa eiꝰ. Vt eruat
a morte aias eoꝝ: ⁊ alat eos i fame. Aia nr̃a
sustinet dñm: qm̃ adiutor ⁊ protector nr̃ ẽ.
Quia in eo letabit cornu nr̃m: ⁊ in noĩe scõ
eiꝰ spauimꝰ. Fiat mĩa tua dñe sup nos: quẽ-
admodũ spauimꝰ i te. Psalmꝰ dd cũ muta-
uit os suũ corã abimelech. ⁊ eiecit eũ ⁊ abijt.

Benedicã dñm in oi XXXIII
tpe: sp laus eiꝰ in ore meo. In dño
laudabit aia mea: audiãt mãsueti
⁊ letẽt. Magnificate dñm mecũ: ⁊ exaltemꝰ
nomẽ eiꝰ in idipsũ. Exq̃siui dñm ⁊ exaudiuit
me: ⁊ ex oibus tribulationibꝰ meis eripuit
me. Accedite ad eũ ⁊ illuminami: ⁊ facies
vr̃e nõ ɔfundent. Iste paup clamauit ⁊ dñs
exaudiuit eũ: ⁊ de oibus tribulatiõibꝰ eiꝰ sal-
uauit eũ. Immittit angelꝰ dñi in circuitu ti-
mentium eũ: ⁊ eripiet eos. Gustate ⁊ videte
qm̃ suauis ẽ dñs: btũs vir q spat i eo. Time-
te dñm oẽs sci eiꝰ: qm̃ nõ ẽ inopia timentibꝰ
eũ. Diuites eguerũt ⁊ esurierũt: inquirẽtes
aũt dñm non minuent oi bono. Venite filij
audite me: timorẽ dñi docebo vos. Quis est
hõ q vult vitam: diligit dies videre bonos?
Prohibe linguã tuã a malo: ⁊ labia tua ne
loquant dolũ. Diuerte a malo ⁊ fac bonum:
inquire pacẽ ⁊ pseq̃re eã. Oculi dñi sup iu-
stos: ⁊ aures eiꝰ i pces eoꝝ. Vultꝰ aũt dñi
sup faciẽtes mala: ut pdat de t̃ra memoriã
eoꝝ. Clamauerũt iusti ⁊ dñs exaudiuit eos:
⁊ ex oibꝰ tribulationibꝰ eoꝝ liberauit eos. Iux
ẽ dñs his q tribulato sũt corde: ⁊ hũiles spũ
saluabit. Multe tribulatiões iustoꝝ: ⁊ de oi-
bus his liberabit eos dñs. Custodit dñs oia
ossa eoꝝ: vnũ ex his nõ ɔteret. Mors pctõꝝ
UT q̃d deus repulisti in finẽ: iratꝰ est furor tuus super oues pascue tue? Memor esto cõgregatiõis tue: quã possedisti ab initio. Redemisti virgã hereditatis tue: mons syon in quo habitasti in eo. Leua manꝰ tuas ĩ suꝑbias eoꝝ ĩ finẽ: quãta malignatꝰ est ĩimicꝰ in scõ? Et gloriati sũt q̃ oderũt te: in medio sollennitatis tue. Posuerũt signa sua signa ⁊ nõ cognouerũt: sicut in exitu suꝑ sũmũ. Quasi in silua lignoꝝ securibus exciderũt ianuas eiꝰ ĩ idipsũ: ĩ securi ⁊ ascia deiecerũt eã. Incẽderũt igni sanctuariũ tuũ in terra: polluerũt tabernaculũ nois tui. Dixerunt in corde suo cognatio eoꝝ simul: quiescere faciamꝰ oẽs dies festos dei a terra. Signa nostra nõ vidimꝰ: iam nõ est ꝓpheta ⁊ nos nõ cognoscet amplius. Usq̃quo deꝰ improperabit ĩimicꝰ: irritat aduersariꝰ nomen tuũ in finẽ? Ut q̃d auertis manũ tuã ⁊ dexterã tuã: de medio sinu tuo in finẽ? Deus aũt rex nr̃ ante secula: operatꝰ est salutem in medio t͛re. Tu ꝯfirmasti in ꝟtute tua mare: cõtribulasti capita draconũ ĩ aquis. Tu cõfregisti capita draconis: dedisti eũ escã populis ethiopũ. Tu dirupisti fontes ⁊ torrẽtes: tu siccasti fluuios ethan. Tuus ẽ dies ⁊ tua est nox: tu fabricatꝰ es aurorã ⁊ solem. Tu fecisti oẽs terminos terre: estatẽ ⁊ ver tu plasmasti ea. Memor esto huiꝰ: inimicꝰ improperauit dño: ⁊ populꝰ insipiẽs incitauit nomen tuũ. Ne tradas bestijs aĩas cõfitentes tibi: ⁊ aĩas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris ĩ finẽ. Respice in testamentũ tuũ: quia repleti sunt q̃ obscurati sũt terre domibꝰ iniquitatũ. Ne auertat͛ humilis factꝰ cõfusus: pauper ⁊ inops laudabũt nomẽ tuũ. Exurge deꝰ iudica cãm tuã: memor esto improperiorũ tuoꝝ q̃ ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorũ tuorũ: superbia eoꝝ qui te oderũt ascendit semꝑ.

Victori nõ dispdas p̃s cantici asaph. LXXIIII

COnfitebimur tibi deus ꝯfitebimur: ⁊ inuocabimus nomen tuũ. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Liquefacta

est t̄ra ⁊ oēs q̄ habitant in ea: ego ꝯfirmaui
colūnas eiꝰ. Dixi iniquis nolite inique agē:
⁊ delinquentibꝰ nolite exaltare cornu. Noli-
te extollere in altū cornu vestrū: nolite loq̄
aduersus deū iniquitatē. Quia neq̧ ab ori-
ente neq̧ ab occidente neq̧ a desertis mon-
tibus: qm̄ deꝰ iudex est. Hūc humiliat ⁊ hūc
exaltat: q̄a calix in manu dn̄i vini meri ple-
nus mixto. Et inclinauit ex hoc in h̄: verūtm̄
fex eius non ē exinanita: bibēt omnes pecca-
tores terre. Ego aūt annūciabo in seculum:
cantabo deo iacob. Et oīa cornua peccatorꝫ
confringam: ⁊ exaltabuntur cornua iusti.

Victori in carminibꝰ ps̄ asaph cantici.

NOtus in iudea deꝰ: in isrl̄ LXXV
magnū nomē eius. Et factus est in
pace locus eiꝰ: ⁊ habitatio eiꝰ i syon
Ibi cōfregit potētias: arcū scutū gladium ⁊
bellū. Illuminans tu mirabiliter a mōtibꝰ
et̄nis: turbati sūt oēs insipiētes corde. Dor-
mierūt somnū suū: ⁊ nihil iuenerūt oēs viri
diuitiarū in manibꝰ suis. Ab increpatiōe tua
deus iacob: dormitauerūt q̄ ascēderūt eq̄s.
Tu terribilis es ⁊ quis resistet tibi? ex tunc
ira tua. De celo auditū fecisti iudiciū: terra
tremuit ⁊ quieuit. Cū exurgeret in iudicium
deꝰ: ut saluos faceret oēs mansuetos terre.
Qm̄ cogitatio hoīs cōfitebit̄ tibi: ⁊ reliquie
cogitatiōis diem festū agent tibi. Vouete ⁊
reddite dn̄o deo vr̄o: oēs qui in circuitu eiꝰ
affertis munera. Terribili ⁊ ei q̄ aufert spm̄
principū: terribili apud reges terre. Vi-
ctori sup ydithū ps̄ asaph. LXXVI

VOce mea ad dominū clamaui: voce
mea ad deū ⁊ intendit mihi. In die
tribulatiōis mee deū exq̄siui māibꝰ
meis nocte ꝯtra eū: ⁊ nō sū deceptus. Re-
nuit cōsolari aīa mea: memor fui dei ⁊ dele-
ctatꝰ sū: ⁊ exercitatus sū ⁊ defecit spūs meꝰ.
Anticipauerūt vigilias oculi mei: turbatꝰ
sum ⁊ nō sū locutꝰ. Cogitaui dies ātiquos:
⁊ ānos eternos in mente habui. Et medita-
tus sum nocte cū corde meo: ⁊ exercitabar ⁊
scopebā spm̄ meū. Nūq̄d in et̄nū ꝓiiciet deꝰ:
aut nō apponet ut complacitior sit adhuc?
Aut in finē misericordiā suā abscidet: a ge-
neratione in generationē? Aut obliuiscetur
misereri deus: aut cōtinebit in ira sua mise-
ricordias suas? Et dixi nūc cepi: hec muta-
tio dextere excelsi. Memor fui opeꝝ dn̄i: q̄a
memor ero ab initio mirabiliū tuoꝝ. Et me-
ditabor in oībꝰ operibꝰ tuis. ⁊ in adinuentio-
nibus tuis exercebor. Deus in scō via tua:
quis deus magnus sicut deus noster? tu es
deus qui facis mirabilia. Notā fecisti in po-
pulis virtutē tuā: redemisti in brachio tuo
populū tuū: filios iacob ⁊ ioseph. Viderūt
te aque deus viderūt te aque ⁊ timuerunt: ⁊
turbate sūt abyssi. Multitudo sonitꝰ aquaꝝ
vocē dederūt nubes. Etenī sagitte tue trā-
seunt: vox tonitrui tui in rota. Alluxerunt
coruscationes tue orbi terre: cōmota est ⁊
ꝯtremuit terra. In mari via tua ⁊ semite tue
in aq̄s multis: ⁊ vestigia tua nō cognoscēt̄.
Deduxisti sic̄ oues ppl̄m tuū: i manu moysi
⁊ aaron. Eruditio asaph. LXXVII

ATtēdite ppl̄e meus legē meā: incli-
nate aurē vestrā in verba oris mei.
Aperiā in parabolis os meum: lo-
quar ꝓpositiones ab initio. Quanta audi-
uimꝰ ⁊ cognouimꝰ ea: ⁊ patres nostri nar-
rauerūt nobis. Non sunt occultata a filijs
eoꝝ: in generatione altera. Narrantes lau-
des dn̄i ⁊ virtutes eiꝰ: ⁊ mirabilia eiꝰ q̄ fecit.
Et suscitauit testimoniū in iacob: ⁊ legē po-
suit in isrl̄. Quāta mandauit patribꝰ nostris
nota facere ea filijs suis: ut cognoscat gene-
ratio altera. Filij q̄ nascent̄ ⁊ exurgēt: ⁊ nar-
rabunt filijs suis. Ut ponāt in deo spem suā:
⁊ nō obliuiscant̄ operū dei: ⁊ mandata eius
exquirāt. Ne fiant sicut patres eoꝝ: gn̄atio
praua ⁊ exasperās. Generatio que nō dire-
xit cor suū: ⁊ nō est creditus cū deo spūs eiꝰ.
Filij effrem intendentes ⁊ mittētes arcū: cō-
uersi sunt in die belli. Nō custodierūt testa-
mentū dei: ⁊ in lege eius noluerūt ambula-
re. Et obliti sunt benefactoꝝ eius: ⁊ mirabi-
liū eiꝰ que ostēdit eis. Corā patribꝰ eoꝝ fecit
mirabilia i terra egypti: in campo thaneos.
Interrupit mare ⁊ ꝑduxit eos: ⁊ statuit aq̄s
quasi in vtre. Et deduxit eos in nube diei: ⁊
tota nocte in illuminatione ignis. Interupit
petrā i heremo: ⁊ adaq̄uit eos velut i abysso
multa. Et eduxit aquam de petra: ⁊ eduxit
tāq̄ flumina aquas. Et apposuerūt adhuc
peccare ei: i irā excitauerūt excelsū i inaquoso.
Et tēptauerūt deū in cordibꝰ suis: ut peterēt
escas animabus suis. Et male locuti sūt de
deo: dixerunt nunquid poterit deus parare
mensam in deserto? Quoniā ꝑcussit petrā ⁊
fluxerunt aque: ⁊ torrentes inundauerunt.
Nūquid ⁊ panem poterit dare: aut portare

mensam populo suo? Ideo audiuit dñs ⁊
distulit: ⁊ ignis accensus est in iacob: ⁊ ira
ascendit in isrl'. Quia nõ crediderunt i deo:
nec sperauerũt in salutari eiꝰ. Et mandauit
nubibꝰ desup: ⁊ ianuas celi aperuit. Et pluit
illis mãna ad manducandũ: ⁊ panẽ celi de-
dit eis. Panẽ angeloꝝ manducauit homo:
cibaria misit eis in abũdantiã. Transtulit
austrũ de celo: ⁊ induxit ĩ virtute sua affricũ.
Et pluit super eos sicut puluerem carnes: ⁊
sicut arenã maris volatilia pẽnata. Et ceci-
derunt in medio castroꝝ eoꝝ: circa taberna-
cula eoꝝ. Et manducauerunt ⁊ saturati sũt
nimis: ⁊ desideriũ eoꝝ attulit eis: non sunt
fraudati a desiderio suo. Adhuc esce eorum
erant in ore ipsoꝝ: ⁊ ira dei ascendit sup eos
Et occidit pingues eoꝝ: ⁊ electos isrl' impe-
diuit. In omnibꝰ his peccauerunt adhuc: ⁊
nõ crediderũt in mirabilibus eius. Et defe-
cerunt in vanitate dies eoꝝ: ⁊ anni eoꝝ cũ
festinatione. Cũ occideret eos querebãt eũ:
⁊ reuertebant ⁊ diluculo veniebant ad eum
Et rememorati sũt quia deus adiutor ẽ eoꝝ:
⁊ deꝰ excelsus redemptor eoꝝ ẽ. Et dilexerũt
eum in ore suo: ⁊ lingua sua mentiti sunt ei.
Cor aũt eoꝝ nõ erat rectũ cũ eo: nec fideles
habiti sunt in testamento eius. Ipse autẽ est
misericors ⁊ ꝓpitius fiet peccatis eoꝝ: ⁊ nõ
disꝑdet eos. Et abundauit ut auerteret irã
suã: ⁊ nõ accendit oẽm iram suã. Et recor-
datus est quia caro sunt: spiritus vadens ⁊
nõ rediens. Quotiẽs exacerbauerũt eum in
deserto: in iram cõcitauerũt eum in inaq̃so.
Et cõuersi sunt ⁊ temptauerũt deũ: ⁊ sanctũ
isrl' exacerbauerũt. Non sũt recordati manꝰ
eiꝰ: die qua redemit eos de manu tribulant;
Sicut posuit in egypto signa sua: ⁊ ꝓdigia
sua in campo thaneos. Et cõuertit ĩ sangui-
nem flumina eoꝝ: ⁊ hymbres eoꝝ ne bi-
berẽt. Misit in eos cynomiã ⁊ comedit eos:
⁊ ranã ⁊ disꝑdidit eos. Et dedit erugini fru-
ctus eoꝝ: ⁊ labores eoꝝ locuste. Et occidit
in grandine vineas eoꝝ: ⁊ moros eorum in
pruina. Et tradidit grandini iumenta eoꝝ:
⁊ possessiones eoꝝ igni. Misit ĩ eos irã indi-
gnationis sue: indignationẽ ⁊ iram ⁊ tribu-
lationẽ: ĩmissiones ꝑ angelos malos. Viã
fecit semite ire sue: non pepcit a morte aĩarũ
eoꝝ: ⁊ iumenta eoꝝ in morte conclusit. Et
ꝑcussit oẽ ꝓmogenitũ in terra egypti: ꝓmiti-
as oĩs laboris eoꝝ in tabernaculis cham.

Et abstulit sicut oues ppl'm suũ: ⁊ perduxit
eos tanq̃ gregẽ in deserto. Et deduxit eos i
spe ⁊ non timuerũt: ⁊ inimicos eoꝝ operuit
mare. Et induxit eos in montẽ sanctificati-
onis sue: montẽ quẽ acq̃siuit dextera eiꝰ. Et
eiecit a facie eoꝝ gentes: ⁊ sorte diuisit eis
terrã in funiculo distributiõis. Et habitare
fecit in tabernaculis eoꝝ: tribꝰ isrl'. Et tem-
ptauerũt ⁊ exacerbauerũt deũ excelsũ: ⁊ te-
stimonia eiꝰ nõ custodierũt. Et auerterũt se
⁊ nõ seruauerũt pactũ: quẽadmodũ patres
eoꝝ cõuersi sunt in arcũ prauũ. In iram cõ-
citauerunt eũ in collibꝰ suis: ⁊ in sculptilibꝰ
suis ad emulationẽ eũ ꝓuocauerũt. Audi-
uit deus ⁊ spreuit: ⁊ ad nihilũ redegit valde
isrl'. Et repulit tabernaculũ sylo: tabernacu-
lũ suũ vbi habitauit in hoibꝰ. Et tradidit in
captiuitatẽ ꝟtutẽ eoꝝ: ⁊ pulchritudinẽ eoꝝ
in manꝰ inimici. Et ꝯclusit in gladio populũ
suũ: ⁊ hereditatẽ suã spreuit. Iuuenes eoꝝ
comedit ignis: ⁊ virgines eoꝝ nõ sunt lamẽ-
tate. Sacerdotes eoꝝ in gladio ceciderũt: ⁊
vidue eoꝝ nõ plorabant. Et excitatꝰ est tãq̃
dormiẽs dñs: tanq̃ potẽs crapulatꝰ a vino.
Et ꝑcussit ĩimicos suos ĩ posteriora: oppro-
briũ sempiternũ dedit illis. Et repulit taber-
naculum ioseph: ⁊ tribũ effrem non elegit.
Sed elegit tribum iuda: montẽ syon quẽ di-
lexit. Et edificauit sicut vnicornis sanctifi-
ciũ suũ: in terra quã fundauit in secula. Et
elegit dauid seruũ suũ: ⁊ sustulit eũ de gre-
gibꝰ ouiũ: de post fetãtes accepit eũ. Pascere
iacob ꝟuũ suũ. ⁊ isrl' hereditatẽ suã. Et pauit
eos in innocẽtia cordis sui: ⁊ in intellectibꝰ
manuũ suaꝝ deduxit eos. Canticũ asaph.

LXXVIII

D Eus venerũt gẽtes in hereditatẽ tuã: polluerũt templũ
sanctũ tuũ: posuerũt irl'm in pomoꝝ
custodiã. Posuerũt morticina seruoꝝ tuoꝝ
escas volatilibꝰ celi: carnes sanctoꝝ tuoꝝ be-
stijs terre. Effuderunt sanguinẽ ipsoꝝ tãq̃
aquã in circuitu irl'm: ⁊ non erat q̃ sepeliret.
Facti sumꝰ opprobriũ vicinis nostris: sub-
sannatio ⁊ illusio his qui in circuitu nostro
sunt. Vsq̃quo dñe irasceris in finẽ: accen-
detur velut ignis celꝰ tuus? Effunde iram
tuã in gentes que te nõ nouerũt: ⁊ in regna
que nomen tuũ nõ inuocauerunt. Quia co-
mederũt iacob: ⁊ locũ eius desolauerũt. Ne
memineris iniq̃tatũ nr̃aꝝ ãtiq̃ꝝ: cito ãticipẽt
nos mĩe tue: q̃a pauperes facti sumꝰ nimis.

Adiuua nos deꝰ salutaris noster: ⁊ ꝓpter gloriam nois tui dñe libera nos. Et propitius esto pctis nostris propter nomẽ tuũ: ne forte dicãt i gẽtibus· vbi ẽ deꝰ eoꝝ. Et innotescãt i natiõibus: corã oculis nr̃is. Ultio sanguinis seruoꝝ suoꝝ qui effusus est: introeat i ꝯspectu tuo gemitus cõpeditoꝝ. Scd̃m magnitudinẽ brachij tui: posside filios mortificatoꝝ. Et redde vicinis nr̃is septuplum in sinu eoꝝ: iproperiũ ipsoꝝ qđ exꝓbrauerunt tibi dñe. Nos aũt ꝑplus tuus ⁊ oues pascue tue: cõfitebimur tibi in seculũ. In gñatione ⁊ generatione: annũciabimus laudẽ tuam.

Ad victoriam super lilia testimonium asaph. ps̃. LXXIX

QUi regis isrl̃ itẽde: q̇ deducis velut ouẽ ioseph. Qui sedes super cherubin manifestare: corã effraim beniamin ⁊ manasse. Excita potentiã tuã ⁊ veni: ut saluos facias nos. Deus conuerte nos: ⁊ oñde faciẽ tuã ⁊ salui erimus. Dñe deꝰ ꝟtutũ: quousq̧ irasceris sup orõnẽ serui tui? Cibabis nos pane lachrymarũ: ⁊ potũ dabis nobis in lachrymis in mẽsura. Posuisti nos in contradictionẽ vicinis nostris: ⁊ inimici nostri subsannauerũt nos. Deus virtutũ cõuerte nos: ⁊ ostẽde faciẽ tuam ⁊ salui erimꝰ. Uineã de egypto trãstulisti: eiecisti gentes ⁊ plantasti eam. Dux itineris fuisti in cõspectu eiꝰ: ⁊ plantasti radices eius ⁊ impleuit terrã Operuit montes vmbra eiꝰ: ⁊ arbusta eius cedros dei. Extendit palmites suos vsq̧ ad mare: ⁊ vsq̧ ad flumen ꝓpagines eius. Ut q̇d destruxisti maceriã eius: ⁊ vindemiãt eã oẽs qui ꝑtergrediunt viã. Exterminauit eã aper de silua: ⁊ singularis ferus depastus ẽ eã. Deus virtutũ cõuertere: respice de celo ⁊ vide ⁊ visita vineã istã. Et ꝑfice eã quã plantauit dextera tua: ⁊ sup filiũ hois quẽ cõfirmasti tibi. Incẽsa igni ⁊ suffossa: ab increpatione vultꝰ tui ꝑibũt. Fiat manꝰ tua sup virũ dextere tue: ⁊ sup filiũ hois quẽ ꝯfirmasti tibi Et nõ discedimꝰ a te: viuificabis nos ⁊ nomẽ tuũ inuocabimꝰ. Dñe deꝰ virtutũ cõuerte nos: ⁊ ostende faciẽ tuã ⁊ salui erimꝰ.

Uictori in torcularibꝰ asaph. ps̃. LXXX

EXultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob. Sumite psalmũ ⁊ date tympanũ: psalteriũ iocundũ cũ cithara. Buccinate in neomenia tuba: i insigni die sollẽnitatis vr̃e. Quia ꝓceptũ in isrl̃ est: ⁊ iudiciũ deo iacob. Testimonium in ioseph posuit illud: cũ exiret de terra egypti· linguã quã nõ nouerat audiuit. Diuertit ab oneribus dorsum eiꝰ: manꝰ eius in cophino seruierunt. In tribulatiõe inuocasti me ⁊ liberaui te: exaudiui te in abscondito tẽpestatis: probaui te apud aquã ꝯtradictiõis. Audi populus meꝰ ⁊ cõtestabor te: isrl̃ si audieris me nõ erit in te deus recens: neq̧ adorabis deũ alienũ. Ego .n. sum dñs deus tuus q̇ eduxi te de t̃ra egypti: dilata os tuũ ⁊ implebo illud. Et nõ audiuit populus meꝰ vocẽ meã: ⁊ isrl̃ non intendit mihi. Et dimisi eos ꝺm desideria cordis eoꝝ: ibunt in adinuẽtionibꝰ suis. Si populus meus audisset me: isrl̃ si i vijs meis ambulasset. Pro nihilo forsitã inimicos eorum humiliassem: ⁊ sup tribulantes eos misissem manũ meã. Inimici dñi mẽtiti sũt ei: ⁊ erit tempꝰ eorũ i secula. Et cibauit illos ex adipe frumenti: ⁊ de petra melle saturauit eos.

Ps̃ asaph. LXXXI

QEus stetit in synagoga deoꝝ: in medio aũt deos diiudicat. Usq̧ q̇ iudicatis iniquitatẽ: ⁊ facies pctoꝝ sumitis? Iudicate egeno ⁊ pupillo: humilẽ ⁊ pauperẽ iustificate. Eripite pauperẽ: ⁊ egenũ de manu pctõris liberate. Nescierũt neq̧ intellexerunt· in tenebris ambulant: mouebũt oĩa fundamenta terre. Ego dixi· dij estis: ⁊ filij excelsi oẽs. Uos aũt sicut homines moriemini: ⁊ sicut vnus de principibꝰ cadetis. Surge deus iudica terrã: qm̃ tu hereditabis in oibus gentibus.

Canticũ psalmi asaph. LXXXII

DEus q̇s similis erit tibi? ne taceas neq̧ cõpescaris deus. Qm̃ ecce inimici tui sonuerunt: ⁊ qui oderunt te extulerũt caput. Sup pplm̃ tuũ malignauerũt consiliũ: ⁊ cogitauerũt aduersus scõs tuos. Dixerunt venite ⁊ dispdamus eos de gente: ⁊ nõ memoret nomen isrl̃ vltra. Qm̃ cogitauerunt vnanimiter: simul aduersũ te testamentũ disposuerunt tabernacula idumeorũ ⁊ ismahelite. Moab ⁊ aggareni gebal ⁊ ãmon ⁊ amalech: alienigene cũ habitantibus tyrũ. Eteni assur venit cum illis: facti sunt in adiutoriũ filijs loth. Fac illis sicut madiã ⁊ sysare: sicut iabin i torrẽte cyson Disperierũt in endor: facti sunt ut stercꝰ terre. Pone principes eoꝝ sicut oreb ⁊ zeb: ⁊ zebee

⁊ salmana. Oēs principes eoꝝ: qui dixerūt hereditate possideamus sanctuariū dei. Deꝰ meus pone illos ut rotā: ⁊ sicut stipulā ante faciē venti. Sicut ignis qui cōburit siluam: ⁊ sicut flāma cōburēs mōtes. Ita ꝑsequeris illos in tempestate tua: ⁊ i ira tua turbabis eos. Imple facies eoꝝ ignominia: ⁊ querent nomen tuū dn̄e. Erubescāt ⁊ cōturbentur in seculū seculi: ⁊ confundanť ⁊ pereant. Et cognoscant quia nomen tibi dn̄s: tu solus altissimus in omni terra.

Ad victoriā pro torcularibꝰ filijs chore ꝑs. LXXXIII

Quam dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū: cōcupiscit ⁊ deficit aīa mea in atrio dn̄i. Cor meum ⁊ caro mea: exultauerūt in deū viuū. Etenī passer iuenit sibi domū: ⁊ turtur nidum vbi ponat pullos suos. Altaria tua dn̄e virtutū: rex meꝰ ⁊ deꝰ meus. Beati qui habitant ī domo tua dn̄e: in secula seculorū laudabunt te. Beatꝰ vir cuiꝰ est auxiliū abs te: ascensiōes in corde suo disposuit in valle lachrymaꝝ: in loco quē posuit. Etenī bn̄dictionē dabit legislator: ibūt de virtute in virtutē: videbiť deus deorū in syon. Domine deus virtutū exaudi orationē meā: auribus percipe deus iacob. Protector noster aspice deus: ⁊ respice in faciem christi tui. Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super milia. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis ꝙ habitare in tabernaculis peccatoꝝ. Quia misericordiā ⁊ veritatē diligit deus: gratiā ⁊ gloriā dabit dn̄s. Non ꝓuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: dn̄e virtutū beatus homo qui sperat in te.

Victoꝝ filioꝝ chore cāticū. LXXXIIII

Benedixisti dn̄e terram tuam: auertisti captiuitatē iacob. Remisisti iniquitatē plebis tue: operuisti omnia peccata eorū. Mitigasti omnē iram tuam: auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos deus salutaris noster: ⁊ auerte irā tuā a nobis. Nūquid in eternū irasceris nobis: aut extendes iram tuā a generatione in generationē? Deus tu conuersus viuificabis nos. ⁊ plebs tua letabiť in te. Ostēde nobis dn̄e misericordiā tuā: ⁊ salutare tuū da nobis. Audiā quid loquať in me dn̄s deꝰ: qm̄ loqueť pacē in plebē suam. Et super sanctos suos: ⁊ in eos qui ꝯuertunť ad cor. Verūtm̄ prope timentes eū salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia ⁊ veritas obuiauerūt sibi: iusticia ⁊ pax osculate sunt. Veritas de terra orta est: ⁊ iusticia de celo ꝓspexit. Etenī dn̄s dabit benignitatē: ⁊ terra nostra dabit fructū suū. Iusticia ān eū ambulabit: ⁊ ponet in via gressus suos.

Oratio dauid. LXXXV

Inclina dn̄e aurem tuā ⁊ exaudi me: qm̄ inops ⁊ pauper sum ego. Custodi animā meā qm̄ sanctus sum: saluum fac seruū tuū deus meus sperantē in te. Miserere mei dn̄e qm̄ ad te clamaui tota die: letifica animā serui tui qm̄ ad te dn̄e animā meā leuaui. Quoniā tu dn̄e suauis ⁊ mitis: ⁊ multe misericordie oībus inuocantibꝰ te. Auribus ꝑcipe dn̄e orationē meā: ⁊ intēde voci deprecationis mee. In die tribulatiōis mee clamaui ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui in dijs dn̄e: ⁊ nō est ꝭm opera tua. Omnes gētes quascūq₃ fecisti venient ⁊ adorabūt corā te dn̄e: ⁊ glorificabunt nomen tuū. Qm̄ magnus es tu ⁊ faciens mirabilia: tu es deus solus. Deduc me dn̄e in via tua: ⁊ ingrediar in veritate tua: leteť cor meū ut timeat nomē tuū. Cōfitebor tibi dn̄e deus meus in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomen tuū ī eternū. Quia misericordia tua magna est sup me: ⁊ eruisti animā meam ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt sup me: ⁊ synagoga potentiū quesierūt aīam meā: ⁊ nō ꝓposuerūt te in cōspectu suo. Et tu dn̄e deus miserator ⁊ misericors: patiens ⁊ multe mīe ⁊ verax. Respice in me ⁊ miserere mei: da imperiū tuū puero tuo: ⁊ saluū fac filiū ancille tue. Fac mecū signū in bonū ut videant qui oderunt me ⁊ cōfundanť: quoniā tu domine adiuuisti me ⁊ cōsolatus es me.

Filioꝝ chore cātici. ꝑs. LXXXVI

Fundamenta eiꝰ in mōtibꝰ sanctis: diligit dn̄s portas syon sup omnia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Memor ero raab ⁊ babylonis: sciētiū me. Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ populus ethiopum: hi fuerunt illic. Nūqd syon dicet homo: ⁊ homo natus est in ea: ⁊ ipse fundauit eam altissimus. Dominꝰ narrabit in scripturis populorū: ⁊ ꝓncipū horū q̄ fuerūt in ea. Sicut letātiū oīu₃: habitatio est ī te.

Cāticū psalmi filijs chore in finē ꝓ malabat ad rn̄dēdū ītellectꝰ heman ezraite. LXXXVII

Domine deus salutis mee: in die clamaui ⁊ nocte corā te.

Jntret ĩ cõſpectu tuo orõ mea: inclina aurẽ tuam ad precem meã. Quia repleta eſt malis aĩa mea: ⁊ vita mea iferno appropinquit Eſtimatus ſum cũ deſcẽdẽtibꝰ in lacũ: factꝰ ſũ ſicut hõ ſine adiutorio inter mortuos liber Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris quorũ nõ es memor ampliꝰ: ⁊ ipſi de manu tua repulſi ſũt. Poſuerũt me in lacu inferiori: in tenebroſis ⁊ in vmbra mortis. Super me confirmatꝰ eſt furor tuus: ⁊ oẽs fluctus tuos induxiſti ſup me. Longe feciſti notos meos a me: poſuerunt me abhoĩationẽ ſibi. Traditꝰ ſum ⁊ nõ egrediebar: oculi mei languerũt pre inopia. Clamaui ad te dñe: tota die expãdi ad te manus meas. Nũqd mortuis facies mirabilia: aut medici ſuſcitabũt ⁊ cõfitebunt tibi? Nũquid narrabit aliqs in ſepulchro mĩam tuã: ⁊ veritatẽ tuã in pditionẽ? Nũquid cognoſcent in tenebris mirabilia tua: ⁊ iuſticia tua in terra obliuionis? Et ego ad te dñe clamaui: ⁊ mane orõ mea pueniet te. Ut quid dñe repellis orõnẽ meã: auertis faciẽ tuam a me? Paup ſum ego ⁊ in laboribus a iuuẽtute mea: exaltatus aũt humiliatꝰ ſum ⁊ cõturbatꝰ. Jn me tranſierũt ire tue: ⁊ terrores tui cõturbauerũt me. Circũdederũt me ſicut aqua tota die: circũdederũt me ſimul. Elõgaſti a me amicũ ⁊ ꝓximũ: ⁊ notos meos a miſeria. Eruditio ethan ezraite. LXXXVIII

Miſericordias dñi: in eternũ cãtabo. Jn generationẽ ⁊ generationẽ: annũciabo veritatẽ tuam in ore meo. Qm̃ dixiſti ĩ eternũ miſericordia edificabit in celis: pparabit veritas tua in eis. Diſpoſui teſtamẽtũ electis meis: iuraui dauid ſeruo meo vſqꝫ in eternũ pparabo ſemen tuũ. Et edificabo in generatione ⁊ generationẽ: ſedẽ tuã. Cõfitebunt celi mirabilia tua dñe: etenĩ veritatẽ tuam in eccleſia ſanctoꝝ. Qm̃ qs in nubibus equabit dño: ſilis erit deo in filijs dei? Deꝰ q̇ glorificat in conſilio ſcõrũ: magnus ⁊ terribilis ſup oẽs qui in circuitu eius ſunt. Dñe deus virtutũ q̇s ſimilis tibi? potens es dñe ⁊ veritas tua in circuitu tuo. Tu dñaris ptãti maris: motum aũt fluctuũ eius tu mitigas. Tu humiliaſti ſicut vulneratũ ſuperbũ: in brachio ṽtutis tue diſpſiſti inimicos tuos. Tui ſunt celi ⁊ tua eſt terra: orbẽ terre ⁊ plenitudinẽ eiꝰ tu fundaſti: aquilonẽ ⁊ mare tu creaſti. Thabor ⁊ hermon in noĩe tuo exultabũt: tuũ brachiũ cũ potẽtia. Firmet manꝰ tua ⁊ exaltet dextera tua: iuſticia ⁊ iudiciũ pparatio ſedis tue. Miſericordia ⁊ veritas precedent faciẽ tuã: btũs populus q̇ ſcit iubilationẽ. Dñe in lumine vultus tui ambulabũt: ⁊ in noĩe tuo exultabũt tota die: ⁊ in iuſticia tua exaltabuntur. Qm̃ gloria virtutꝫ eoꝝ tu es: ⁊ in beneplacito tuo exaltabit cornu nr̃m. Quia dñi ẽ aſſumptio nr̃a: ⁊ ſci iſrt regꝭ nr̃i. Tũc locutus es in viſione ſanctis tuis: ⁊ dixiſti· poſui adiutoriũ ĩ potente: ⁊ exaltaui electũ de plebe mea. Jnueni dauid ſeruũ meũ: oleo ſcõ meo vnxi eũ. Manꝰ enĩ mea auxiliabit ei: ⁊ brachiũ meũ cõfirmabit eũ. Nihil pficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniqtatis non apponet nocere ei. Et concidã a facie ipſiꝰ inimicos eiꝰ: ⁊ odiẽtes eũ in fugã conuertã. Et veritas mea ⁊ mĩa mea cũ ipſo: ⁊ in noĩe meo exaltabit cornu eiꝰ. Et ponã in mari manũ eiꝰ: ⁊ ĩ fluminibus dexterã eius. Jpſe inuocabit me pater meus es tu: deus meꝰ ⁊ ſuſceptor ſalutis mee. Et ego pmogenitũ ponã illũ: excelſum p̃ regibꝰ terre. Jn eternũ ſeruabo illi mĩam meã: ⁊ teſtamentũ meũ fidele ipſi. Et ponã in ſeculũ ſeculi ſemẽ eiꝰ: ⁊ thronũ eius ſicut dies celi. Si aũt dereliquerint filij eiꝰ legem meã: ⁊ in iudicijs meis nõ ambulauerint. Si iuſticias meas ꝓphanauerint: ⁊ mãdata mea nõ cuſtodierint. Uiſitabo in virga iniquitates eoꝝ: ⁊ in verberibꝰ peccata eoꝝ. Miſericordiã aũt meã non diſpergã ab eo: neqꝫ nocebo in veritate mea. Neqꝫ ꝓphanabo teſtamẽtũ meũ: ⁊ que ꝓcedunt de labijs meis nõ faciam irrita. Semel iuraui ĩ ſcõ meo ſi dauid mentiar: ſemen eius in eternũ manebit. Et thronꝰ eius ſicut ſol in cõſpectu meo: ⁊ ſicut luna pfecta in eternũ: ⁊ teſtis in celo fidelis. Tu vero repuliſti ⁊ deſpexiſti: diſtuliſti xp̃m tuũ. Auertiſti teſtamẽtũ ſerui tui: ꝓphanaſti ĩ terra ſanctuariũ eiꝰ. Deſtruxiſti omnes ſepes eius: poſuiſti firmamentũ eius formidinẽ. Diripuerũt eũ oẽs tranſeũtes viã: factus ẽ opprobriũ vicinis ſuis. Exaltaſti dexterã deprimentiũ eũ: letificaſti oẽs inimicos eius. Auertiſti adiutoriũ gladij eius: ⁊ nõ es auxiliatꝰ ei ĩ bello. Deſtruxiſti eũ ab emũdatione: ⁊ ſedẽ eiꝰ in terra colliſiſti. Minoraſti dies tpis eius: pfudiſti eum cõfuſione. Uſqꝫ q̇ dñe auertis in finem: exardeſcet ſicut ignis ira tua? Memorare q̃ mea ſubſtãtia:

nū̄qd eni vane ꝯstituisti oēs filios hominū?
Quis est homo q̇ viuet ⁊ nō videbit mortē:
eruet aiam suā de manu inferi? Ubi sūt mīe
tue antiq̄ dn̄e: sicut iurasti dauid in veritate
tua? Memor esto dn̄e opprobrij seruorum
tuoꝝ: qḋ cōtinui in sinu meo multaꝝ gētiū.
Qḋ exprobrauerūt inimici tui dn̄e: qḋ exp/
brauerīt cōmutationē xp̄i tui. Bn̄dict⁹ dn̄s
in eternū: fiat fiat. Oratio moysi hōis dei.

DOmine refugiū LXXXIX
factus es nobis: a generatione i ge/
nerationem. Priusq̄ montes fierent
aut formaretur terra ⁊ orbis a seculo ⁊ in se/
seculū tu es deus. Ne auertas hominē in hu/
militatē: ⁊ dixisti cōuertimini filij hoīuz. Qm̄
mille anni ante oculos tuos: tanq̄ dies he/
sterna q̄ p̄terijt. Et custodia in nocte: q̄ pro
nihilo habent̄ eoꝝ anni erūt. Mane sic her/
ba transeat: mane floreat ⁊ transeat: vespe
decidat induret ⁊ arescat. Quia defecim⁹ in
ira tua: ⁊ in furore tuo turbati sumus. Po/
suisti iniq̄tates nr̄as in cōspectu tuo: seculū
nostrū in illuminatiōe vult⁹ tui. Qm̄ omnes
dies nostri defecerūt: ⁊ in ira tua defecimus.
Anni nr̄i sicut aranea meditabunt̄: dies an/
noꝝ nr̄oꝝ in ipsis septuaginta anni. Si aūt
in potētatib⁹ octoginta anni: ⁊ amplius eoꝝ
labor ⁊ dolor. Qm̄ sup̄uenit mansuetudo: ⁊
corripiemur. Quis nouit p̄tātē ire tue: ⁊ pre
timore tuo irā tuā dinumerare? Dexterā tuā
sic notā fac: ⁊ eruditos corde in sapia. Con
uertere dn̄e vsq̄q̄: ⁊ dep̄cabilis esto sup̄ s̄uos
tuos. Repleti sum⁹ mane misericordia tua:
exultauim⁹ ⁊ delectati sum⁹ in oibus diebus
nostris. Letati sumus ꝓ dieb⁹ quibus nos
humiliasti: annis quib⁹ vidimus mala. Re/
spice in seruos tuos ⁊ in op̄a tua: ⁊ dirige fi/
lios eoꝝ. Et sit splendor dn̄i dei nostri super
nos: ⁊ op̄a manuū nr̄arū dirige sup̄ nos: ⁊
op⁹ manuū nr̄aꝝ dirige. p̄s. LXXXX

QUi habitat in adiutorio altissimi: in
ꝓtectione dei celi cōmorabit̄. Dicet
dn̄o susceptor me⁹ es tu: ⁊ refugium
meū: de⁹ meus sp̄abo in eū. Qm̄ ipse liberauit
me de laqueo venantium: ⁊ a verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit tibi: ⁊ sub p̄enis
ei⁹ sperabis. Scuto circūdabit te v̄itas ei⁹:
non timebis a timore nocturno. A sagitta
volāte in die a negocio p̄ambulante in tene/
bris: ab incursu ⁊ demonio meridiano. Ca/
dent a latere tuo mille: ⁊ decē milia a dextrꝭ
tuis: ad te aūt nō appropinq̄bit. Uerūtamē
oculis tuis considerabis: ⁊ retributionē pec/
catoꝝ videbis. Qm̄ tu es dn̄e spes mea: al/
tissimū posuisti refugiū tuū. Nō accedet ad
te malū: ⁊ flagellū nō appropinq̄bit tabna/
culo tuo. Qm̄ angelis suis mandauit de te:
ut custodiāt te in oibus vijs tuis. In mani/
bus portabūt te: ne forte offēdas ad lapidē
pedē tuū. Sup̄ aspidē ⁊ basiliscū āmbulabis: ⁊
ꝯculcabis leonē ⁊ draconē. Qm̄ in me spe/
rauit liberabo eū: ꝓtegam eū qm̄ cognouit
nomē meū. Clamauit ad me ⁊ ego exaudiā
eū: cū ipso sum in tribulatione: eripiā eum ⁊
glorificabo eū. Lōgitudine dieꝝ replebo eū:
⁊ ostendam illi salutare meū. p̄s cantici
in die sabbati. LXXXXI

BOnū est cōfiteri dn̄o: ⁊ psallere noī
tuo altissime. Ad ānūciandū mane
misericordiā tuā: ⁊ v̄itatē tuā p̄ no/
ctem. In decachordo psalterio: cū cantico in
cithara. Quia delectasti me dn̄e in factura
tua: ⁊ in op̄ibus manuū tuaꝝ exultabo. Qm̄
magnificata sūt op̄ra tua dn̄e: nimis pro/
funde facte sunt cogitationes tue. Uir insi/
piens nō cognoscet: ⁊ stultus non intelliget
hec. Cum exorti fuerint p̄ccatores sicut fe/
nū: ⁊ apparuerint oēs q̇ op̄ant̄ iniquitatem.
Ut intereant in seculū seculi: tu aūt altissi/
mus i eternū dn̄e. Qm̄ ecce inimici tui dn̄e:
qm̄ ecce inimici tui p̄ibunt: ⁊ disp̄gentur
oēs qui op̄rāt̄ iniquitatē. Et exaltabit̄ sicut
vnicornis cornu meū: ⁊ senectus mea i mi/
sericordia vberi. Et despexit oculus me⁹ ini/
micos meos: ⁊ insurgētib⁹ in me malignan/
tib⁹ audiet auris mea. Iustus ut palma flo/
rebit: sicut cedrus libani multiplicabit̄. Plā/
tati in domo dn̄i: in atrijs domus dei nostri
florebūt. Adhuc multiplicabunt̄ in senecta
vberi: ⁊ bene patientes erunt ut annūcient.
Qm̄ rect⁹ dn̄s deus nr̄: ⁊ nō ē iniq̄tas in eo.
Laus cantici in die ante sabbatū quādo
fundata est terra. LXXXXII

DOmin⁹ regnauit decorē indut⁹ est:
indutus ē dn̄s fortitudinē ⁊ p̄cin/
xit se. Etenim firmauit orbem t̄re:
q̇ nō cōmouebit̄. Parata sedes tua ex tunc:
a seculo tu es. Eleuauerūt flumina dn̄e: ele/
uauerūt flumina vocē suam. Eleuauerunt
flumina fluctus suos: a vocib⁹ aq̄ꝝ multaꝝ.
Mirabiles elatiōes marꝭ: mirabilis i altis
dn̄s. Testimonia tua credibilia facta sunt

nimis: domũ tuã decet sanctitudo dñe i lon-
gitudine dierũ. ps. LXXXXIII

D Eus vltionũ dñs: deus vltionũ li-
bere egit. Exaltare qui iudicas trã:
redde retributionẽ superbis. Usq̄ q̄
peccatores dñe: vsq̄ quo peccatores gloria-
buntur? Effabunt̄ ⁊ loquent̄ iniquitatem:
loquent̄ omnes qui operant̄ iniusticiã? Po-
pulũ tuũ dñe humiliauerunt: ⁊ hereditatem
tuam vexauerũt. Uiduã ⁊ aduenã interfe-
cerũt: ⁊ pupillos occiderũt. Et dixerũt non
videbit dominus: nec intelliget deus iacob.
Intelligite insipientes i populo: ⁊ stulti ali-
quãdo sapite. Qui plantauit aurem nõ au-
diet: aut qui finxit oculũ nõ cõsiderat? Qui
corripit gentes nõ arguet: qui docet hominẽ
scientiã? Dominus scit cogitationes hoĩuȝ:
quoniã vane sunt. Beatus homo quem tu
erudieris dñe: ⁊ de lege tua docueris eum.
Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiat̄
peccatori fouea. Quia nõ repellet dominus
plebem suã: ⁊ hereditatẽ suã non derelinquet
Quoadusq̄ iusticia ꝯuertat̄ i iudiciũ: ⁊ qui
iuxta illam? oẽs qui recto sunt corde. Quis
cõsurget mihi aduersus malignantes: aut
q̇s stabit mecũ aduersus operantes iniqui-
tatem? Nisi quia dñs adiuuit me: paulomi-
nus habitasset in inferno anima mea. Si di-
cebã motus est pes meus: misericordia tua
dñe adiuuabat me. Scd̃m multitudinẽ do-
loꝝ meorũ in corde meo: consolationes tue
letificauerunt animã meã. Nũquid adheret
tibi sedes iniquitatis? qui fingis laborẽ in
precepto. Captabunt in animã iusti: ⁊ san-
guinẽ innocentẽ condẽnabunt. Et factus ẽ
mihi dñs in refugiũ: ⁊ deus meus in adiu-
torium spei mee. Et reddet illis iniquitatem
ipsoꝝ: ⁊ in malitia eorũ disp̄det eos: disp̄det
illos dñs deus noster. ps. LXXXXIIII

V Enite exultem⁹ dño: iubilemus deo
salutari nostro. Preoccupem⁹ faciẽ
eius in confessione: ⁊ in psalmis iu-
bilemus ei. Quoniã de⁹ magnus dñs: ⁊ rex
magnus super omnes deos. Quia in manu
eius sunt omnes fines terre: ⁊ altitudines
montium ipsius sunt. Quoniã ipsius ẽ ma-
re ⁊ ipse fecit illud: ⁊ siccã manus ei⁹ forma-
uerũt. Uenite adoremus ⁊ ꝓcidamus ⁊ plo-
remus ante dñm qui fecit nos: quia ipse est
deus noster. Et nos populus pascue eius:
⁊ oues manus eius. Hodie si vocem ei⁹ au-
dieritis: nolite obdurare corda vestra. Sic̃
in irritatione: s̃m diem tẽptationis i deserto.
Ubi temptauerũt me patres vestri: proba-
uerunt ⁊ viderũt opera mea. Quadraginta
annis offensus fui generationi illi: ⁊ dixi sp̄
bi erant corde. Et isti nõ cognouerunt vias
meas: ut iuraui in ira mea si intrabunt i re-
quiem meam. ps. LXXXXV

C Antate dño canticũ nouũ: cantate
dño oĩs terra. Cantate dño ⁊ bene-
dicite nomini eius: annũciate de die
i diem salutare eius. Annũciate inter gen-
tes gloriã eius: in oĩbus ppl'is mirabilia ei⁹
Qm̃ magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: ter-
ribilis sup̄ omnes deos. Qm̃ oẽs dij gentiũ
demonia: dñs autem celos fecit. Cõfessio ⁊
pulchritudo in cõspectu eius: sanctimonia ⁊
magnificẽtia in sanctificatiõe eius. Afferte
dño patrie gentium: afferte dño gloriam ⁊
honorem: afferte domino gloriam nomini
eius. Tollite hostias ⁊ introite in atria ei⁹:
adorate dñm in atrio sancto ei⁹. Cõmoueat̄
a facie eius vniuersa terra: dicite in gentib⁹
q̇a dñs regnauit. Eteni correxit orbem terre
qui nõ cõmouebit̄: iudicabit ppl'os in equi-
tate. Letentur celi ⁊ exultet terra: cõmoueat̄
mare ⁊ plenitudo eius: gaudebunt campi ⁊
oĩa q̄ in eis sũt. Tnuc exultabũt oĩa ligna
siluaꝝ a facie dñi q̇a venit: qm̃ venit iudica-
re terrã. Judicabit orbem terre in equitate:
⁊ ppl'os in ꝟitate sua. ps. LXXXXVI

D Ominus regnauit exultet trã: le-
tent̄ insule multe. Nubes ⁊ caligo in
circuitu eius: iusticia ⁊ iudiciũ cor-
rectio sedis eius. Ignis ante ipsum p̄cedet:
⁊ inflãmabit in circuitu inimicos eius. Al-
luxerunt fulgura eius orbi terre: vidit ⁊ cõ-
mota est terra. Montes sicut cera fluxerũt
a facie dñi: a facie dñi omnis terra. Annũ-
ciauerunt celi iusticiã eius: ⁊ viderunt oẽs
populi gloriã eius. Confundant̄ omnes q̇
adorãt sculptilia: ⁊ qui glorian̄t i simulacri
suis. Adorate eũ omnes angeli eius: audi-
uit ⁊ letata ẽ syon. Et exultauerũt filie iude:
ꝓpter iudicia tua dñe. Qm̃ tu dñs altissim⁹
super omnẽ terrã: nimis exaltatus es super
omnes deos. Qui diligit̄ dñm odite malũ:
custodit dñs animas scõrũ suorũ: de manu
peccatoꝝ liberauit eos. Lux orta est iusto: ⁊
rectis corde leticia. Letamini iusti in dño: ⁊
cõfitemini memorie sanctificationis eius.

ps. LXXXXVII

Cantate dño cāticū nouū: q̇a mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera ei⁹: ⁊ brachiū scm̄ ei⁹. Notū fecit dñs salutare suū: in cōspectu gētiū reuelauit iusticiā suā. Recordat⁹ ē misericordie sue: ⁊ veritatis sue domui isrl̄. Uiderunt oēs termini terre salutare dei nostri: iubilate dño omnis terra: cantate ⁊ exultate ⁊ psallite. Psallite dño i citbara i citbara ⁊ voce psalmi: i tubis ductilib⁹ ⁊ voce tube cornee. Jubilate i cōspectu regis dñi: moueat̄ mare ⁊ plenitudo ei⁹: orbis terraꝝ ⁊ qui babitant in eo. Flumina plaudēt manu: simul montes exultabunt a cōspectu dñi: qm̄ venit iudicare terrā. Judicabit orbem terrarū in iusticia: ⁊ populos i equitate. ps dd. LXXXXVIII

Dominu⁹ regnauit irascant̄ ppl̄i: qui sedes super cherubin moueat̄ terra. Dñs in syon magn⁹: ⁊ excelsus sup oēs populos. Confiteantur noi tuo magno qm̄ terribile ⁊ sanctū est: ⁊ bonor regis iudiciū diligit. Tu parasti directiōes: iudiciū ⁊ iusticiā in iacob tu fecisti. Exaltate dñm deū nr̄m: ⁊ adorate scabellū pedū ei⁹: qm̄ sanctū ē. Moyses ⁊ aaron in sacerdotibus eius: ⁊ samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Jnuocabāt dñm ⁊ ipse exaudiebat eos: i columna nubis loquebat̄ ad eos. Custodiebāt testimonia eius: ⁊ preceptū quod dedit illis. Dñe deus noster tu exaudiebas eos: deus tu ppitius fuisti eis ⁊ vlciscēs in omnes adinuentiōes eoꝝ. Exaltate dñm deū nostrū: ⁊ adorāte in monte sancto eius: qm̄ scūs dñs de⁹ nr̄. ps in cōfessiōe. LXXXXIX

Jubilate deo oīs terra: seruite dño i leticia. Jntroite in conspectu ei⁹: in exultatione. Scitote qm̄ dñs ipse est deus: ipse fecit nos ⁊ nō ipsi nos. Populus eius ⁊ oues pascue eius introite portas eius in cōfessione: atria ei⁹ in bymnis confitemini illi. Laudate nomē eius qm̄ suauis est dñs: in eternū mīa eius: ⁊ vsq₃ in generationē ⁊ generationē v̄itas ei⁹. ps ipsi dd. C

Misericordiā ⁊ iudiciū cantabo tibi dñe: psallā ⁊ intelligā in via īmaculata qñ venies ad me. Perambulabā in innocētia cordis mei: in medio domus mee. Non proponebā añ oculos meos rem iniustā: facientes p̄uaricationes odiui. Nō adbesit mibi cor prauū: declinātē a me malignū non cognoscebā. Detrabentē secreto pximo suo: bunc psequebar. Superbo oculo ⁊ insatiabili corde: cū boc non edebā. Oculi mei ad fideles terre ut sedeāt mecū: ambulans in via imaculata bic mibi ministrabat. Non babitabit in medio domus mee q̇ facit supbiā: qui loquit̄ iniqua nō direxit in conspectu oculorū meorū. Jn matutino interficiebā omnes peccatores terre: ut disperderē de ciuitate dñi oēs operantes iniquitatē.

Oratio pauperis cū anxiaret̄. ⁊ corā dño effundit precem suam. CI

Domine exaudi orationē meā: ⁊ clamor me⁹ ad te veniat. Non auertas faciē tuā a me: in quacūq₃ die tribulor inclina ad me aurē tuā. Jn quacūq₃ die iuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fum⁹ dies mei: ⁊ ossa mea sicut cremiū aruerunt. Percussus sum ut fenum ⁊ aruit cor meū: q̇a oblit⁹ sum comedē panē meū. A voce gemitus mei: adbesit os meū carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. Uigilaui: ⁊ factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabāt mibi inimici mei: ⁊ qui laudabāt me aduersum me iurabāt. Quia cinerē tanq̄ panem māducabā: ⁊ poculū meū cū fletu miscebā. A facie ire indignatiōis tue: quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: ⁊ ego sicut fenū arui. Tu autē dñe in eternū pmanes: ⁊ memoriale tuū in generationē ⁊ generationē. Tu exurgens misereberis syon: quia tempus miserēdi eius quia venit tēpus. Quoniā placuerūt seruis tuis lapides eius: ⁊ terre eius miserebunt̄. Et timebūt gentes nomen tuū dñe: ⁊ omnes reges terre gloriā tuam. Quia edificauit dñs syon: ⁊ videbit̄ in gloria sua. Respexit in orationē bumiliū: ⁊ non spreuit precem eorum. Scribant̄ bec in generatiōe altera: ⁊ popul⁹ qui creabit̄ laudabit dñm. Quia pspexit de excelso sancto suo: dñs de celo i terrā aspexit. Ut audiret gemitus cōpeditorū: ut solueret filios interemptorū. Ut annūcient in syon nomen dñi: ⁊ laudē eius in irl̄m. Jn conueniendo populos in vnū: ⁊ reges ut seruiant domino. Respōdit ei in via virtutis sue: paucitatē dierū meorū nūcia mibi. Ne reuoces me in dimidio dierū meorū: in generationē

ꝛ generationē anni tui. Initio tu dn̄e terrā fundasti: ꝛ opa manuū tuarū sunt celi. Ipsi peribunt tu autē pmanes: ꝛ omnes sicut vestimentū veterascēt. Et sicut opertoriū mutabis eos ꝛ mutabuntur: tu autē idē ipse es: ꝛ anni tui nō deficient. Filij seruorū tuoꝝ habitabūt: ꝛ semen eorū in seculū dirigetur.

ps ipsi dd. CII

Benedic aīa mea dn̄o: ꝛ oīa que itra me sūt noī sancto eius. Benedic aīa mea dn̄o: ꝛ noli obliuisci oēs retributiones eius. Qui ppitiat omnibus iniqtatibus tuis: q̇ sanat oēs infirmitates tuas Qui redimit de interitu vitā tuā: q̇ coronat te in misericordia ꝛ miserationibus. Qui replet i bonis desideriū tuū: renouabit ut aqle iuuentus tua. Faciens misericordias dn̄s: ꝛ iudiciū omnib⁹ iniuriā patientib⁹. Notas fecit vias suas moysi: filijs isrl voluntates suas. Miserator ꝛ misericors dn̄s: longanimis ꝛ multū misericors. Non in perpetuū irascet: neqꝫ in eternū cōminabit. Non sm sm peccata nostra fecit nobis: neqꝫ sm iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniā scd̄m altitudinem celi a terra: corroborauit misericordiā suam sup timētes se. Quantū distat ortus ab occidēte: lōge fecit a nobis iniquitates nostras. Quō miseret pat filiorū: misertus est dn̄s timentibus se: qm̄ ipse cognouit figmentū nostrū. Recordatus est qm̄ puluis sumus: homo sicut fenū: dies ei⁹ tāqꝫ flos agri sic efflorebit. Quoniā spirit⁹ ptransibit in illo ꝛ nō subsistet: ꝛ nō cognoscet amplius locū suū. Misericordia autem dn̄i ab eterno ꝛ vsqꝫ in eternū: super timētes eū. Et iusticia illius in filios filiorū: his qui seruant testamentū eius. Et memores sunt mādatoꝝ ipsius: ad faciendū ea. Dn̄s i celo parauit sedē suā: ꝛ regnū ipsius omnibus dn̄abit. Benedicite dn̄o omnes āgeli eius potentes virtute: facientes verbū illi⁹ ad audiēdā vocē sermonū eius. Benedicite dn̄o omnes virtutes eius: ministri eius q̇ facitis voluntatē eius. Benedicite dn̄o oīa opera eius: in oī loco dn̄ationes eius: benedic aīa mea dn̄o.

ps ipsi dd. CIII

Benedic aīa mea dn̄o: dn̄e de⁹ meus magnificatus es vehementer. Confessionē ꝛ decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento. Extendēs celū sicut pellē: q̇ tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubē ascensū tuū: qui ambulas sup pennas ventoꝝ. Qui facis angelos tuos spiritus: ꝛ ministros tuos ignē vrentē. Qui fundasti terrā super stabilitatē suā: nō inclinabit in seculū seculi. Abyssus sicut vestimētū amictus eius: sup montes stabunt aque. Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabūt. Ascendunt montes ꝛ descēdūt campi: in locū quem fundasti eis. Terminū posuisti quē non transgredient: neqꝫ cōuertent operire terrā. Qui emittis fontes in cōuallibus: inter mediū montiū ptransibunt aque. Potabunt omnes bestie agri: expectabūt onagri in siti sua. Sup ea volucres celi habitabunt: de medio petrarū dabūt voces. Rigans montes de superiorib⁹ suis: de fructu operū tuoꝝ satiabit terra. Producēs fenū iumentis: ꝛ herbā seruituti hominū. Ut educas panē de terra: ꝛ vinū letificet cor hominis. Ut exhilaret faciē i oleo: ꝛ panis cor hominis confirmet. Saturabunt ligna campi ꝛ cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt. Herodij domus dux ē eoꝝ: montes excelsi ceruis petra refugiū herinacijs. Fecit lunam in tempore: sol cognouit occasū suū. Posuisti tenebras ꝛ facta ē nox: in ipsa ptransibunt omnes bestie silue. Catuli leonū rugientes ut rapiant: ꝛ querant a deo escam sibi. Ortus est sol ꝛ ꝯgregati sūt: ꝛ in cubilibus suis collocabunt. Exibit hō ad opus suū: ꝛ ad operationē suam vsqꝫ ad vesperū. Qm̄ magnificata sunt opera tua dn̄e: omnia i sapientia fecisti: impleta ē terra possessione tua. Hoc mare magnū ꝛ spatiosum manibus: illic reptilia quorū non ē numer⁹ Animalia pusilla cū magnis: illic naues ptrāsibūt. Draco iste quē formasti ad illudēdū ei: oīa a te expectāt ut des illis escā in tempore. Dante te illis colligēt: aperiēte te manū tuā omnia implebunt bonitate. Auertente autē te faciē turbabunt: auferes spiritū eoꝝ ꝛ deficient: ꝛ in puluerē suū reuertentur. Emitte spiritū tuū ꝛ creabunt: ꝛ renouabis faciem terre. Sit gloria domini in seculū: letabitur dn̄s in operibus suis. Qui respicit terram ꝛ facit eam tremere: qui tangit montes ꝛ fumigant. Cantabo dn̄o in vita mea: psallam deo meo qꝫdiu sum. Jocūdum sit ei eloquiū meum: ego vero delectabor in domino. Deficient peccatores a tra ꝛ iniq̇ ita ut non sint: benedic anima mea domino.

Alleluia. CIIII

Confitemini dño ⁊ iuocate nomen eiꝰ: annūciate inter gētes opera eiꝰ. Cantate ei ⁊ psallite ei: narrate oīa mirabilia eiꝰ: laudamini in noīe sancto eiꝰ: letetᷣ cor querētiū dñm. Querite dñm ⁊ cō firmamini: querite faciē eiꝰ sp. Memētote mirabiliū eius q̄ fecit: ꝓdigia eius ⁊ iudicia oris eiꝰ. Semē abraham ſui eiꝰ: filij iacob electi eiꝰ. Ipse dñs deꝰ nr̄: i vniuersa t̄ra iu dicia eiꝰ. Memor fuit i seculū testamēti sui: verbi quod mandauit in mille generatiōes. Quō disposuit ad abrahā: ⁊ iuramēti sui ad ysaac. Et statuit illud iacob i p̄ceptū: ⁊ isrl̄ i testm̄ eternū. Dicēs tibi dabo t̄rā chanaan: funiculū hēditatꝭ vr̄e. Cū eēnt numero bre ui: paucissimi ⁊ incole eiꝰ. Et ꝑtransierūt de gente i gentē: ⁊ de regno ad ppl̄m alterꝝ. Nō reliq̄t hoīez nocē eis: ⁊ corripuit ꝓ eis reges Nolite tāgē christos meos: ⁊ i ꝓphetꝭ meis nolite malignari. Et vocauit famē sup t̄rā: ⁊ oē firmamētū panis ꝯtriuit. Misit añ eos virū: i ſuū venūdatꝰ ē ioseph. Hūiliauerunt i cōpedibꝰ pedes eiꝰ: ferrū ꝑtransijt aiam eius donec veniret v̄bū eiꝰ. Eloquiū dñi iflāma uit eū: misit rex ⁊ soluit eū: p̄nceps pplorū ⁊ dimisit eū. Constituit eū dñm domus sue: ⁊ p̄ncipē ois possessiōis sue. Ut erudiret p̄nci pes eiꝰ sicut semetipsū: ⁊ senes eiꝰ prudentiā doceret. Et intrauit isrl̄ i egyptū: ⁊ iacob ac cola fuit in terra cham. Et auxit populū suū vehementᷣ: ⁊ firmauit eū sup iimicos eiꝰ. Cō uertit cor eoꝝ ut odirēt ppl̄m eiꝰ: ⁊ dolū face rēt i seruos eiꝰ. Misit moysen ſuū suū: aarō quē elegit ipsū. Posuit in eis verba signorū suoꝝ ⁊ ꝓdigiorū: in terra cham. Misit tene bras ⁊ obscurauit: ⁊ nō exacerbauit ſmōes suos. Cōuertit aq̄s eoꝝ in sanguinē: ⁊ occi dit pisces eoꝝ. Et dedit t̄ra eorū ranas: i pe netralibꝰ regū ipsorū. Dixit ⁊ venit cynomia ⁊ cynifes: in omnibus finibus eoꝝ. Posuit pluuias eoꝝ grādinē: ignē cōburētē i terra ipsoꝝ. Et ꝑcussit vineas eorum ⁊ ficulneas eoꝝ: ⁊ cōtriuit lignū finiū eoꝝ. Dixit ⁊ venit locusta ⁊ brucꝰ: cuiꝰ nō erat numerꝰ. Et co medit omne fenū i terra eoꝝ: ⁊ comedit oēm fructū terre eorū. Et ꝑcussit omne p̄mogeni tū in terra eoꝝ: p̄mitias ois laboris eoꝝ. Et eduxit eos cum argento ⁊ auro: ⁊ non erat i tribubus eorū infirmꝰ. Letata ē egyptus in ꝓfectiōe eoꝝ: q̄a icubuit timor eoꝝ sup eos. Expandit nubē i ꝓtectionē eoꝝ: ⁊ ignē ut lu ceret eis ꝑ noctē. Petierūt ⁊ venit coturnix: ⁊ pane celi saturauit eos. Dirupit petram ⁊ fluxerūt aque: abierūt i sicco flumina. Qm̄ memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad abraham puerū suū. Et eduxit ppl̄m suū in in exultatione: ⁊ electos suos in leticia. Et dedit illis regiones gentiū: ⁊ labores ppl̄oꝝ possederūt. Ut custodiāt iustificationes eiꝰ: ⁊ legē eiꝰ req̄rāt. Alleluia Alleluia. CV

Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculū mīa eiꝰ. Quis loq̄tᷣ potētias dñi: auditas faciet oēs laudes eiꝰ: Bti q̄ custodiūt iudiciū: ⁊ faciūt iusticiā in oi tpe. Memento nr̄i dñe in bn̄placito ppl̄i tui: visita nos in salutari tuo. Ad vidēdū in bonitate electoꝝ tuoꝝ: ad letandū in leticia gentꝭ tue: ut lauderis cū hereditate tua. Pec cauimꝰ cū p̄ribꝰ nr̄is: iniuste egimꝰ iniq̄tatē fecimꝰ. Patres nr̄i i egypto nō intellexerunt mirabilia tua: non fuerūt memores multi tudinis mīe tue. Et irritauerūt ascēdētes i mari mari rubro: ⁊ saluauit eos ꝓpt̄ nomē suū: ut notā faceret potētiā suā. Et increpuit mare rubrū ⁊ exsiccatū est: ⁊ deduxit eos in abyssis sic̄ i deserto. Et saluauit eos de manu odiētiū: ⁊ redemit eos de māu iimici. Et ope ruit aq̄ tribulātes eos: vnꝰ ex eis nō remāsit Et crediderūt v̄bis eiꝰ: ⁊ laudauerūt laudē eiꝰ Cito fecerūt· obliti sūt opeꝝ eiꝰ: ⁊ nō sustinue rūt cōsiliū eiꝰ. Et ꝯcupierūt ꝯcupiscētiā i de serto: ⁊ tēptauerūt deū i inaq̄so. Et dedit eis petitionē ipsoꝝ: ⁊ misit saturitatē i aias eoꝝ Et irritauerūt moysen i castris: aarō scm̄ dñi. Aperta est t̄ra ⁊ deglutiuit dathan: ⁊ opuit sup cōgregationē abiron. Et exarsit ignis in synagoga eoꝝ: flāma cōbussit pctōres. Et fe cerūt vitulū in oreb: ⁊ adorauerūt sculptile. Et mutauerūt gloriā suā i sīlitudinē vituli: comedentis fenū. Obliti sunt deū q̄ saluauit eos: q̄ fecit magnalia i egypto mirabilia in t̄ra cham: t̄ribilia in mari rubro. Et dixit ut disꝑderet eos: si nō moyses electꝰ eiꝰ stetisset in cōfractiōe i cōspectu eiꝰ. Ut auerteret irā eiꝰ ne disꝑderet eos: ⁊ ꝓ nihilo habuerūt t̄rā desiderabilē. Nō crediderūt v̄bo eiꝰ: ⁊ mur murauerūt i tabnaculis suis: nō exaudierūt vocē dñi. Et eleuauit manū suā sup eos: ut ꝓsterneret eos i deserto. Et ut deijceret semē eoꝝ i natiōibꝰ: ⁊ disꝑgeret eos i regiōibꝰ. Et iitiati sūt beelphegor: ⁊ comederūt sacrificia

moꝛtuoꝝ. Et irritauerũt eũ in adinuẽtiõibꝰ
suis: ⁊ multiplicata ẽ ĩ eis ruina. Et stetit fi-
nees ⁊ placauit: ⁊ cessauit q̃ssatio. Et repu-
tatũ ẽ ei ĩ iusticiã: in generationẽ ⁊ gnãtionẽ
vsq₃ in sempit̃nũ. Et irritauerũt eũ ad aq̃s
cõtradictiõis: ⁊ vexatꝰ est moyses ꝓpt̃ eos:
q̇a exacerbauerũt spm̃ eiꝰ. Et distinxit ĩ la-
bijs suis: nõ disꝑdiderũt gẽtes q̃s dixit dñs
deꝰ illis. Et cõmixti sũt int̃ gẽtes: ⁊ didicer̃t
oꝑa eoꝝ ⁊ seruierũt sculptilibꝰ eoꝝ: ⁊ factũ ẽ
illis ĩ scãdalũ. Et ĩmolauerũt filios suos ⁊
filias suas: demonijs. Et effuderũt sangui-
nẽ innocentẽ sanguinẽ filioꝝ suoꝝ ⁊ filiarũ
suaꝝ: q̃s sacrificauerũt sculptilibꝰ chanaan
Et interfecta ẽ terra in sanguinibꝰ: ⁊ cõta-
mĩata ẽ ĩ oꝑibꝰ eoꝝ: ⁊ fornicati sũt ĩ adinuẽ-
tionibꝰ suis. Et iratꝰ ẽ furoꝛe dñs ĩ ꝑplm̃ suũ:
⁊ abhoiatꝰ ẽ hereditatẽ suã. Et tradidit eos
in manꝰ gẽtiũ: ⁊ dñati sũt eoꝛũ q̇ oderũt eos.
Et tribulauerũt eos ĩimici eoꝝ: ⁊ humiliati
sũt sub manibꝰ eoꝝ: sepe liberauit eos. Ipsi ãt
exacerbauerũt eũ in cõsilio suo: ⁊ humiliati
sunt ĩ iniq̃tatibꝰ suis. Et vidit cũ tribulareñ:
⁊ audiuit oꝛõnẽ eoꝝ. Et memoꝛ fuit testi sui:
⁊ penituit eum ẜm multitudinẽ mĩe sue. Et
dedit eos ĩ mĩas: in cõspectu oĩuꝫ q̇ ceperant
eos. Saluos fac nos dñe deꝰ nr̃: ⁊ congrega
nos de nationibꝰ. Et cõfiteam̃ noĩ scõ tuo: ⁊
gloꝛiemur in laude tua. Bñdictꝰ dñs deus
isrl̃ a seculo ⁊ vsq₃ ĩ seculũ: ⁊ dicet oĩs ꝑplꝰs
fiat fiat. Alleluia. CVI

Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in
seculũ mĩa eiꝰ. Dicãt q̇ redẽpti sunt
a dño: q̃s redemit de manu inimici:
de regiõibꝰ ꝯgregauit eos. A solis oꝛtu ⁊ oc-
casu: ab aq̃lone ⁊ mari. Errauerũt ĩ solitu-
dine in inaq̃so: viã ciuitatꝭ hitaculi nõ inue-
nerũt. Esuriẽtes ⁊ sitientes: aĩa eoꝛũ in ipsis
defecit. Et clamauerunt ad dñm cũ tribula-
reñ: ⁊ de neccitatibꝰ eoꝝ eripuit eos. Et de-
duxit eos ĩ viã rectã: ut irent in ciuitatẽ ha-
bitatiõis. Cõfiteãñ dño mĩe eiꝰ: ⁊ mirabilia
eius filijs hoĩuꝫ. Quia satiauit aĩam ianẽ: ⁊
aĩam esuriẽtẽ satiauit bonis. Sedẽtes in te-
nebris ⁊ in vmbꝛa moꝛtꝭ: vinctos in mẽdici-
tate ⁊ ferro. Quia exacerbauerũt eloq̇a dei:
⁊ cõsiliũ altissimi irritauerũt. Et hũliatũ est
ĩ laboꝛibꝰ coꝛ eoꝝ: ⁊ infirmati sunt nec fuit q̇
adiuuaret. Et clamauerũt ad dñm cũ tribu-
lareñ: ⁊ de neccitatibus eoꝝ libauit eos. Et
eduxit eos de tenebr̃ ⁊ vmbꝛa moꝛtꝭ: ⁊ vin-
cula eoꝝ dirupit. Confiteãñ dño mĩe eius: ⁊
mirabilia eius filijs hoĩuꝫ. Quia ꝯtriuit poꝛ-
tas ereas: ⁊ vectes ferreos ꝯfregit. Suscepit
eos de via iniq̃tatꝭ eoꝝ: ꝓpt̃ iniusticias .n. suas
hũiliati sunt. Omẽ escã abhoiata ẽ aĩa eoꝝ:
⁊ appꝛopinq̃uerũt vsq₃ ad poꝛtas moꝛtꝭ. Et
clamauerũt ad dñm cũ tribulareñ: ⁊ de ne-
cessitatibꝰ eoꝝ libauit eos. Misit v̾bũ suũ ⁊
sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitionibus
eoꝝ. Cõfiteanñ dño mĩe eiꝰ: ⁊ mirabilia eius
filijs hoĩuꝫ. Et sacrificẽt sacrificiũ laudis: ⁊
annũcient oꝑa eiꝰ in exultatiõe. Qui descen-
dũt mare ĩ nauibꝰ: facientes oꝑationẽ ĩ aq̇s
multꝭ. Ipsi viderũt oꝑa dñi: ⁊ mirabilia eiꝰ
ĩ ꝓfundo. Dixit ⁊ stetit spũs ꝓcelle: ⁊ exalta-
ti sũt fluctꝰ eiꝰ. Ascendũt vsq₃ ad celos ⁊ de-
scẽdũt vsq₃ ad abyssos: aĩa eoꝝ in malis ta-
bescebat. Turbati sũt ⁊ moti sunt sicut ebꝛiꝰ:
⁊ oĩs sapĩa eoꝝ deuoꝛata ẽ. Et clamauerũt
ad dñm cũ tribularẽtur: ⁊ de neccitatibꝰ eoꝝ
eduxit eos. Et statuit ꝓcellã eiꝰ in aurã: ⁊ si-
luerũt fluctꝰ eiꝰ. Et letati sũt quia siluerũt: ⁊
deduxit eos ĩ poꝛtũ volũtatꝭ eoꝝ. Cõfiteanñ
dño mĩe eius: ⁊ mirabilia eiꝰ filijs hoĩuꝫ. Et
exaltẽt eum ĩ ecclesia plebis: ⁊ in cathedra se-
nioꝝ laudẽt eũ. Posuit flumia ĩ deẜtũ: ⁊ exi-
tus aq̃rũ ĩ sitim. Terrã fructiferã ĩ salsuginẽ:
a malatia ihabitãtiũ ĩ ea. Posuit deẜtũ ĩ sta-
gna aq̃ꝝ: ⁊ t̃rã sine aq̃ ĩ exitꝰ aq̃rũ. Et collo-
cauit illic esuriẽtes: ⁊ ꝯstituerũt ciuitatẽ ha-
bitatiõis. Et semiauerũt agros ⁊ plãtauer̃t
vineas: ⁊ fecerũt fructũ natiuitatꝭ. Et bñdi-
xit eis ⁊ multiplicati sũt nimis: ⁊ iumẽta eoꝝ
non minoꝛauit. Et pauci facti sunt: ⁊ vexati
sũt a tribulatiõe maloꝛũ ⁊ doloꝛe. Effusa est
ꝯtẽtio sup̱ ꝑ̃ncipes: ⁊ errare fecit eos ĩ inuio
⁊ nõ in via. Et adiuuit pauꝑẽ de inopia: ⁊
posuit sicut oues familias. Videbunt recti ⁊
letabũñ: ⁊ oĩs ĩiq̃tas oppilabit os suũ. Quis
sapiens ⁊ custodiet h̃: ⁊ intelliget mĩas dñi?

Canticũ psalmi dd̃. CVII

Paratũ coꝛ meũ deus paratum coꝛ
meũ: cãtabo ⁊ psallã in gloꝛia mea.
Exurge psalteriũ ⁊ cithara: exurgã
diluculo. Cõfitebꝛ tibi in ꝑplis dñe: ⁊ psal-
lam tibi ĩ natiõibꝰ. Quia magna ẽ sup̱ celos
mĩa tua: ⁊ vsq₃ ad nubes v̾itas tua. Exalta-
re sup̱ celos deus: ⁊ sup̱ oẽm t̃rã gloꝛia tua:
Quomõ nix ĩ estate.⁊ pluuie in messe: sic indecẽs ẽ stulto gloria. Sicut auis ad alta trãsuolãs.⁊ passer qlibet vadens: sic maledictũ frustra p̄latũ in quẽpiã superueniet. Flagellũ equo.⁊ cham᷒ asino: ⁊ virga ĩ dorso iprudentiũ. Ne r̃ndeas stulto iux stulticiã suã: ne efficiaris ei similis. R̃nde stulto iuxta stulticiã suam: ne sibi sapiẽs eẽ videat᷑. Claud᷒ pedib᷒ ⁊ iniqtatẽ bibens: q̃ mittit v̄ba p nũciũ stultũ. Quõ pulchras frustra h̃z claud᷒ tibias: sic idecẽs est ĩ ore stultoꝝ parabola. Sicut q̃ mittit lapidẽ in aceruũ mercurij: ita q̃ tribuit isipiẽti honorẽ. Quomõ si spina nascat᷑ ĩ mãu temulẽti: sic parabola in ore stultoꝝ. Iudiciũ determinat causas: ⁊ q̃ ipõit stulto silentiũ iras mitigat. Sicut canis q̃ reuertit᷑ ad vomitũ suũ: sic ip̄rudẽs q̃ iterat stulticiã suam. Vidisti hoiem sapiẽtẽ sibi videri: magis illo spem habebit insipiens. Dicit piger·leo est in via.⁊ leena in itinerib᷒. Sicut ostiũ vertit᷑ ĩ cardine suo: ita piger in lectulo suo. Abscõdit piger man᷒ sub ascellas suas.⁊ laborat si ad os suũ eas ɔuerterit. Sapiẽtior sibi stultus videt᷑: septẽ viris loquẽtib᷒ s̃nias. Sicut q̃ app̄hẽdit aurib᷒ canẽ: sic q̃ transit ⁊ impatiens cõmiscet᷑ rixe alteri᷒. Sicut noxius est q̃ mittit sagittas ⁊ lanceas ĩ mortẽ: ita vir q̃ fraudulẽt᷑ nocet amico suo: ⁊ cũ fuerit dep̄hensus dicet·ludẽs feci. Cũ defecerint ligna extinguet᷑ ignis: ⁊ susurrone subtracto iurgia ɔquiescũt. Sic carbones ad prunas ⁊ ligna ad ignẽ: sic hõ iracundus suscitat rixas. Verba susurronis q̃si simplicia: ⁊ ipsa perueniũt ad intima cordis. Quõ si argento sordido ornare velis vas fictile: sic labia tumẽtia cũ pessimo corde sociata. Labijs suis intelligit᷑ inimic᷒: cũ ĩ corde tractauerit dolos Qñ submiserit vocẽ suã ne credider[is] ei: qm septẽ nequitie sũt ĩ corde illi᷒. Qui opit odiũ fraudulent᷑: reuelabit᷑ malitia ei᷒ in concilio. Qui fodit foueã ĩcidet ĩ eã: ⁊ q̃ voluit lapidem reuertet᷑ ad eũ. Lingua fallax nõ amat veritatem: ⁊ os lubricum operatur ruinas.

Ne glorier[is] in crastinũ: CXXVII ignorãs q̃d superuẽtura pariat dies. Laudet te alien᷒ ⁊ nõ os tuũ: extraneus ⁊ nõ labia tua. Graue ẽ saxũ ⁊ onerosa arena: s̃ ira stulti vtroq̃ grauior. Ira nõ h̃z misericordiã·nec erũpẽs furor: ⁊ impetũ cõcitati sp̃us ferre q̃s poterit? Melior ẽ manifesta correctio: q̃ amor abscõdit᷒. Meliora sũt vulnera diligentis: q̃ fraudulẽta oscula odientis. Aia saturata calcabit fauũ: ⁊ anima esuriẽs etiã amarũ p dulci sumet. Sic auis transmigrãs de nido suo: sic vir qui derelinquit locũ suũ. Vnguẽto ⁊ varijs odorib᷒ delectat᷑ cor: ⁊ bonis amici ɔsilijs aĩa dulcoratur. Amicũ tuũ ⁊ amicũ p̄ris tui ne dimiser[is] ⁊ domũ fratris tui ne ingrediaris ĩ die afflictionis tue. Melior ẽ vicin᷒ iux q̃ frater p̄cul. Stude sapiẽtie fili mi ⁊ letifica cor meũ: ut possis exprobranti respondere sermonem. Astut᷒ vidẽs malũ abscõdit᷒ ẽ: paruuli trãseũtes sustinuerũt dispẽdia. Tolle vestimentũ ei᷒ q̃ spopondit p extraneo: ⁊ p alienis aufer ei pign᷒. Qui bñdicit p̄ximo suo voce grãdi

de nocte cõsurgẽs: maledicẽti ſilis erit. Tec-
ta pſtillantia i die frigorꝫ: ⁊ litigioſa mulier
compant̃. Qui retinet eã q̃ſi q̇ ventũ teneat:
⁊ oleũ dextre ſue euacuat. Ferꝛ ferro exacui-
tur: ⁊ homo exacuit faciẽ amici ſui. Qui ſer-
uat ficũ comedet fructus eius: ⁊ q̇ cuſtos eſt
dñi ſui gl'ificabit̃. Quõ i aq̃s reſplẽdẽt vult⁹
ꝓſpiciẽtiũ: ſic corda hoĩuꝫ manifeſta ſũt pru-
dentib⁹. Infern⁹ ⁊ ꝑditio nũq̃ replent̃: ſil'r ⁊
oculi hoĩuꝫ iſatiabiles. Quõ ꝓbat̃ i ꝯflato-
rio argẽtũ ⁊ in fornace aurũ: ſic ꝓbat̃ homo
ore laudantis. Cor iniqui inquirit mala: cor
aũt rectũ inq̇rit ſciam. Si cõtuderis ſtultũ i
pila q̃ſi tipſanas feriente deſuꝑ pilo: non au-
feret̃ ab eo ſtulticia ei⁹. Diligẽt̃ agnoſce vul-
tũ pecoris tui: tuoſq̃ʒ greges conſidera. Nõ
n. habebis ſugit̃ ꝑtãtẽ: ſ꜡ corona tribuet̃ tibi
i generatiõe ⁊ generationẽ. Aperta ſũt pra-
ta ⁊ apparuerũt herbe virẽtes: ⁊ collecta ſũt
fena de montib⁹. Agni ſũt ad veſtimẽtũ tuũ:
⁊ hedi ad agri precium. Sufficiat tibi lac ca-
prarũ in cibos tuos ⁊ in neceſſaria dom⁹ tue:
⁊ ad victum ancillis tuis. CXXVIII

Fugit impi⁹ nemine pſequẽte: iuſtus
aũt q̃ſi leo cõfidẽs abſq̃ʒ terrore erit.
Propt̃ pctã t̃re multi principes ei⁹:
⁊ ꝓpt̃ hoĩs ſapiẽtiã ⁊ hoꝝ ſciam que dicunt̃.
vita ducis lõgior erit. Vir pauper calũniãs
pauꝑes: ſilis ẽ hymbri vehemẽti in q̃ parat̃
fames. Qui derelinquũt legẽ laudãt impiũ:
qui cuſtodiũt ſuccẽdũt̃ ꝯ eũ. Viri mali non
cogitãt iudiciũ: qui aũt inquirũt dñm aiad-
uertũt oĩa. Melior eſt pauꝑ ambulãs i ſim-
plicitate ſua: q̃ dIues in ꝑuis itinerib⁹. Qui
cuſtodit legẽ fili⁹ ſapiẽs eſt: q̇ autẽ cõmeſſa-
tores paſcit confũdit patrẽ ſuũ. Qui coacer-
uat diuitias vſuris ⁊ fenore liberali: in pau
ꝑes cõgregat eas. Qui declinat aures ſuas
ne audiat legẽ: oratio eius erit execrabilis.
Qui decipit iuſtos i via mala in interitu ſuo
corruet: ⁊ ſimplices poſſidebunt bona eius.
Sapiẽs ſibi videt̃ vir diues: pauꝑ aũt pru-
dẽs ſcrutabit̃ eũ. In exultatiõe iuſtoꝝ multa
gl'ia ẽ: regnãtib⁹ ipijs ruine hoĩuꝫ. Qui ab-
ſcondit ſcelera ſua nõ diriget̃: qui aũt confeſ-
ſus fuerit ⁊ reliq̇rit ea miam cõſequet̃. Bea-
tus hõ qui ſemꝑ eſt pauid⁹: qui v̄o mentis ẽ
dure corruet i malũ. Leo rugiẽs ⁊ vrſus eſu-
riens: princeps impius ſuꝑ ppl'm pauperem.
Dux indigẽs prudẽtia multos opprimet per
calũniã: qui aũt odit auaritiã longi fient di-
es ei⁹. Hominẽ q̇ calũniat̃ anime ſanguinẽ:
ſi vſq̃ʒ ad lacum fugerit nemo ſuſtinet. Qui
ambulat ſimplicit̃ ſalu⁹ erit: q̇ ꝑuerſis g̃dit̃
vijs concidet ſemel. Qui opat̃ terram ſuã ſa-
tiabit̃ panib⁹: q̇ aũt ſectat̃ ociũ replebit̃ ege-
ſtate. Vir fidelis multũ laudabit̃: q̇ aũt feſti-
nat ditari nõ erit inocẽs. Qui cognoſcit in
iudicio faciẽ nõ bñ facit: iſte ⁊ ꝓ buccella pa
nis deſerit veritatem. Vir q̇ feſtinat ditari ⁊
alijs iuidet: ignorat q̃ egeſtas ſuꝑueniet ei.
Qui corripit hoĩem: grãm poſtea inueniet
apud eũ: mag̃ q̃ ille q̇ ꝑ lingue blandimẽta
decipit. Qui ſubtrahit aliquid a p̃re ſuo uel
a m̃re ⁊ dicit h̄ nõ eẽ pctm̃: particeps homi-
cide ẽ. Qui ſe iactat ⁊ dilatat iurgia cõcitat:
q̇ v̄o ſperat i dño ſaluabit̃. Qui cõfidit i cor-
de ſuo ſtult⁹ ẽ: qui autẽ gradit̃ ſapienter ipſe
laudabit̃. Qui dat paupi nõ indigebit: qui
deſpicit deꝑcantẽ ſuſtinebit penuriã. Cũ ſur-
rexerint impij abſcõdent̃ hoĩes: cũ illi ꝑie-
rint multiplicabũt̃ iuſti. CXXIX

Viro q̇ corripiẽtẽ dura ceruice contẽ-
nit repẽtin⁹ ei ſuꝑueniet interitus: ⁊
eũ ſanitas nõ ſequet̃. In multiplica-
tione iuſtoꝝ letabit̃ vulg⁹: cũ impij ſumpſerit
principatũ gemet populus. Vir qui amat ſa-
pientiã letificat patrẽ ſuũ: q̇ aũt nutrit ſcor-
tũ ꝑdet ſubſtãm. Rex iuſtus erigit terram: vir
auar⁹ deſtruet eã. Hõ q̇ blandis fictiſq̃ʒ ſer-
monibus loq̇t̃ amico ſuo: rete expãdit greſ-
ſib⁹ ei⁹. Peccãtẽ virũ iniquũ inuoluet laque⁹:
⁊ iuſt⁹ laudabit̃ atq̃ʒ gaudebit. Nouit iuſt⁹
cauſam pauꝑrũ: ipi⁹ ignorat ſciam. Hoĩes
peſtilentes diſſipant ciuitatẽ: ſapientes v̄o
auertũt furorẽ. Vir ſapiẽs ſi cũ ſtulto cõten-
derit: ſiue iraſcat̃ ſiue rideat: non inueniet re-
quiẽ. Viri ſanguinũ oderunt ſimplicẽ: iuſti
aũt querũt aiam ei⁹. Totũ ſpm̃ ſuũ profert
ſtult⁹: ſapiens differt ⁊ reſeruat in poſterum.
Princeps q̇ libenter audit verba mendacij:
omnes miniſtros habet impios. Pauꝑ ⁊ cre
ditor obuiauerũt ſibi: vtriuſq̃ʒ illuminator
eſt dñs. Rex q̇ iudicat in veritate pauperes:
thron⁹ ei⁹ i eternũ firmabit̃. Virga atq̃ʒ cor-
rectio tribuit ſapiam: puer autẽ q̇ dimittitur
voluntati ſue confundit matrẽ ſuã. In mul-
tiplicatiõe impioꝝ multiplicabunt̃ ſcelera: ⁊
iuſti ruinas eoꝝ videbunt. Erudi filiũ tuũ ⁊
refrigerabit te: ⁊ dabit delitias aie tue. Cum
ꝓphetia defecerit diſſipabit̃ ppl'us: q̇ v̄o cu-
ſtodit legẽ beat⁹ ẽ. Seru⁹ verbis non poteſt

pila. le. ē lig⁹ cauū ad teren frumētū;
pilu. li. l' pilū. ē iſtr̄z q̄ i pila ad terit.

erudiri:q̇a qḋ diq̇ intelligit.⁊ rñdē ꝯtemnit. Uidisti hoiem velocē ad loquēdũ: stulticia magis sꝑrāda ē q̄ꝫ illiꝰ correctio. Qui deli/cate a pueritia sua nutrit seruũ suum: postea sentiet eũ cõtumacē. Uir iracũdꝰ ꝓuocat ri/xas.⁊ q̇ ad indignãdũ facilis ē.erit ad peccã/dũ ꝓcliuior. Supbũ seq̇t hũilitas:⁊ humilē spũ suscipiet gloria. Qui cũ fure ꝑticipat odit aīam suã:adiurãtē audit.⁊ nõ indicat. Qui timet hoiem cito corruet:q̇ spat ĩ dño suble/uabit. Multi req̇rũt faciē ꝑncipis.⁊ iudiciũ a dño egredit singulorꝝ. Abbominant iusti virũ impiũ:⁊ abbominant impij eos qui in recta sũt via. Uerbũ custodiēs filiꝰ.extra ꝑ/ditionem erit.

CXXX

Uerba cõgregãtꝫ:filij vomentis. Ui/sio quã locutꝰ ē vir cũ quo ē deꝰ.⁊ q̇ deo secũ morãte ꝯfortatꝰ ait. Stul/tissimꝰ sum virorꝝ:⁊ sapia hoīuꝫ nõ ē mecũ. Nõ didici sapiam:⁊ noui sciam scõrꝝ. Quis ascēdit ĩ celum atq̇ꝫ descēdit? Quis cõtinuit spiritũ ĩ manibꝰ suis? Quis colligauit aq̃s quasi ĩ vestimēto? Quis suscitauit oēs termi/nos t̄re? Qḋ nomē ē eiꝰ:⁊ qḋ nomē filij eius si nosti? Ois ꝓmo dei ignitꝰ: clypeꝰ ē omnibꝰ sꝑãtibꝰ in se. Ne addas q̇cq̄ꝫ verbis illiꝰ ⁊ arguaris:inueniarisq̇ꝫ mendax. Duo roga/ui te:ne deneges mihi anteq̄ꝫ moriar. Uani/tatē ⁊ ꝟba mēdacia longe fac a me. Mēdi/citatē ⁊ diuitias ne dederis mihi. Tribue tñ victui meo nccīa:ne forte satiatus illiciar ad negandũ ⁊ dicã.quis ē dñs? aut egestate cõ/pulsus furer ⁊ piurē nomē dei mei. Ne accu/ses seruũ ad dñm suũ:ne forte maledicat tibi ⁊ corruas. Generatio que patri suo maledi cit ⁊ que mr̄i sue nõ bñdicit. Generatio q̄ sibi mũda videt.⁊ tñ non ē lota a sordibus suis. Gnãtio cuiꝰ excelsi sũt oculi: ⁊ palpebre eiꝰ in alta surrecte. Gnãtio q̄ ꝓ dentibus gladi/os hꝫ ⁊ cõmãdit molaribꝰ suis: ut comedat inopes de terra:⁊ paupes ex hoibꝰ. Sangui/suge due sũt filie:dicētes affer affer. Tria sũt insaturabilia:⁊ quartũ qḋ nũq̄ꝫ dicit sufficit Infernꝰ ⁊ os vulue/⁊ t̄ra que nõ satiat aqua ignis ꝟo nũq̄ꝫ dicit sufficit. Oculũ qui sub/sannat patrē ⁊ q̇ despicit partũ matris sue: suffodiant eũ corui de torrētibꝰ:⁊ comedant eũ filij aq̇le. Tria sũt difficilia mihi:⁊ quartũ penitꝰ ignoro. Uiã aq̇le in celo/viã colubri sup ꝑetrã/viam nauis in medio mari/⁊ viam viri in adolescētia. Talis est ⁊ via mulieris adultere q̄ comedit.⁊ tergens os suũ dicit: Non sũ opata malũ. Per tria mouet terra:⁊ quartũ qḋ nõ põt sustinē. Per seruũ cum re/gnauerit/ꝑ stultũ cũ saturatꝰ fuerit cibo./⁊ ꝑ odiosam mulierē cũ ĩ mr̄imonio fuerit assũ/pta/⁊ ꝑ ancillã cũ fuerit heres dñe sue. Qua/tuor sũt minima t̄re: ⁊ ipsa sũt sapiētiora sa/piētibꝰ. Formice ꝑplus infirmꝰ: q̄ ꝓparãt in messe cibũ suũ. Lepusculꝰ plebs inualida.q̄ collocat in ꝑetra cubile suũ. Regem locusta non habet:⁊ egredit vniũsa ꝑ turmas suas. Stellio manibꝰ nitit:⁊ morat in edibꝰ reg̃. Tria sũt q̄ bene gradiũt: ⁊ quartũ qḋ ince/dit felicit. Leo fortissimꝰ bestiarꝝ: ad nullius pauebit occursũ. Gallꝰ succinctꝰ lũbos suos ⁊ aries:nec ē rex q̇ resistat ei. Et q̇ stultꝰ ap/paruerit.pꝰq̄ꝫ eleuatꝰ ē in sublime. Si.n.itel/lexisset:ori suo imposuisset manũ. Qui autē fortit premit vbera ad eliciendũ lac.exꝓmit butyrꝝ.⁊ qui vehemēt emũgit.elicit sangui/nē:⁊ qui prouocat iras ꝓducit discordias.

CXXXI

Uerba lamuelis regis. Uisio q̄ erudiuit eũ mat sua. Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? q̇d dilecte votorũ meorum? Ne dederis mulie/ribꝰ substãtiã tuã:⁊ diuitias tuas ad delen/dos reges. Noli regibꝰ o lamuel noli regibꝰ dare vinũ:quia nullũ secretũ est vbi regnat ebrietas. Ne forte bibãt ⁊ obliuiscant iudi/ciorũ ⁊ mutent causam filiorꝝ paupis. Date sicerã merentibꝰ.⁊ vinũ his qui amaro sunt animo:bibãt ⁊ obliuiscant egestatꝫ sue. ⁊ do/loris sui nõ recordent amplꝰ. Aperi os tuũ muto:⁊ causis oīuꝫ filiorꝝ q̇ ꝑtrãseũt. Aperi os tuũ.decerne qḋ iustũ ē:⁊ vindica inopē ⁊ pauperē. Aleph. Mulierē fortē q̇s iueniet? ꝓcul ⁊ de vltimis finibꝰ ꝓciũ eiꝰ. Beth. Con/fidit ĩ ea cor viri sui:⁊ spolijs non indigebit. Gimel. Reddet ei bonũ ⁊ nõ malũ: omnibꝰ diebꝰ vite sue. Deleth. Quesiuit lanam ⁊ li/nũ:⁊ opata ē cõsilio manuũ suarꝝ. He. Facta est quasi nauis institoris.de longe portans panem suũ. Uau. De nocte surrexit:deditq̇ꝫ predã domesticis suis ⁊ cibaria ancillis suis Zay. Considerauit agrum ⁊ emit eum: de fructu manuũ suarꝝ plantauit vineã. Heth. Accinxit fortitudine lũbos suos:⁊ robora/uit brachiũ suũ. Theth. Gustauit ⁊ vidit q̇a bona ē negociatio eiꝰ:nõ extinguet in nocte lucerna eius.. Joth. Manum suam misit ad fortia: ⁊ digiti eiꝰ apꝓhēderũt fusũ. Kaph.

Manũ suã apuit iopi: ⁊ palmas suas extẽ-dit ad pauperẽ. Lamecb. Nõ timebit domui sue a frigoribꝰ niuis: oẽs enĩ domestici eius vestiti sũt duplicibꝰ. Mem. Stragulatã ve-stem fecit sibi: byssus ⁊ purpura indumentũ eius. Nun. Nobilis ĩ portꝫ vir eiꝰ: qñ sederit cũ senatoribꝰ terre. Samecb. Sindonẽ fecit ⁊ vendidit: ⁊ cingulum tradidit cbananeo. Ayn. Fortitudo ⁊ decor indumentũ eius: ⁊ ridebit ĩ die nouissimo. Phe. Os suũ apuit sa-piẽtie: ⁊ lex clemẽtie ĩ lingua eiꝰ. Sade. Con-siderauit semitas domus sue: ⁊ panẽ ociosa nõ comedit. Copb. Surrexerũt filij eiꝰ ⁊ be-atissimã ꝑdicauerũt: vir eiꝰ ⁊ laudauit eam. Res. Multe filie cõgregauerũt diuitias: tu supgressa es vniuersas. Syn. Fallax gratia ⁊ vana est pulcbritudo: mulier timẽs dñm ipsa laudabit. Tbau. Date ei de fructu ma-nuũ suarꝫ: ⁊ laudent eam in portis opa eiꝰ.

¶ Expliciũt puerbia salomõis. Incipit plogꝰ sancti Hieronymi in librum Ecclesiasten.

Memini me ante hoc ferme quinquẽniũ · cum adhuc ro me essem ⁊ ecclesiasten san-cte blesille legerẽ · ut eam ad cõtemptũ mundi huiꝰ puo-carẽ. ⁊ oẽ qd in mũdo cerne-ret putaret eẽ pro nihilo · rogatũ ab ea: ut in morẽ cõmẽtarioli · obscura queqꝫ dissererẽ: ut absqꝫ me posset intelligere que legebat. Itaqꝫ qm̃ in pcinctu nr̃i opis subita morte subtracta est. ⁊ vbi non meruimus o paula ⁊ eustocbiũ talem vite nr̃e habere consortẽ: tanto vulnere tũc ꝑcussus obmutui · nunc in betbleem positus · angustiore videlicet ci-uitate. ⁊ illius memorie ⁊ vobis reddo qd debeo. Hoc breuit ãmonens ꝙ nulliꝰ aucto-ritatẽ secutus sum: ſ de hebreo transferens maxime septuaginta interpretũ consuetudi-ni me coaptaui: in his dũtaxat que nõ mul-tum ab hebraicis discrepabant. Interdum aquile quoqꝫ ⁊ symmacbi ⁊ theodotiõis re-cordatus sum: ut nec nouitate nimia · lectorꝝ studiũ deterrerem: nec rursũ cõtra conscien-tiã meam fonte veritatis omisso: opinionũ riuulos consectarer.

Cometariolꝰ pe. cor. ꝑmiss tractatꝰ

¶ Explicit prologus sancti Hieronymi.

¶ Incipit liber Ecclesiastes. Caplm I

Verba ecclesi-astes · filij dauid regꝭ irl'm. Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes: vanitas vani-tatũ ⁊ oĩa vãitas. Quid hꝫ ampliꝰ hõ de vniũso labore suo quo laborat sub sole. Generatio pterit ⁊ gñatio aduenit: tra aũt in etnũ stat. Orit sol ⁊ occidit: ⁊ ad locũ suũ reuertit: ibiqꝫ re-nascẽs gyrat p meridiẽ: ⁊ flectit ad aqlonẽ. Lustrãs vniũsa ĩ circuitu pgit spũs: ⁊ in cir-culos suos reuertit. Oĩa flumina intrant in mare: ⁊ mare nõ redundat. Ad locum vnde exeunt fluia reuertũt: ut iterũ fluant. Cuncte res difficiles: nõ potest eas hõ explicare ser-mone. Nõ saturat oculꝰ visu: nec auris au-ditu impletur. Quid est qd fuit? Ipsum qd futurꝝ ẽ. Quid ẽ qd factũ ẽ? Ipsũ qd facien-dũ est. Nihil sub sole nouũ: nec valet quisꝙ dicẽ: ecce hoc recẽs est. Iã.n. pcessit ĩ seculis que fuerũt añ nos. Nõ ẽ priorꝝ memoria: sed nec eorꝝ quidẽ q̃ postea futura sũt erit recor-datio apud eos q̃ futuri sũt ĩ nouissimo. Ego eccl'iastes fui rex israhel ĩ irl'm: ⁊ pposui ĩ aĩo meo querere ⁊ inuestigare sapienter de oĩbꝰ que fiunt sub sole. Hanc occupationẽ pessi-mã dedit deus filijs hoĩuꝫ: ut occuparẽt in ea. Vidi que fiũt cuncta sub sole: ⁊ ecce vni-uersa vanitas ⁊ afflictio spũs. Peruersi dif-ficile corrigũt: ⁊ stultorꝝ infinitꝰ ẽ numerus. Locutꝰ sũ ĩ corde meo dicẽs: ecce magnꝰ effe-ctꝰ sũ. ⁊ pcessi oẽs sapiẽtia qui fuerũt añ me ĩ irl'm: ⁊ mens mea contemplata est multa sa-pienter ⁊ didici: dediqꝫ cor meũ ut scirẽ pru-dentiã atqꝫ doctrinam: erroresqꝫ ⁊ stulticiã. Et agnoui ꝙ ĩ his quoqꝫ esset labor ⁊ afflic-tio spiritꝰ: eo ꝙ ĩ multa sapĩa multa sit indi-gnatio: ⁊ qui addit sciam · addit ⁊ laborem.

¶ II

Dixi ergo in corde meo. Va-dam ⁊ affluã delitijs: ⁊ fruar bonis. Et vidi ꝙ hoc quoqꝫ esset vanitas. Risũ reputaui errorẽ. ⁊ gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Cogitaui ĩ corde meo · ab-strahere a vino carnẽ meã · ut aĩuꝫ meũ trã-ferrẽ ad sapiam · deuitaremqꝫ stulticiã: donec viderẽ quid esset vtile filijs hoĩuꝫ: quo facto opus ẽ sub sole numero dierũ vite sue. Ma-gnificaui opa mea. Edificaui mihi domos ⁊ plãtaui vineas: feci hortos ⁊ pomeria ⁊ con-seui ea cuncti generꝭ arboribꝰ. ⁊ extruxi mihi

piſcinas aquarū ut irrigarem ſiluā lignoꝝ
germinantiū. Poſſedi ſeruos ⁊ ancillas. mul
tamq̃ familiā habui: armenta quoq̃ ⁊ ma-
gnos ouiū greges: vltra oēs q̄ fuerūt an̄ me
in ir̄l'm. Coaceruaui mihi argentū ⁊ aurū: ⁊
ſubſtātias regū ⁊ ꝓuinciaꝝ. Feci mihi cāto-
res ⁊ cātatrices ⁊ delitias filioꝝ hoīuʒ: cy-
phos ⁊ vrceolos i miniſterio ad vina fūden-
da. ⁊ ſupgreſſus ſū opibꝰ oēs q̄ ante me fue-
rūt in ir̄l'm. Sapiā quoq̃ ꝑſeuerauit mecū:
⁊ oīa q̄ deſiderauerūt oculi mei non negaui
eis: nec ꝓhibui coꝛ meū q̄n omni voluptate
frueref. ⁊ oblectaret ſe in his q̄ ꝑꝑauerā. Et
hāc ratꝰ ſū partē meā: ſi vterer laboꝛe meo.
Cūq̃ me cōuertiſſem ad vniuerſa opa q̄ fe-
cerant manꝰ mee. ⁊ ad laboꝛes i q̄bꝰ fruſtra
ſudauerā: vidi in oībꝰ vanitatē ⁊ afflictionē
animi: ⁊ nihil ꝑmanere ſub ſole. Tranſiui ad
cōtemplandā ſapiam. erroꝛeſq̃ ⁊ ſtulticiam
Quid ē inq̄ hō. ut ſequi poſſit regē factoꝛē
ſuū? Et vidi ꝙ tantū ꝓcederet ſapia ſtulticiā
quantū differt lux a tenebꝛis. Sapiētꝭ oculi
in capite eiꝰ: ſtultus in tenebꝛis ambulat. Et
didici ꝙ vnus vtriuſq̃ eēt interitꝰ: ⁊ dixi in
coꝛde meo. Si vnus ⁊ ſtulti ⁊ meus occaſus
erit. quid mihi ꝓdeſt ꝙ maioꝛē ſapientie dedi
operā? Locutuſq̃ cū mēte mea: aīaduerti ꝙ
hoc q̄q̃ eēt vanitas. Nō. n. erit memoꝛia ſapientꝭ
ſilr̄ ut ſtulti i ꝑpetuū: ⁊ futura tpa obliuiōe
cūcta parit̄ operient. Moꝛit̄ doctꝰ ſimilit̄ ut
indoctꝰ. ⁊ idcirco teduit me vite mee. viden-
tem mala vniuerſa eē ſub ſole. ⁊ cūcta vani-
tatē ⁊ afflictionē ſpūs. Rurſus deteſtatꝰ ſū
oēm induſtriam meā qua ſub ſole ſtudioſiſſi-
me laboꝛaui: habiturꝰ heredē poſt me quem
ignoꝛo vtꝝ ſapiens an ſtultus futurus ſit. ⁊
dn̄abit̄ in laboꝛibꝰ meis q̄bꝰ deſudaui ⁊ ſol-
licitꝰ fui. Et ē q̄cq̄ꝙ tā vanū? Unde ceſſaui:
renūciauitq̃ coꝛ meū vltra laboꝛare ſub ſo-
le. Nā cū aliꝰ laboꝛet i ſapia ⁊ doctrina ⁊ ſol-
licitudine: hoī ocioſo queſita dimittit. Et hoc
q̄q̃ vanitas. ⁊ magnū malum. Quid. n. pꝛo-
derit hoī de vniuerſo laboꝛe ſuo ⁊ afflictione
ſpūs qua ſub ſole cruciatus eſt? Cūcti dies
eius doloꝛibus ⁊ erūnis pleni ſūt: nec ꝑ noc-
tem mēte req̄eſcit. Et hoc nōne vanitas eſt?
Nōne meliꝰ ē comedere ⁊ bibere: ⁊ oſtēdere
aīe ſue bona de laboꝛibꝰ ſuis? Et hoc de manu
dei eſt. Quis ita deuoꝛabit ⁊ delitijs affluet
ut ego? Hoī bono i ꝯſpectu ſuo dedit deus ſa-
pientiā ⁊ ſcientiā ⁊ leticiā: peccatoꝛi autem

dedit afflictionē ⁊ curā ſuperfluā: ut addat ⁊
ꝯgreget ⁊ tradat ei q̄ placuit deo. Sed ⁊ hoc
vanitas eſt: ⁊ caſſa ſollicitudo mētis. III

Omnia tempꝰ habent: ⁊ ſuis ſpatijs
tranſeūt vniuerſa ſub celo. Tempus
naſcendi: ⁊ tempꝰ moꝛiēdi. Tempus
plantandi: ⁊ tempꝰ euellēdi qd̄ plantatū ē.
Tempꝰ occidēdi: ⁊ tēpꝰ ſanādi. Tēpꝰ deſtru-
endi: ⁊ tempꝰ edificandi. Tempꝰ flendi: ⁊ tē-
pus ridēdi. Tempꝰ plangēdi: ⁊ tempꝰ ſaltan-
di. Tempꝰ ſpargendi lapides: ⁊ tempꝰ colli-
gendi. Tempꝰ amplexādi: ⁊ tempꝰ lōge fieri
ab amplexibꝰ. Tempꝰ acq̄rēdi: ⁊ tempꝰ ꝑ-
dendi. Tempꝰ cuſtodiēdi: ⁊ tempꝰ abijciēdi.
Tempꝰ ſcindendi: ⁊ tempꝰ ꝯſuendi. Tempꝰ
tacendi: ⁊ tēpꝰ loquēdi. Tempꝰ dilectiōis: ⁊
tempꝰ odij. Tempꝰ belli: ⁊ tēpꝰ pacis. Quid
habet ampliꝰ hō de laboꝛe ſuo? Uidi afflic-
tionē quā dedit deꝰ filijs hoīuʒ. ut diſtendāt̄
in ea. Cūcta fecit bona in tempoꝛe ſuo. ⁊ mū-
dū tradidit diſputationi eoꝝ: ut nō inueniat
homo quod opatus ē deus ab initio vſq̃ ad
finē. Et cognoui ꝙ nō eēt melius niſi letari:
facere bene in vita ſua. Oīs. n. hō qui come-
dit ⁊ bibit. ⁊ videt bonum de laboꝛe ſuo: hoc
donū dei ē. Didici ꝙ oīa opa que fecit deus
ꝑſeuerent i ꝑpetuū. Nō poſſumus eis quicq̄ꝙ
addere nec auferre: que fecit deus ut timeat̄.
Quod factū ē: ipſū ꝑmanet. Que futura ſūt
iam fuerūt: ⁊ deus inſtaurat qd̄ abijt. Uidi
ſub ſole i loco iudicij impietatē ⁊ in loco iu-
ſticie iniq̄tatē. ⁊ dixi in coꝛde meo: Juſtum ⁊
impiū iudicabit dn̄s: ⁊ tempꝰ oīs rei tūc erit.
Dixi in coꝛde meo de filijs hoīuʒ. ut ꝓbaret
eos deus: ⁊ oñderet ſil'es eē beſtijs. Jdcirco
vnꝰ interitꝰ eſt hoīs ⁊ iumētoꝝ ⁊ eq̄ vtriuſq̃
conditio. Sicut moꝛit̄ hō: ſic ⁊ illa moꝛiūt̄.
Similit̄ ſpirāt oīa: ⁊ nihil habet hō iumēto
amplius. Cuncta ſubiacent vanitati: ⁊ oia
ꝑgūt ad vnū locū. De terra facta ſūt: ⁊ i terrā
parit̄ reuertūt̄. Quis nouit ſi ſpiritus filioꝛū
adam aſcendat ſurſū: ⁊ ſi ſpiritus iumentoꝛū
deſcēdat deoꝛſū? Et deꝑhendi nihil eſſe meliꝰ
q̄ꝙ letari hoīem in ope ſuo: ⁊ hanc eſſe partem
illiꝰ. Quis enim eū adducet ut poſt ſe futura
cognoſcat? IIII

Uerti me ad alia. ⁊ vidi calūnias que
ſub ſole gerūt̄: ⁊ lachꝛymas innocē-
tiū. ⁊ neminē cōſolatoꝛē. nec poſſe re-
ſiſtere eoꝝ violentie. cūctoꝝ auxilio deſtitu-
tos. Et laudaui mag̃ moꝛtuos q̄ꝙ viuētes: ⁊

feliciorē vtroqꝫ iudicaui q̇ necdū natus est: nec vidit mala que sub sole fiūt. Rursū contemplatꝰ sū oēs labores hoīuꝫ. ⁊ industrias aīaduerti patere inuidie ꝓximi. Et in h̄ ergo vanitas. ⁊ cura supflua est. Stultꝰ cōplicat manus suas. ⁊ comedit carnes suas dicēs: Melior ē pugillus cū reqe: q̄ꝫ plena vtraqꝫ manus cū labore ⁊ afflictione animi. Cōsiderās repperi ⁊ aliā vanitatē sub sole. Unꝰ ē ⁊ secūdū nō habet. nō filiū. nō fratrē. ⁊ tñ laborare nō cessat. nec satiāť oculi eiꝰ diuitijs nec recogitat dicens: Cui laboro. ⁊ fraudo aīam meā bonis? In hoc quoqꝫ vanitas ē ⁊ afflictio pessima. Meliꝰ ē ḡ duos eē simul q̄ꝫ vnū: habent eni emolumentū societatis sue. Si vnus ceciderit: ab altero fulcieť. Ve soli: quia cū ceciderit non habet subleuantē se. Et si dormierint duo: fouebuntur mutuo Unus quō calefiet? Et si quispiā preualuerit ꝯ vnū. duo resistūt ei. Funiculus triplex difficile rumpiť. Melior est puer paup ⁊ sapiens. rege sene ⁊ stulto. qui nescit preuidere in posterū. Qr ⁊ de carcere cathenisqꝫ interdū quis egrediať ad regnū. ⁊ alius natꝰ i regno inopia consūmať. Uidi cūctos viuētes. qui ambulant sub sole cū adolescēte secūdo: qui ꝯsurget ꝓ eo. Infinitꝰ numerꝰ est ppl̄i oīuꝫ q̇ fuerunt ante eū. ⁊ qui postea futuri sunt non letabunť in eo. Sed ⁊ h̄ vanitas ⁊ afflictio spiritꝰ. Custodi pedē tuū ingrediēs domū dei ⁊ appropinqua ut audias. Multo. n. melior ē obediētia q̄ꝫ stultorū victime: q̇ nesciūt q̇d faciūt mali. Ne temere quid loquaris: neqꝫ cor tuū sit velox ad proferēdū sermonē corā deo. Deus eni in celo. ⁊ tu sup terrā. idcirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequūť somnia. ⁊ in multis sermonibus inueniet stulticia. Si q̇d vouisti deo: ne moreris reddē. Displicet. n. ei infidelis ⁊ stulta ꝓmissio. Sꝫ q̇ōcūqꝫ voueris. redde. Multoqꝫ melius ē nō vouē: q̄ꝫ pꝰ votū ꝓmissa nō reddē. Ne dederis os tuū ut peccare facias carnē tuā: neqꝫ dicas. corā angelo nō est ꝓuidētia ne forte iratus dñs ꝯ sermones tuos dissipet cūcta opa manuū tuaꝝ. Ubi multa sūt somnia. plurime sūt vanitates ⁊ sermones innumeri. Tu ṽo deū time. Si videris calūnias egenoꝝ ⁊ violēta iudicia ⁊ subuerti iusticiā i ꝓuincia. nō mireris sup h̄ negocio: q̇a excelso excelsior ē aliꝰ. ⁊ sup hos q̄ꝫ eminētiores sūt alij. ⁊ insup vniuerse t̄re rex impat seruienti.

C V

Auarus nō implebiť pecunia: ⁊ q̇ amat diuitias. fructū nō capiet ex eis. Et h̄ ergo vanitas. Ubi multe sunt opes: multi ⁊ qui comedūt eas. Et q̇d prodest possessori: nisi q̄ꝫ cernit diuitias oculis suis? Dulcis est somnus operāti siue paꝝ siue multū comedat: saturitas autem diuitꝫ non sinit eum dormire. Est ⁊ alia infirmitas pessima quā vidi sub sole. Diuitie conseruate in malū dñi sui. Pereunt eni in afflictione pessima. Generauit filiū. qui i sūma egestate erit. Sicut egressus est nudus de vtero m̄ris sue. sic reuerteť. ⁊ nihil auferet secū de labore suo. Miserabilis ꝓrsus infirmitas. Quō venit: sic reuerteť. Quid ḡ ꝓdest ei q̇ō laborauit i ventū? Cunctꝫ diebꝰ vite sue comedit i tenebris ⁊ i curis multis. ⁊ i erūna atqꝫ tristicia. Hoc itaqꝫ visū est mihi bonū: ut comedat q̇s ⁊ bibat ⁊ fruať leticia ex labore suo. q̇ laborauit ipse sub sole nūero dieꝝ vite sue q̇s dedit ei deꝰ. ⁊ h̄ ē pars illiꝰ. Et oi hoī cui dedit deus diuitias atqꝫ substantiā: potestatēqꝫ ei tribuit ut comedat ex eis ⁊ fruať pte sua. ⁊ leteť de labore suo: h̄ est donū dei. Non eni satis recordabiť dieꝝ vite sue. eo q̄ꝫ deus occupet delitijs cor eius.

C VI

Est ⁊ aliud malū q̇ō vidi sub sole. ⁊ quidē frequēs apud hoīes. Uir cui dedit deꝰ diuitias ⁊ substantiā ⁊ honorem ⁊ nihil deest aīe sue ex oībꝰ que desiderat: nec tribuit ei potestatē deꝰ ut comedat ex eo: s̄ hō extraneus vorabit illud. Hoc vanitas ⁊ magna miseria ē. Si genuerit quispiā centū liberos ⁊ vixerit multos ānos. ⁊ plures dies etatis habuerit. ⁊ aīa illius nō vtať bonis substātie sue: sepulturaqꝫ careat. de h̄ ego ꝓnūcio q̄ꝫ melior illo sit abortiuus. Frustra. n. venit ⁊ pgit ad tenebras. ⁊ obliuione delebiť nomē eiꝰ. Nō vidit solē. neqꝫ cognouit distantiā boni ⁊ mali: etiā si duobꝰ milibus annis vixerit. ⁊ nō fuerit pfruītꝰ bonis. Nōne ad vnū locū ꝓperant oīa? Oīs labor hoīs in ore eiꝰ: s̄ aīa eiꝰ non impleбiť bonis. Quid habet amplius sapiens a stulto. ⁊ q̇d pauper nisi ut pergat illuc vbi est vita? Melius est videre quod cupias q̄ꝫ desiderare q̇ō nescias. Sed ⁊ hoc vanitas est. ⁊ presūptio spiritus. Qui futurus est. iam vocatū est nomen eiꝰ. ⁊ scitur q̄ꝫ homo sit. ⁊ nō possit ꝯtra fortiorē se i iudicio ꝯtendere. Uerba sūt plurima: multāqꝫ i disputādo habētia vanitatē.

Quid necesse ē hoī maiora se q̄rere: cū ignoret q̄d conducat sibi ī vita sua numero dierū ꝑegrinatiōis sue. ⁊ tēpore q̄ velut vmbra ꝑterit? Aut quis ei poterit indicare. q̄d post eū futurū sub sole sit?

CVII

Melius ē nomē bonū q̄ vnguēta ꝓciosa: ⁊ dies mortꝭ die natiuitatꝭ. Melius ē ire ad domū luctꝰ: q̄ ad domū ꝯuiuij. In illa.n. finis cūctoꝝ āmonet hoīuȝ ⁊ viuēs cogitat q̄d futuꝝ sit. Melior ē ira risu: q̄a ꝑ tristiciā vultꝰ. corrigit animꝰ delinquentis. Cor sapientiū vbi tristicia est: ⁊ cor stultoꝝ vbi leticia. Meliꝰ ē a sapiente corripi. q̄ stultoꝝ adulatiōe decipi: q̄a sicut sonitus spinaꝝ ardentiū sub olla: sic risus stulti. Sȝ ⁊ h̄ vanitas. Calūnia ꝯturbat sapiētē. ⁊ ꝑdet robur cordis eiꝰ. Melior est finis orationis: q̄ ꝑncipiū. Melior ē patiēs arrogāte. Ne sis velox ad irascēdū: q̄a ira ī sinu stulti req̄escit. Ne dicas: q̄d putas cause est q̄ priora tp̄a meliora fuere q̄ nūc sūt: Stulta enī ē huiuscemodi interrogatio. Utilior est sapiā cū diuitijs: ⁊ magꝭ ꝓdest vidētibꝰ solē. Sic.n. ꝓtegit sapiētia: sic ꝓtegit pecunia. Hoc autē plus habet eruditio ⁊ sapiā: q̄ vitā tribuūt possessori suo. Considera opera dei: q̄ nemo possit corrigē quē ille despexerit. In die bona fruere bonis. ⁊ malā diē ꝑcaue. Sicut.n. hāc sic ⁊ illā fecit deus: ut non inueniat hō contra eū iustas q̄rimonias. Hec q̄ꝫ vidi in diebꝰ vanitatꝭ mee. Iustꝰ perit ī iusticia sua: ⁊ impiꝰ multo viuit tp̄e ī malitia sua. Noli esse iustꝰ multū: neq̄ȝ plus sapias q̄ necesse est. ne obstupescas. Ne impie agas multū. ⁊ noli esse stultꝰ: ne moriaris ī tp̄e nō tuo. Bonū est te sustētare iustū: s̄ ⁊ ab illo ne subtrahas manū tuā: quia q̄ timet deū nihil negligit. Sapiētia cōfortauit sapiētē: sup̄ decē principes ciuitatis. Nō est.n. hō iustꝰ in terra: q̄ faciat bonū ⁊ nō peccet. Sȝ ⁊ cunctꝭ sermōibꝰ q̄ dicūt. ne accomodes cor tuū: ne forte audias ꝯuū tuū maledicentē tibi. Scit.n. ꝯsciā tua: q̄a ⁊ tu crebro maledixisti alijs. Cūcta temptaui ī sapiā. Dixi sapiēs efficiar. ⁊ ipsa longiꝰ recessit a me multo magꝭ q̄ erat. Et alta ꝓfūditas: q̄s inueniet eā? Lustraui vniuersa aīo meo: ut scirē ⁊ cōsiderarē ⁊ q̄rerē sapientiam ⁊ rationē. ⁊ ut cognoscerē impietatem stulti. ⁊ errorē iꝓrudētiū. Et inueni amariorem morte mulierē: que laqueus venatorū est. ⁊ sagena cor eius. Uincula sunt manus illius. Qui placet deo effugiet illā: qui autē peccator est capiet ab illa. Ecce h̄ iueni dixit ecclesiastes. vnū ⁊ alteꝝ: ut iuenirē rationem quā adhuc q̄rit aīa mea. ⁊ nō iueni. Uirū de mille vnū repperi: mulierē ex oībꝰ nō inueni. Solūmō h̄ iueni. q̄ fecerit deꝰ hoīem rectū. ⁊ ipse se infinitꝭ miscuerit q̄stiōibꝰ. Quis talis ut sapiēs ē? Et q̄s cognouit solutionē v̄bi? Sapiā hoīs lucet ī vultu eiꝰ. ⁊ potētissimꝰ faciem illius cōmutabit.

CVIII

Ego os regꝭ obseruo. ⁊ ꝑcepta iuramēti dei. Ne festines recedere a facie eiꝰ. neq̄ȝ ꝑmaneas ī ope malo: q̄a oē q̄d voluerit faciet. ⁊ sermo illiꝰ ꝑtāte plenꝰ ē. Nec dicē ei q̄sq̄ pōt: q̄re ita facis? Qui custodit ꝑceptū. nō expiet q̄cq̄ mali. Tempꝰ ⁊ respōsionē cor sapiētꝭ itelligit. Omni negocio tempꝰ ē ⁊ opportunitas. ⁊ multa hoīs afflictio q̄a igrat ꝑtita. ⁊ futura nullo scire pōt nūcio. Nō est in hoīs ditione ꝓhibē spm̄. nec habet ꝑtātē in die mortis: nec sinit quiescere igruēte bello: neq̄ȝ saluabit impietas impiū. Oia hec cōsideraui. ⁊ dedi cor meū in cunctꝭ operibꝰ q̄ fiūt sub sole. Interdū dominat hō homini in malū suū. Uidi impios sepultos: q̄ etiā cū adhuc viuerēt. in loco sancto erāt: ⁊ laudabāt ī ciuitate q̄si iustoꝝ operū. Sed ⁊ hoc vanitas ē. Etenī q̄a nō ꝓfert cito ꝯtra malos sniā: absq̄ȝ timore vllo filij hoīuȝ perpetrāt mala. Attamē pctōr ex eo q̄ centies facit malū ⁊ ꝑ patientiam sustentat: ego cognoui. q̄ erit bonū timentibꝰ deū: q̄ verēt faciē eiꝰ. Nō sit bonū impio nec ꝓlongēt dies eius: s̄ q̄si vmbra transeāt: q̄ non timent faciē dn̄i. Et ē alia vanitas que fit sup̄ terram. Sūt iusti quibꝰ mala ꝓueniūt q̄si opa egerit impioꝝ. ⁊ sūt impij qui ita securi sunt: quasi iustoꝝ facta habeāt. Sȝ ⁊ h̄ vanissimū iudico. Laudaui igit leticiā: q̄ non esset homini bonū sub sole. nisi q̄ comederet ⁊ bibēt atq̄ȝ gauderet. ⁊ hoc solum secū afferret de labore suo oībꝰ diebꝰ vite sue quos dedit ei deus sub sole. Et apposui cor meū ut scirem sapientiā: ⁊ intelligerem distensionē que versat in terra. Est homo q̄ diebꝰ ⁊ noctibꝰ somnū non capit oculis. Et intellexi: q̄ oīuȝ operū dei nullā possit hō iuenire rationē eoꝝ q̄ fiūt sub sole. ⁊ quāto plus laborauerit ad q̄rēdū tanto minꝰ iueniat. Etiā si dixerit sapiens se nosse. non poterit reperire. Omnia hec tractaui in corde meo: ut curiose intelligerem.

Sunt iusti atq; sapientes: CIX
⁊ opa eorũ in manu dei. Et tñ nescit
homo vtrũ amore an odio dignus
sit:sed omnia in futuꝝ seruant᷑ incerta: eo ꝙ
vniuersa eque eueniant iusto ⁊ impio·bono
⁊ malo·mũdo ⁊ imũdo·imolanti victimas ⁊
sacrificia ꝯtemnenti. Sicut bon⁹·sic ⁊ pctõr·
ut periur⁹·ita ille q̇ verũ deierat. Hoc est pessi-
mũ inter oĩa que sub sole fiũt: q̇a eadẽ cunctꝫ
eueniũt. Unde ⁊ corda filioꝝ hoĩuꝫ implẽt᷑
malitia ⁊ contemptu in vita sua. ⁊ post h̄ ad
inferos deducent᷑. Nemo est qui semꝑ viuat:
⁊ qui huius rei habeat fiduciam. Melior est
canis viu⁹ leone mortuo. Uiuentes eni sciũt
se esse morituros:mortui ꝟo nihil nouerunt
ampli⁹: nec habent vltra mercedẽ: q̇a obli-
uioni tradita ẽ memoria eoꝝ. Amor quoq;
⁊ odiũ ⁊ iuidie simul pierũt:nec hñt partẽ in
hoc seculo. ⁊ in ope qđ sub sole gerit᷑. Uade
ḡ ⁊ comede i leticia panẽ tuũ. ⁊ bibe cũ gau-
dio vinũ tuũ :q̇a deo placẽt opa tua. Omni
tp̱e sint vestimenta tua cãdida. ⁊ oleũ de ca-
pite tuo nõ deficiat. Perfruere vita cũ vxore
quã diligis·cunctꝫ diebus vite instabilitatꝫ
tue:qui dati sũt tibi sub sole oĩ tp̱e vanitatis
tue. Nec est eni pars i vita:⁊ in labore tuo q̄
laboras sub sole. Quodcũq; facere põt man⁹
tua instanter oꝑare:q̇a nec opus·nec ratio·
nec sapia·nec scia erũt apud inferos: q̄ tu ꝓ-
peras. Uerti me ad aliud. ⁊ vidi sub sole·nec
velociũ eẽ cursũ·nec fortiũ bellũ·nec sapien-
tiũ panẽ·nec doctorũ diuitias·nec artificum
grãm:ſ; temp⁹ casũq; i oĩbus. Nescit hõ finẽ
suũ:ſ; sicut pisces capiũt᷑ hamo. ⁊ aues laq̄o
cõprehẽdũt᷑·sic capiũt᷑ hoĩes in tp̱e malo: cũ
eis extẽplo supuenerit. Hanc quoq; sub sole
vidi sapiẽtiã ⁊ ꝓbaui maximã. Ciuitas par-
ua. ⁊ pauci in ea viri. Uenit ꝯ eã rex magn⁹
⁊ vallauit eã: extruxitq; munitiones ꝑ gyrũ
⁊ ꝑfecta ẽ obsidio. Inuẽtusq; ẽ i ea vir pauꝑ
⁊ sapiẽs. ⁊ liberauit vrbem ꝑ sapiam suam. ⁊
null⁹ deinceps recordat⁹ ẽ hoĩs illi⁹ pauꝑis
Et dicebã ego meliorẽ eẽ sapiam fortitudi-
ne. Quõ ḡ sapia pauꝑis ꝯtempta est. ⁊ ꝟba
eius nõ sũt audita? Uerba sapiẽtiũ audiũt᷑
in silentio:plusq̄ clamor ꝓncipis inter stul-
tos. Melior ẽ sapiẽtia q̄ arma bellica: ⁊ q̇ in
vno peccauerit·multa bona perdet. CX

Musce moriẽtes perdũt suauitatẽ vn-
guenti. Preciosior est sapia paruaq;
gl̄ia: ad temp⁹ stulticia. Cor sapiẽtꝫ
in dextera eius. ⁊ cor stulti in sinistra illius.
Sꝫ ⁊ in via stult⁹ ãbulãs: cũ ipse insipiẽs sit
oẽs stultos estimat. Si spũs ꝑtãtem habẽtꝫ
ascenderit suꝑ te·locũ tuũ ne dimiseris:quia
curatio faciet cessare pctã maxima. Est ma-
lum qđ vidi sub sole: q̄si ꝑ errorẽ egrediẽs a
facie ꝓncipis. Positũ stultũ i dignitate subli-
mi. ⁊ diuites sedere deorsũ. Uidi ꝟuos i eq̄s
⁊ ꝓncipes ãbulãtes suꝑ t̃rã q̄si seruos. Qui
fodit foueã incidet i eam : ⁊ q̇ dissipat sepem
mordebit eũ coluber. Qui transfert lapides
affliget᷑ in eis. ⁊ q̇ scindit ligna vulnerabitur
ab eis. Si retusũ fuerit ferrũ ⁊ h̄ non ut pri⁹
sed hebetatũ fuerit·multo labore exacuet᷑. ⁊
post industriã sequet᷑ sapia. Si mordeat ser-
pens in silẽtio:nihil eo min⁹ habet q̇ occulte
detrahit. Uerba oris sapiẽtꝫ grã. ⁊ labia in-
sipientis ꝑcipitabũt eũ. Initiũ verborũ eius
stulticia. ⁊ nouissimũ oris illius error pessi-
mus. Stult⁹ verba multiplicat. Ignorat hõ
q̇d ante se fuerit:⁊ qđ p⁹ se futuꝝ est· quis ei
poterit indicare? Labor stultorũ affliget eos
qui nesciũt in vrbẽ pergere. Ue tibi terra cui⁹
rex ẽ puer. ⁊ cuius ꝓncipes mane comedũt.
Beata t̃ra cui⁹ rex nobilis est. ⁊ cuius ꝓn-
cipes vescunt᷑ in tp̱e suo·ad reficiendũ ⁊ non
ad luxuriam. In pigritijs humiliabit᷑ conti-
gnatio. ⁊ in infirmitate manuũ ꝑstillabit do-
mus. In risu faciũt panẽ ⁊ vinũ: ut epulent᷑
bibentes. Et pecunie obediunt oĩa. In cogi-
tatione tua regi nõ detrahas. ⁊ in secreto cu-
biculi tui nõ maledixeris diuiti·quia ⁊ aues
celi portabunt vocẽ tuã. ⁊ q̇ habent pennas
annũciabũt sententiã. CXI

Mitte panẽ tuũ suꝑ trãseũtes aq̄s:q̇a
p⁹ tp̱a multa inuenies illũ. Da ꝑtes
septẽ necnõ ⁊ octo:q̇a ignoras quid
futuꝝ sit mali suꝑ t̃rã. Si replete fuerint nu-
bes:hymbrẽ suꝑ terrã effundẽt. Si ceciderit
lignũ ad austrũ aut ad aq̄lonẽ:i q̄cũq; loco
ceciderit ibi erit. Qui obseruat ventũ nõ se-
minat:⁊ qui considerat nubes nũq̄ metet.
Quõ ignoras q̄ sit via spũs. ⁊ qua rõne cõ-
pingant᷑ ossa i ventre pregnãtꝫ:sic nescis opa
dei qui fabricator ẽ oĩuꝫ. Mane semina se-
men tuũ:⁊ vespe ne cesset man⁹ tua:q̇a nescis
q̇d mag̃ oriat᷑ hoc aut illud. ⁊ si vtrũq; simul
meli⁹ erit. Dulce lumẽ ⁊ delectabile ẽ oculis
videre solẽ. Si annis multꝫ vixerit homo ⁊
in his omnibus let⁹ fuerit: meminisse debet
tenebrosi tp̱is ⁊ dieꝝ multoꝝ: q̇ cũ venerint

vanitatis arguūtꝑterita. Letare ergo iuuenis in adolescētia tua. ⁊ in bono sit cor tuū i diebus iuuētutꝭ tue. ⁊ ambula i vijs cordis tui ⁊ i intuitu oculoꝝ tuoꝝ. ⁊ scito ꝙ ꝓ oibꝰ his adducet te deꝰ in iudiciū. Aufer irā a corde tuo. ⁊ amoue malitiā a carne tua. Adolescētia eni ⁊ voluptas vana sunt. C XII

Memēto creatoris tui i diebꝰ iuuentutis tue: anteꝗ̄ veniat tēpꝰ afflictionis tue. ⁊ appropinquent anni de quibꝰ dicas. non mihi placēt. Anteꝗ̄ tenebrescat sol ⁊ lumen ⁊ stelle ⁊ luna. ⁊ reuertantꝰ nubes pꝰ pluuiā. Qn̄ cōmouebunt custodes domus. ⁊ nutabunt viri fortissimi: ⁊ ociose erūt molētes i minuto numero. ⁊ tenebrescēt videntes ꝑ foramina. ⁊ claudent ostia i platea in humilitate vocis molētis. ⁊ cōsurgēt ad vocem volucris. ⁊ obsurdescent oēs filie carminis. Excelsa ꝗ̄ timebūt. ⁊ formidabūt i via. florebit amigdalꝰ: ipinguabitur locusta. ⁊ dissipabitꝰ capparꝭ. Quoniā ibit hō in domū eternitatis sue: ⁊ circuibunt i platea plāgētes. Anteꝗ̄ rūpatur funiculꝰ argēteus. ⁊ recurrat vitta aurea. ⁊ cōterantꝰ hydria sup fontē. ⁊ ꝯfringatꝰ rota sup cisternam. ⁊ reuertatur puluis i terrā suam vnde erat: ⁊ spūs redeat ad deū q̄ dedit illū. Vanitas vanitatū dixit ecclesiastes. ⁊ oia vanitas. Cūq̄ eēt sapiētissimꝰ ecclesiastes. docuit populū ⁊ enarrauit q̄ fecerat. ⁊ inuestigās composuit parabolas multas. Quesiuit vba vtilia. ⁊ conscripsit ſmones rectissimos: ac veritate plenos. Verba sapiētiū sicut stimuli ⁊ q̄si claui i altū defixi: q̄ ꝑ magistrorū consiliū data sūt a pastore vno. His ampliꝰ fili mi ne req̄ras. Faciendi plures libros nullꝰ est finis: frequensq̄ meditatio carnis afflictio est. Finē loquēdi paritꝰ oēs audiamus. Deū time. ⁊ mandata eius obserua. Hoc est ois homo. Cūcta que fiūt adducet deꝰ i iudiciū. ꝓ oi errato: siue bonū siue malū sit.

C Explicit liber ecclesiastes. Incipiūt cantica canticorum. C Caplm I

Osculetur me

osculo oris sui. Quia meliora sūt vbera tua vino: fragrantia vnguētis optimis. Oleū effusū nomen tuū: ideo adolescētule dilexerūt te. Trahe me post te. Curremꝰ i odore vnguētorū tuorū. Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimus ⁊ letabimur in te: memores vberū tuoꝝ super vinū. Recti diligunt te. Nigra sū ſ formosa filie hierusalē. sicut tabernacula cedar. sicut pelles salomonis. Nolite me cōsiderare ꝙ fusca sim. q̄a decolorauit me sol. Filij mrīs mee pugnauerūt ꝯ me: posuerūt me custodem vineis. Vineā meā nō custodiui. Indica mihi quē diligit aia mea. vbi pascas. vbi cubes i meridie: ne vagari icipiā pꝰ greges sodaliū tuoꝝ. Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres. egredē ⁊ abi pꝰ vestigia gregū tuoꝝ. ⁊ pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastoꝝ. Eq̄tatui meo i curribꝰ pharaonis assimilaui te amica mea. Pulchre sunt gene tue sicut turturis: collū tuū sic monilia. Murenulas aureas faciemꝰ tibi: vermiculatas argēto. Dū eēt rex in accubitu suo: nardꝰ mea dedit odorē suū. Fasciculꝰ myrrhe dilectꝰ meꝰ mihi: inter vbera mea cōmorabitꝰ. Botrꝰ cypri dilectꝰ meus mihi: i vineis engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra: oculi tui columbaꝝ. Ecce tu pulcher es dilecte mi. ⁊ decorꝰ. Lectulus nr̄ floridꝰ: tigna domoꝝ nr̄aꝝ cedrina: laquearia nostra cupressyna. C II

Ego flos cāpi. ⁊ liliū cōualliū. Sicut liliū inter spinas. sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna siluaꝝ: sic dilectꝰ meꝰ inter filios. Sub vmbra illiꝰ quē desiderauerā sedi. ⁊ fructꝰ eiꝰ dulcis gutturi meo. Introduxit me rex i cellā vinariā: ordinauit in me caritatē. Fulcite me floribus. stipate me malis: q̄a amore lāgueo. Leua eiꝰ sub capite meo. ⁊ dextra illiꝰ āplexabitꝰ me. Adiuro vos filie ierlm. per capreas ceruosq̄ cāpoꝝ: ne suscitetꝭ neq̄ euigilare faciatꝭ dilectam: q̄adusq̄ ipsa velit. Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens i montibꝰ: transiliēs colles. Similis ē dilectꝰ meꝰ capree hinnuloq̄ ceruorū. En ipse stat pꝰ parietē nostrū respiciēs ꝑ fenestras: ꝓspiciens ꝑ cācellos. En dilectꝰ meꝰ loquitꝰ mihi. Surge ꝓpera amica mea. colūba mea. formosa mea ⁊ veni. Iam. n. hyems trāsijt: hymber abijt ⁊ recessit. Flores appuerūt i tra nr̄a: tēpꝰ putationis aduenit. Vox turturis audita ē i tra nostra: ficus ꝓtulit grossos suos: vinee florentes dederunt odorē suū. Surge propera

amica mea·speciosa mea ⁊ veni: colūba mea ī foraminib⁹ petre ī cauerna macerie. Ostēde mihi faciē tuā: sonet vox tua in auribus meis. Vox.n.tua dulcis.⁊ facies tua decora. Capite nob̄ vulpes paruulas: q̄ demoliunt̄ vineas. Nā vinea nr̄a floruit. Dilect⁹ meus mihi ⁊ ego illi: q̄ pascit̄ int̄ lilia: donec aspiret dies.⁊ inclinēt̄ vmbre. Reuertere: similis esto dilecte mi capree hinnuloq̧ ceruoꝝ sup̄ montes bethel.

CIII

In lectulo meo p̄ noctē quesiui quem diligit aīa mea. Quesiui illū.⁊ nō inueni. Surgā ⁊ circuibo ciuitatē p̄ vicos ⁊ plateas: querā quem diligit aīa mea. Quesiui illū.⁊ nō iueni. Inuenerūt me vigiles: qui custodiūt ciuitatē. Nū quē diligit aīa mea vidistis? Paululū cū ptrāsissem eos: iueni quē diligit aīa mea. Tenui eum: nec dimittā: donec introducā illū in domū matris mee.⁊ in cubiculum genitricis mee. Adiuro vos filie ihr̄lm per capreas ceruosq̧ cāpoꝝ: ne suscitetis neq̧ euigilare faciatis dilectā·donec ipsa velit. Que ē ista q̄ ascendit p̄ desertū·sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris.⁊ vniuersi pulueris pigmētarij? En lectulū salomonis sexagita fortes ābiūt ex fortissimis isr̄l: oēs tenentes gladios.⁊ ad bella doctissimi. Vniuscuiusq̧ ensis sup̄ femur suum: ꝓpter timores nocturnos. Ferculū fecit sibi rex salomō de lignis libani. Colūnas ei⁹ fecit argēteas·reclinatoriū aureū·ascensū purpureū: media caritate cōstrauit: ꝓpt̄ filias ihr̄lm. Egredimini filie syon ⁊ videte regē salomonē in diademate: q̄ coronauit illū mater sua·in die desponsatiōis illius.⁊ in die leticie cordis eius.

CIIII

Quam pulchra es amica mea·q̄ pulchra es. Oculi tui columbaꝝ: absq̧ eo quod intrinsec⁹ latet. Capilli tui sic̄ greges capraꝝ: q̄ ascēderūt d̄ mōte galaad. Dentes tui sic̄ greges tonsarū: q̄ ascenderūt de lauacro. Oēs gemellis fetib⁹.⁊ sterilis nō ē int̄ eas. Sic̄ vitta coccinea labia tua.⁊ eloquiū tuū dulce. Sic̄ fragmen mali punici·ita gene tue: absq̧ eo qd̄ itrinsec⁹ latet. Sic̄ turris dauid collū tuū: q̄ edificata ē cū ꝓpugnaculis. Mille clypei pēdēt ex ea: oīs armatura fortiū. Duo vbera tua sic̄ duo hinnuli capree gemelli: q̄ pascūt̄ in lilijs: donec aspiret dies.⁊ iclinēt̄ vmbre. Vadā ad mōtē myrrhe.⁊ ad collē thuris. Tota pulchra es amica mea.⁊ macula nō est in te. Veni de libano spōsa mea: veni de libano veni. Coronaberis de capite amana·de vertice sanir ⁊ hermon: de cubilib⁹ leonū: de montib⁹ pardoꝝ. Vulnerasti cor meū·soror mea sponsa: vulnerasti cor meū in vno oculorum tuoꝝ.⁊ in vno crine colli tui. Q̄ pulchre sūt māme tue soror mea sponsa. Pulchriora sūt vbera tua vino.⁊ odor vnguētoꝝ tuorū sup̄ oīa aromata. Fau⁹ distillās labia tua sponsa: mel ⁊ lac sub lingua tua.⁊ odor vestimētoꝝ tuoꝝ sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea sponsa: hortus cōclusus·fons signatus. Emissiōes tue padisus maloꝝ punicoꝝ: cū pomorū fructib⁹. Cypri cū nardo nard⁹ ⁊ croc⁹·fistula ⁊ cinamomū cū vniuersis lignis libani: myrrha ⁊ aloe cū oib⁹ primis vnguētis. Fons hortoꝝ pute⁹ aq̄rū viuētiū·que fluūt impetu de libano. Surge aquilo ⁊ veni auster: perfla hortum meū.⁊ fluent aromata illius.

CV

Veniat dilect⁹ meus ī hortum suū: ut comedat fructū pomoꝝ suoꝝ. Veni in hortū meū soror mea spōsa: messui myrrhā meā cū aromatib⁹ meis. Comedi fauū cū melle meo.⁊ bibi vinū meū cum lacte meo. Comedite amici ⁊ bibite.⁊ inebriamini carissimi. Ego dormio.⁊ cor meū vigilat. Vox dilecti mei pulsantis. Api mihi soror mea·amica mea·colūba mea·īmaculata mea: q̄a caput meū plenū ē rore.⁊ cincinni mei guttis noctiū. Expoliaui me tunica mea·quō iduar illa? Laui pedes meos·quō inq̄nabo illos? Dilect⁹ me⁹ misit manū suā p̄ foramē.⁊ vent̄ me⁹ intremuit ad tactū ei⁹. Surrexi ut aperirē dilecto meo. Man⁹ mee stillauerūt myrrhā.⁊ digiti mei pleni myrrha ꝓbatissima. Pessulū ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atq̧ trāsierat. Aīa mea liquefacta ē: ut dilect⁹ locutus est. Quesiui ⁊ nō iueni illū: vocaui ⁊ non rūdit mihi. Inuenerūt me custodes q̄ circueunt ciuitatē. Pcusserūt me ⁊ vulnerauerūt me: tulerūt palliū meū custodes muroꝝ. Adiuro vos filie hierusalem·si iueneritis dilectū meū ut ānūcietis ei q̄a amore lāgueo. Qual̄ est dilect⁹ tu⁹ ex dilecto·o pulcherrima mulierū? Qualis ē dilect⁹ tu⁹ ex dilecto: quia sic adiurasti nos? Dilect⁹ me⁹ candid⁹ ⁊ rubicūdus: electus ex milib⁹. Caput ei⁹ aurū optimū: come ei⁹ sicut elate palmaꝝ: nigre

q̃ſi coruꝰ. Oculi eiꝰ ſicut colūbe ſup riuulos
aquaꝝ q̄ lacte ſūt lote. ⁊ reſidēt iuxta fluēta
pleniſſima. Gene illiꝰ ſicut areole aromatū:
ꝯſite a pigmētarijs. Labia eiꝰ lilia diſtillan-
tia myrrhā p̄mā. Manꝰ illiꝰ tornatiles: au-
ree· plene hyacinthis. Uent̄ eiꝰ eburneus:
diſtinctꝰ ſapphyrꝭ. Crura illiꝰ colūne marmo-
ree· q̄ fūdate ſūt ſup baſes aureas. Spēs eiꝰ
ut libani: electus ut cedri. Guttur illiꝰ ſua-
uiſſimū. ⁊ totꝰ deſiderabil̄. Tal̄ ē dilectꝰ meꝰ
⁊ ipſe ē amicꝰ meꝰ filie irl̄m. Quo abijt dile-
ctus tuꝰ o pulcherrima mulieꝝ· q̄ declinauit
dilectꝰ tuus? Et queremꝰ eum tecū. C VI

Dilectus meus deſcēdit in hortū ſuū
ad areolā aromatū: ut ibi paſcatur
in hortꝭ. ⁊ lilia colligat. Ego dilecto
meo. ⁊ dilectꝰ meus mihi: q̄ paſcit̄ int̄ lilia.
Pulchra es amica mea· ſuauis ⁊ decora ſic̄
irl̄m: terribilis ut caſtrorū acies ordinata.
Auerte oculos tuos a me: q̄a ipſi me auo-
lare fecerūt. Capilli tui ſicut grex capraꝝ: q̄
apparuerūt de galaad. Dentes tui ſicut gre-
ges ouiū: que aſcēderūt de lauacro. Omēs ge
mellis fetibꝰ: ⁊ ſterilis nō ē ī eis. Sic cortex
mali punici· ſic gene tue: abſq̧ occultꝭ tuis
Sexaginta ſūt regine. ⁊ octoginta ꝯcubine
⁊ adoleſcētulaꝝ nō ē numerꝰ. Una ē colūba
mea· ꝑfecta mea: vna ē matri ſue: electa ge-
nitrici ſue. Viderūt eam filie ſyon ⁊ beatiſſi-
mā p̄dicauerūt: regine ⁊ ꝯcubine. ⁊ lauda-
uerūt eā. Que ē iſta q̄ ꝓgredit̄ q̄ſi aurora cō
ſurgēs: pulchra ut luna· electa ut ſol· t̄ribi-
lis ut caſtroꝝ acies ordinata? Deſcēdi ī hor-
tū nucū ut viderē poma ꝯuallīū. ⁊ īſpicerē
ſi floruiſſet vinea. ⁊ germinaſſent mala pu-
nica. Neſciui. Aīa mea ꝯturbauit me: ꝓpter
q̄drigas aminadab. Reuertē reuertē ſuna-
mitꝭ: reuertē reuertē ut intueamur te. C VII

Quid videbis ī ſunamite: niſi choros
caſtroꝝ? Q̄ pulchri ſūt greſſus tui
ī calciamētis: filia p̄ncipis. Junctu-
re feminū tuoꝝ ſicut monilia: que fabricata
ſūt manu artificis. Umbilicꝰ tuꝰ crater tor-
natilis: nunq̄ indigens poculis. Uēter tuꝰ
ſicut aceruꝰ tritici: vallatꝰ lilijs. Duo vbera
tua ſicut duo hinnuli gemelli capree. Collū
tuū ſic̄ turris eburnea: oculi tui ſicut piſci-
ne ī eſebon: q̄ ſūt ī porta filie multitudinis.
Naſus tuꝰ ſicut turris libani: que reſpicit ꝯ
damaſcū. Caput tuū ut carmelꝰ. ⁊ come ca-
pitis tui ſic̄ purpura regis iuncta canalibꝰ

Q̄ pulchra es. ⁊ q̄ decora cariſſima in deli-
tijs. Statura tua aſſimilata ē palme. ⁊ vbe-
ra tua botris. Dixi. Aſcēdā ī palmā. ⁊ app̄-
hendā fructꝰ eiꝰ. Et erunt vbera tua ſicut bo-
tri vinee. ⁊ odor oris tui ſicut odor maloꝝ:
guttur tuū ſicut vinū optimū. Dignū dile-
cto meo ad potādū: labijſq̧ ⁊ dentibꝰ illius
ad ruminādū. Ego dilecto meo. ⁊ ad me cō-
uerſio eius. Ueni dilecte mi egrediamur in
agrū: cōmoremur ī villis. Mane ſurgamꝰ
ad vineas: videamꝰ ſi floruit vinea· ſi flores
fructꝰ parturiūt: ſi floruerūt mala punica.
Ibi dabo tibi vbera mea. Mandragore de-
derūt odorē ī portis noſtris. Oīa poma no-
ua ⁊ vetera dilecte mi ſeruaui tibi. C VIII

Quis mihi det te fratrē meū ſugētē
vbera mr̄is mee· ut īueniā te ſolū fo-
ris. ⁊ deoſculer. ⁊ iā me nemo deſpi-
ciat? Apph̄edā te ⁊ ducā ī domū mr̄is mee:
⁊ ī cubiculū genitricꝭ mee. Ibi me docebis. ⁊
dabo tibi poculū ex vino condito. ⁊ muſtum
maloꝝ granatoꝝ meoꝝ. Leua eiꝰ ſub capite
meo. ⁊ dextra illiꝰ āplexabit̄ me. Adiuro vos
filie irl̄m: ne ſuſcitetꝭ neq̧ euigilare faciatis
dilectā· donec ipſa velit. Que ē iſta q̄ aſcēdit
de deſerto· delitijs affluēs· īnixa ſup dilectū
ſuū? Sub arbore malo ſuſcitaui te. Ibi cor-
rupta eſt mat̄ tua: ibi violata ē genitrix tua.
Pone me ut ſig̃culū ſup cor tuū: ut ſigna-
culū ſup brachiū tuū: q̄a fortꝭ ē ut mors di
lectio· dura ſicut inferꝰ emulatio. Lāpades
eiꝰ ut lampades ignis atq̧ flāmaꝝ. Aque
multe nō potuerūt extinguere caritatē: nec
fluia obruēt illā. Si dederit hō oēm ſubām
domus ſue ꝓ dilectione: quaſi nihil deſpiciet
eā. Soror noſtra parua. ⁊ vbera nō habet.
Quid faciemꝰ ſorori nr̄e: in die qn̄ alloquē-
da eſt? Si murus eſt: edificemꝰ ſup eū pro-
pugnacula argētea. Si oſtiū ē: cōpigamꝰ
illud tabulis cedrinis. Ego murus. ⁊ vbera
mea ſicut turris: ex q̄ facta ſū corā eo quaſi
pacē repiens. Uinea fuit pacifico: ī ea q̄ hȝ
ꝑplos. Tradidit eā cuſtodibꝰ: vir affert pro
fructu eiꝰ mille argēteos. Uinea mea corā
me ē. Mille tui pacifici. ⁊ ducenti his q̄ cu-
ſtodiūt fructꝰ eiꝰ. Que habitas ī hortꝭ· ami-
ci auſcultāt: fac me audire vocem tuā. Fuge
dilecte mi. ⁊ aſſimilare capree hinuloq̧ cer-
uorū ſup montes aromatū.

Explicit Cantica canticorū.

Incipit prologus in librū Sapientie.

Liber Sapie apud hebreos nusq̄ est. Unde ⁊ ipse stilꝰ grecā magis eloquentiam redolet. Hūc iudei Philonis eē affirmāt. Qui proinde sapiētie nominat̄. qa i eo xp̄i aduentus qui est sapiētia patris. ⁊ passio eius euidēter exprimitur.

Incipit liber Sapiētie. Caplm I

Diligite iusticiam: qui iudicatis terram. Sentite de dn̄o in bonitate ⁊ i simplicitate cordis querite illū: quoniam īuenitur ab his q̇ nō tēptant illū: apparet aūt eis qui fidē habēt in illū. Peruerse.n. cogitationes separant a deo: pbata aūt virtus corripit insipientes. Quoniā ī maliuolā aiam nō introibit sapiētia: nec hitabit ī corpe subdito peccatis. Spūs.n. scūs discipline effugiet fictū. ⁊ auferet se a cogitatiōibus que sūt sine intellectu. ⁊ corripietur a supueniēte iniq̇tate. Benignꝰ ē.n. spūs sapie ⁊ nō liberabit maledictū a labijs suis: qm̄ renū illius testis ē deus. ⁊ cordis illiꝰ scrutator est verus. ⁊ lingue eiꝰ auditor. Quoniā spūs dn̄i repleuit orbē terrarū. ⁊ h̄ qđ cōtinet oia sciam habet vocꝭ. Propt̄ h̄ q̇ loquit̄ iniq̄ non pōt latē: nec pteriet illū corripiēs iudiciū. In cogitationibꝰ.n. ipij inrogatio erit: sermonū aūt illiꝰ auditio ad deū veniet: ad correptionē iniq̇tatū illiꝰ. Quoniā auris celi audit oia. ⁊ tumultꝰ murmurationū nō abscōdet̄. Custodite ḡ vos a murmuratiōe q̄ nihil pdest. ⁊ a detractiōe parcite ligue. Qm̄ s̄mo obscurus in vacuū nō ibit: os aūt qđ mentit̄ occidit aiam. Nolite çelare mortē i errore vite vr̄e: neq̧ acquiratis pditionē in opibꝰ manuū vr̄ap. Qm̄ deus mortem nō fecit: nec letat̄ in pditione viuop. Creauit.n. ut essent oia ⁊ sanabiles fecit natiōes orbis terrap. ⁊ nō ē ī illis medicamētū exterminij nec inferop regnū in terra. Iusticia.n. ppetua est ⁊ īmortalis: iniusticia aūt mortis acquisitio. Impij aūt manibꝰ ⁊ verbis accersierūt illā. ⁊ estimātes illā amicā. defluxerūt. ⁊ spōsiones posuerūt ad illā: quoniam morte digni sunt qui sūt ex parte illius. II

blaſſemandũ dñm deũ viuentẽ. ⁊ exꝓbrandũ ſmonib⁹ q̃s audiuit dñs de⁹ tuus. Leua ğ orõnẽ ꝓ reliquijs q̃ repte ſũt. Et venerũt ſerui regis ezechie ad yſaiam. ⁊ dixit ad eos yſaias. Hec dicetꝫ dño vr̃o. Hec dic̃ dñs. Ne timeas a facie verboꝝ que audiſti: q̇b⁹ blaſfemauerunt pueri regis aſſyriorũ me. Ecce ego dabo ei ſpm̃ ⁊ audiet nunciũ. ⁊ reuertet̃ ad ťrã ſuã. ⁊ corruere eũ faciã gladio i terra ſua. Reuerſus ẽ aũt rapſaces. ⁊ iuenit regẽ aſſyriorũ ꝑliantẽ adũſus lobna. Audierat n. q̇a ꝓfect⁹ eſſet de lachis. ⁊ audiuit de taracha rege ethiopꝫ dicẽtes: egreſſ⁹ ẽ ut pugnet ꝯ te. Q̇d cum audiſſet· miſit nũcios ad ezechiã dicẽs. Hec dicetis ezechie regi iude loquẽtes. Nõ te decipiat deus tu⁹ i q̃ tu ꝯfidis dicẽs: nõ dabit̃ irl̃m i mãu reğ aſſyriorũ. Ecce tu audiſti oĩa q̃ fecerunt reges aſſyrioꝝ oib⁹ ťris q̃s ſubuerterunt. ⁊ tu poteris liberari? Nũq̇d eruerũt eos dij gentiũ quos ſubuerterũt patres mei: goçan ⁊ aran ⁊ reſeph ⁊ filios eden q̇ erãt i thalaſſar? Ubi eſt rex emath ⁊ rex arfad ⁊ rex vrbis ſepharuaĩ ana ⁊ aua? Et tulit ezechias libros de mãu nũcioꝝ ⁊ legit eos. ⁊ aſcendit i domũ dñi. ⁊ expandit eos corã dño. Et orauit ad dñm dicẽs: Dñe exercituũ de⁹ iſrl̃ qui ſedes ſuper cherubin· tu es deus ſolus oĩuꝫ regnoꝝ terre: tu feciſti celũ ⁊ terrã. Inclina dñe aurem tuã ⁊ audi: aperi oculos tuos ⁊ vide. ⁊ audi oĩa verba ſennacherib que miſit ad blaſfemandũ deũ viuentẽ. Vere. n. dñe deſertas fecerũt reges aſſyrioꝝ ťras ⁊ regiões eaꝝ. ⁊ dederũt deos eaꝝ igni: non. n. erãt dij ſ᷑ opa manuũ hoiuꝫ· lignũ ⁊ lapis. ⁊ cõminuerunt eos. Et nũc dñe deus nr̃ ſalua nos de manu eius. ⁊ cognoſcant oĩa regna terre: quia tu es dñs ſolus. Et miſit yſaias fili⁹ amos ad ezechiã dicẽs. Hec dic̃ dñs de⁹ iſrl̃. Pro q̇b⁹ rogaſti me de ſennacherib rege aſſyrioꝝ: ħ ẽ verbũ q̇d locutus ẽ dñs ſup eũ. Deſpexit te ⁊ ſubſannauit te virgo filia ſyon: poſt te caput mouit filia irl̃m. Cui exꝓbraſti. ⁊ quẽ blaſfemaſti. ⁊ ſup quem exaltaſti vocẽ tuã. ⁊ leuaſti altitudinẽ oculoꝝ tuoꝝ? Ad ſcm̃ iſrl̃. In mãu ſuoꝝ tuoꝝ exꝓbraſti dño ⁊ dixiſti In multitudine quadrigaꝝ meaꝝ ego aſcẽdi altitudinẽ montiũ: iuga libani. ⁊ ſuccidã excelſa cedroꝝ ei⁹. ⁊ electas abietes illius. ⁊ introibo altitudinẽ ſũmitatꝭ ei⁹· ſaltũ carmeli eius: ego fodi ⁊ bibi aquam. ⁊ ſiccaui veſtigio pedis mei oẽs riuos aggerũ. Nunq̇d nõ audiſti que olim fecerim ei? Ex dieb⁹ ãtiq̇s ego plaſmaui illud. ⁊ nũc adduxi. ⁊ factum eſt in eradicationẽ colliũ compugnantiũ. ⁊ ciuitatũ munitaꝝ. Habitatores eaꝝ breuiata manu cõtremuerũt ⁊ ꝯfuſi ſũt: facti ſunt ſicut fenũ agri. ⁊ gramẽ paſcue ⁊ herba tectoꝝ q̃ exaruit añq̃ matureſcẽt. Habitationẽ tuã ⁊ egreſſũ tuũ ⁊ itroitũ tuũ ego cog̃ui ⁊ inſaniã tuã ꝯ me. Cũ fureres aduerſũ me ſuꝑbia tua aſcẽdit i aures meas. Ponã ğ circulũ i narib⁹ tuis. ⁊ frenũ i labijs tuis. ⁊ reducã te in via ꝑ quã veniſti. Tibi aũt ħ erit ſignũ. Comede ħ anno que ſpõte naſcunt̃. ⁊ in ãno ſecũdo pomis veſcere. In ãno ãt tertio ſeminate ⁊ metite. ⁊ plãtate vineas. ⁊ comedite fructum eaꝝ. Et mittet id q̇d ſaluatũ fuerit de domo iuda. ⁊ q̇d reliquũ ẽ radicem deorſum. ⁊ faciet fructũ ſurſũ: q̇a de irl̃m exibũt reliquie. ⁊ ſaluatio de mõte ſyon. Zelus dñi exercituũ faciet iſtud. Propterea ħ dicit dñs de rege aſſyrioꝝ. Non intrabit ciuitatẽ hãc ⁊ nõ iaciet ibi ſagittã. ⁊ non occupabit eã clype⁹. ⁊ nõ mittet i circuitu ei⁹ aggerem. In via qua venit· ꝑ eam reuertet̃. ⁊ ciuitatẽ hanc nõ ingrediet̃ dicit dñs. Et ꝓtegã ciuitatẽ iſtã ut ſaluem eã: ꝓpť me ⁊ ꝓpter dauid ſuũ meũ. Egreſſus ẽ aũt angel⁹ dñi ⁊ ꝑcuſſit i caſtris aſſyrioꝝ cẽtũ octogintaq̇nq̃ milia. Et ſurrexerũt mane. ⁊ ecce oẽs cadauera mortuoꝝ. Et egreſſus ẽ ⁊ abijt. Et reuerſus eſt ſennacherib rex aſſyriorũ. ⁊ habitauit in niniue. Et factũ ẽ cũ adoraret in tẽplo neſrach deũ ſuũ· adramelech ⁊ ſaraſar filij eius ꝑcuſſerũt eũ gladio· fugerũtq̃ i ťrã ararath ⁊ regnauit aſaraddon filius eius pro eo.

CXXXVIII

In dieb⁹ illis egrotauit ezechias vſq̃ ad mortem. ⁊ introiuit ad eũ yſaias filius amos ꝓpheta. ⁊ dixit ei. Hec dicit dñs. Diſpone domui tue: q̇a morieris tu ⁊ nõ viues. Et ꝯuertit ezechias faciẽ ſuã ad parietẽ. ⁊ orauit ad dñm. ⁊ dixit. Obſecro dñe· memẽto queſo quõ ambulauerim corã te i veritate ⁊ i corde ꝑfecto. ⁊ q̇d bonũ ẽ i oculis tuis· feceri. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factũ ẽ verbũ dñi ad yſaiã dicẽs. Uade ⁊ dic ezechie. Hec dicit dominꝰ de⁹ dauid pr̃is tui. Audiui orõnẽ tuã ⁊ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciã ſuꝑ dies tuos· q̇ndecim ãnos. ⁊ de manu regis aſſyrioꝝ eruã te. ⁊ ciuitatẽ iſtã. ⁊ ꝓtegã eam.

Hoc aūt tibi erit signū a dño: q̇a faciet dñs
verbū hoc qḋ locut⁹ est. Ecce ego reuerti fa-
ciam vmbrā lineaꝝ ꝑ quas descēderat i ho-
rologio achaȝ i sole retrorsū · decē lineis. Et
reuersus ē sol decē lineis ꝑ grad⁹ q̄s descē-
derat. Scriptura eȝechie regꝭ iuda cū egro-
tasset. ⁊ cōualuisset de infirmitate sua. Ego
dixi i dimidio dieꝝ meoꝝ · vadam ad portas
īferi. Quesiui residuū ānoꝝ meoꝝ: dixi non
videbo dñm deū in terra viuētiū. Nō aspiciā
hoiem vltra: ⁊ habitatorē quietꝭ. Generatio
mea ablata ē ⁊ cōuoluta est a me: q̄i tabna-
culū pastoꝝ. Precisa est velut a texente vita
mea: dū adhuc ordirer succidit me: de mane
vsq̇ ad vesperā finies me. Sperabam vsq̇
ad mane: quasi leo sic cōtriuit oīa ossa mea.
De mane vsq̇ ad vesperā finies me: sic̄ pul-
lus hirūdinis sic clamabo: meditabor ut co-
lumba. Attenuati sūt oculi mei · suspiciētes i
excelsum. Dñe vim patior responde pro me:
quid dicā: aut q̇d rñdebit mihi cū ipse fece-
rit? Recogitabo tibi oēs ānos meos i ama-
ritudine aīe mee. Dñe si sic viuit̄. ⁊ in talibus
vita spirit⁹ mei: corripies me ⁊ viuificabis
me: ecce i pace amaritudo mea amarissima.
Tu aūt eruisti aīam meā ut nō periret: ꝓie-
cisti p⁹ tergū tuū oīa peccata mea. Quia nō
infern⁹ ꝯfitebit̄ tibi: neq̇ mors laudabit te:
nō expectabūt q̇ descēdūt i lacū ꝟitatē tuam.
Viuens viuēs ipse cōfitebit̄ tibi sicut ⁊ ego
hodie: pater filijs notā faciet veritatē tuam.
Dñe saluū me fac: ⁊ psalmos nostros cāta-
bimus cūctis dieb⁹ vite nostre i domo dñi.
Et iussit ysaias ut tollerēt massam de ficis. ⁊
cataplasmarēt suꝑ vuln⁹ ⁊ sanaret̄. Et dixit
eȝechias. Qḋ erit signū q̇a ascendā i domū
domini?

CXXXIX

In tp̄e illo misit merodach baladan fi-
lius baladā rex babylōis libros ⁊ mu-
nera ad eȝechiā. Audierat. n. q̇ egro-
tasset ⁊ cōualuisset. Letat⁹ ē aūt suꝑ eis eȝe-
chias. ⁊ oñdit eis cellā aromatū ⁊ argenti ⁊
auri ⁊ odoramētoꝝ ⁊ vnguēti optimi ⁊ oēs
apothecas supellectilis sue. ⁊ vniuersa que
īuenta sunt i thesauris eius. Non fuit verbū
qḋ nō ostēderet eis eȝechias i domo sua. ⁊ i
oī ptāte sua. Introiuit aūt ysaias ꝓpheta ad
eȝechiam regē. ⁊ dixit ei. Quid dixerūt viri
isti. ⁊ vnde venerūt ad te? Et dixit eȝechias.
De t̄ra longinqua venerūt ad me: de baby-
lone. Et dixit. Quid viderūt in domo tua?
Et dixit eȝechias. Oīa que i domo mea sūt
viderūt. Nō fuit res quā nō ostēderim eis
i thesauris meis. Et dixit ysaias ad eȝechiā.
Audi verbū dñi exercituū. Ecce dies veniēt.
⁊ auferent̄ oīa que i domo tua sūt. ⁊ que the-
saurizauerūt p̄res tui vsq̇ ad diē hāc · i ba-
bylonē. Nō relinquet̄ q̇cq̄ · dicit dñs. Et de
filijs tuis q̇ exibūt de te quos genueris tol-
lent. ⁊ erūt eunuchi in palatio regis baby-
lonis. Et dixit eȝechias ad ysaiā. Bonum
verbū dñi quod locutus ē. Et dixit. Fiat tm̄
pax ⁊ veritas i dieb⁹ meis.

CXL

Consolamini cōsolami popule me⁹:
dicit de⁹ vester. Loq̇mini ad cor hie-
rusalē ⁊ aduocate eā: qm̄ cōpleta ē
malitia ei⁹: dimissa ē iniq̄tas illi⁹. Suscepit
de māu dñi duplicia ꝓ oib⁹ pctīs suis. Vox
clamātis in deserto. Parate viā dñi: rectas
facite i solitudine semitas dei nr̄i. Ois val-
lis exaltabit̄. ⁊ ois mōs ⁊ collis hūiliabit̄. ⁊
erūt praua in directa. ⁊ aspera in vias pla-
nas. Et reuelabit̄ gl'ia dñi. ⁊ videbit ois ca-
ro ꝑit̄ qḋ os dñi locutū ē. Vox dicētꝭ: Cla-
ma. Et dixi. Quid clamabo? Ois caro fenū
⁊ ois glia ei⁹ q̄si flos agri. Exsiccatū ē fenū
⁊ cecidit flos: q̇a spūs dñi sufflauit i eo. Ve-
re fenū ē popul⁹. Exsiccatū ē fenū ⁊ cecidit
flos: ꝟbū aūt dñi manet in eťnū. Suꝑ mō-
tem excelsū ascēde tu q̇ euāgeliȝas syon: ex-
alta in fortitudine vocē tuam qui euangeli-
ȝas irl'm. Exalta noli timē. Dic ciuitatib⁹ iu-
de: Ecce de⁹ vester. Ecce dñs deus i fortitu-
dine veniet. ⁊ brachiū ei⁹ oñabit̄. Ecce mer-
ces ei⁹ cū eo. ⁊ opus illi⁹ corā illo. Sic̄ pa-
stor gregē suū pascet: in brachio suo ꝯgre-
gabit agnos. ⁊ i sinu suo leuabit: fetas ipse
portabit. Quis mēs⁹ ē pugillo aq̄s. ⁊ celos
palmo pōderauit? Quis appēdit trib⁹ digitꝭ
molē t̄re. ⁊ librauit i pondē mōtes. ⁊ colles
in statera? Quis audiuit spm̄ dñi: aut quis
cōsiliari⁹ ei⁹ fuit ⁊ oñdit illi? Cū q̇ iniit cō-
siliū ⁊ instruxit eū. ⁊ docuit eū semitā iusticie
⁊ erudiuit eū sciā. ⁊ viam prudentie ostēdit
illi? Ecce gentes quasi stilla situle. ⁊ quasi
momentū statere reputate sunt. Ecce insule
quasi puluis exiguus. ⁊ liban⁹ non sufficiet
ad succēdēdū. ⁊ aialia eius nō sufficient ad
holocaustū. Oēs gētes quasi nō sint · sic sūt
corā eo. ⁊ q̄si nihilū ⁊ inane reputate sūt ei.
Cui ḡ similē fecistis deū? aut quā imaginē
ponetis ei? Nunq̇d sculptile conflabit faber

aut aurifex auro figurabit illud. ⁊ lamīs argenteis argentariꝰ? Forte lignū ⁊ īputribile elegit artifex sapiens: querit quō statuat simulacrū q̄ nō moueaꝛ. Nūq̄d non scietis? Nūq̄d nō audistis? Nūq̄d nō annūciatū est vobis ab initio? Nūq̄d nō intellexistis fundamēta t̄re? Qui sedet sup̱ gyrū t̄re. ⁊ habitatores eiꝰ sūt q̄si locuste. Qui extēdit velut nihili celos. ⁊ expandit eos sicut tabnaculū ad inhabitādū. Qui dat secretoꝝ scrutatores q̄si nō sint: iudices t̄re velut inanes fecit. Et q̄dē neq̄ plātato neq̄ sato neq̄ radicato ī t̄ra trūco eoꝝ. Repente flauit ī eos. ⁊ aruerunt. ⁊ turbo q̄si stipulā auferet eos. Et cui assimilastis me. ⁊ adeq̄stis dic̄ scūs? Leuate in excelsū oculos vestros. ⁊ videte q̄s creauit hec. Qui educit in numero militiā eoꝝ ⁊ oēs ex noīe vocat. Pre multitudine fortitudinis ⁊ roboris virtutisq̄ eius: neq̄ vnum reliquū fuit. Quare dic̄ iacob ⁊ loq̄ris isrl': abscondita ē via mea a dn̄o. ⁊ a deo meo iudiciū meū transibit? Nūq̄d nescis: aut non audisti? Deꝰ sempiternꝰ dn̄s q̄ creauit terminos terre. ⁊ non deficiet neq̄ laborabit: nec est īuestigatio sapie eius. Qui dat lasso virtutē. ⁊ his qui non sūt fortitudinem ⁊ robur multiplicat. Deficient pueri ⁊ laborabunt. ⁊ iuuenes ī infirmitate cadēt. Qui aūt sperāt ī dn̄o · mutabūt fortitudinē: assumēt pennas sicut aquile · current ⁊ nō laborabunt: ambulabunt ⁊ nō deficient.

CXLI

Taceant ad me insule. ⁊ gentes mutent fortitudinē. Accedant ⁊ tūc loquanꝛ: simul ad iudiciū ꝓpinquemꝰ. Quis suscitauit ab oriēte iustū: vocauit eū ut seq̄reꝛ se? Dabit ī cōspectu eiꝰ gentes. ⁊ reges obtinebit. Dabit q̄si puluerē gladio eiꝰ: sicut stipulā vento raptā arcui eius. Perseq̄ꝛ eos: trāsibit ī pace: semita ī pedibus eius non apparebit. Quis hec opatꝰ ē ⁊ fecit: vocans generationes ab exordio? Ego dn̄s: primꝰ ⁊ nouissimꝰ ego sū. Viderūt insule ⁊ timuerūt · extrema t̄re obstupuerūt: appropinq̄runt ⁊ accesserūt. Unusq̄sq̄ ꝓximo suo auxiliabiꝛ: ⁊ fratri suo dicet · cōfortare. Confortauit faber erarius ꝑcutiens malleo eū qui cudebat tūc tp̄is: dicēs glutino bonū ē. ⁊ confortauit eū clauis ut nō moueret. Et tu isrl' ſue meꝰ: iacob quē elegi: semē abrahā amici mei · ī q̄ app̄hēdi te · ab extremis t̄re ⁊ a longinq̄s eiꝰ vocaui te. ⁊ dixi tibi. Seruꝰ meus es tu: elegi te ⁊ non abieci te. Ne timeas q̄a ego tecū sū: ne declines q̄a ego deus tuꝰ. Cōfortaui te ⁊ auxiliatus sum tibi. ⁊ suscepit te dextera iusti mei. Ecce cōfūdenꝛ ⁊ erubescēt oēs qui pugnāt aduersū te. Erunt q̄si non sint. ⁊ peribūt viri qui ꝯdicūt tibi. Queres eos. ⁊ nō inuenies viros rebelles tuos. Erunt quasi nō sint. ⁊ veluti cōsūptio hoīs bellātis aduersum te: q̄a ego dn̄s deꝰ tuꝰ apprehēdēs manū tuā dicensq̄ tibi. Ne timeas: ego adiuui te. Noli timē vermis iacob: qui mortui estis ex isrl'. Ego auxiliatus sū tui dicit dn̄s. ⁊ redēptor tuus scūs isrl'. Ego posui te q̄si plaustrū triturans nouū: habēs rostra serrantia. Triturabis mōtes ⁊ cōminues. ⁊ colles q̄si puluerem pones. Uentilabis eos ⁊ ventus tollet. ⁊ turbo dispget eos. ⁊ tu exultabis in dn̄o: in scō isrl' letaberis. Egeni ⁊ paupes q̄rūt aq̄s ⁊ nō sūt: lingua eorū siti aruit. Ego dn̄s exaudiā eos: deꝰ isrl': nō derelinquā eos. Apiā in supinis collibꝰ flumina. ⁊ in medio cāporū fontes. Ponā desertū ī stagna aquaꝝ. ⁊ t̄rā inuiā ī riuos aq̄rū. Dabo in solitudinē cedrū ⁊ spinā ⁊ myrtū ⁊ lignū oliue. Ponā in deserto abietem vlmū ⁊ buxū simul: ut videant ⁊ sciant ⁊ recogitēt ⁊ intelligant pariꝛ: quia manus dn̄i fecit h̄. ⁊ sanctus israhel creauit illud. Prope facite iudicium vr̄m dicit dn̄s: afferte si q̄d forte habetis dixit rex iacob. Accedāt: ⁊ nūciēt uobis quecūq̄ ventura sunt. Priora que fuerunt nūciate. ⁊ ponemus cor nostrū ⁊ sciemꝰ: nouissima eorum ⁊ que ventura sūt indicate nob. Annūciate q̄ ventura sunt in futurū. ⁊ sciemꝰ q̄a dij estis vos. Bn̄ quoq̄ aut male si potestis facite. ⁊ loq̄mur ⁊ videamus simul. Ecce vos estis ex nihilo: ⁊ opꝰ vr̄m ex eo q̄d nō ē. Abhominatio ē q̄ elegit vos. Suscitaui ab aq̄lone. ⁊ veniet ab ortu solis. Uocauit nomen meū. ⁊ adducet magratꝰ q̄si lutū. ⁊ velut plastes ꝯculcās humū. Quis ānūciauit ab exordio ut sciamꝰ. ⁊ a p̄ncipio ut dicamꝰ · iustus es? Non est annūcians neq̄ p̄dicēs: neq̄ audiēs sermōes vr̄os. Primꝰ ad syon dicet · ecce adsū. ⁊ ir'lm euangelistā dabo. Et vidi: ⁊ non erat ex istis quisq̄ qui iniret cōsiliū. ⁊ interrogatꝰ rn̄deret v̄bū. Ecce oēs iniusti. ⁊ vana opa eoꝝ: ventus ⁊ inane simulacra eorum.

CXLII

Ecce seruus meꝰ · suscipiā eū: electus meus: cō placuit sibi in illo aīa mea. Dedi spiritū meū super eū · iudicium

gentib⁹ pferet. Non clamabit·neqꝫ accipiet
psonā·nec audief vox ei⁹ foris. Calamū qssa-
tū nō cōteret.ꝛ linū fumigans nō extinguet.
In ṽitate educet iudicium: non erit tristis
neqꝫ turbulent⁹ donec ponat in ťra iudiciū.ꝛ
legē eius insule expectabūt. Hec dic dn̄s de⁹
creans celos ꝛ extendēs eos: firmās ťrā ꝛ q̄
germināt ex ea: dans flatū pplo qui ē sup
eam.ꝛ spm̄ calcantib⁹ eam. Ego dn̄s vocaui
te i iusticia.ꝛ apphēdi manū tuā.ꝛ seruaui
te. Et dedi te in fedus populi·in lucē gentiū:
ut apires oculos cecoꝝ.ꝛ educeres de con-
clusiōe vinctū: de domo carcerꝭ sedentes i te-
nebrꝭ. Ego dn̄s: h̄ ē nomē meū. Gloriā meā
alťi non dabo.ꝛ laudē meā sculptilib⁹. Que
pma fuerūt: ecce venerūt: noua qꝫ ego an-
nūcio·anq̄ oriāť audita vob̄ faciā. Cātate
dn̄o canticū nouū: laus ei⁹ ab extremis ťre.
Qui descēditis i mare ꝛ plenitudo ei⁹: insu-
le: ꝛ habitatores earū. Leuef desertū ꝛ ciui-
tates eius: in domib⁹ habitabit cedar. Lau-
date habitatores petre: de vtice montiū cla-
mabūt. Ponent dn̄o gloriā.ꝛ laudē eius in
insulis nūciabūt. Dn̄s sicut fortis egredieť:
sicut vir preliator suscitabit celū. Vocifera-
bit ꝛ clamabit: sup inimicos suos pfortabif.
Tacui·sp silui: patiens fui·sicut parturiens
loquar. Dissipabo ꝛ absorbebo simul: deser-
tos faciā mōtes ꝛ colles.ꝛ oē germē eoꝝ ex-
siccabo. Ponā flumina in insulas.ꝛ stagna
arefaciā. Et educā cecos i viā quā nesciūt.ꝛ
in semitꝭ quas igrauerūt ābulare eos faciā.
Ponā tenebras corā eis i lucē.ꝛ praua i re-
cta. Hec verba feci eis.ꝛ non dereliqui eos.
Cōuersi sūt retrorsū. Cōfundāť cōfusiōe qui
confidūt i sculptili: qui dicūt conflatili vos
dij nr̄i. Surdi audite.ꝛ ceci intuemini ad vi-
dendū. Quis cecus nisi seru⁹ me⁹.ꝛ surdus
nisi ad quē nūcios meos misi? Quis cecus
nisi q̄ venūdatus est? Et q̄s cecus nisi seru⁹
dn̄i? Qui vides multa: nonne custodies?
Qui aptas habes aures: nōne audies? Et
dn̄s voluit ut scificaret eum.ꝛ magnificaret
legē ꝛ extollēt: ipse āt pp̄ls direpť ꝛ vastat⁹.
Laqueus iuuenū omnes.ꝛ in domibus car-
cerū abscōditi sūt. Facti sūt in rapinā·nec est
qui eruat: in direptionē·nec ē q̄ dicat: red-
de. Quis est in vob̄ q̄ audiat hoc·attendat ꝛ
auscultet futura? Quis dedit in direptionē
iacob.ꝛ israhel vastantibus? Nōne dn̄s ipse
cui peccauim⁹? Et noluerūt i vijs ei⁹ ābula-
re.ꝛ nō audierunt legē eius. Et effudit super
eū indignationē furoris sui ꝛ forte bellum.ꝛ
cōbussit eū in circuitu ꝛ nō cognouit.ꝛ suc-
cendit eū ꝛ nō intellexit.

CXLIII

Et nūc hec dicit dn̄s creās te iacob:
ꝛ formās te isrl̄. Noli timē q̄a rede-
mi te.ꝛ vocaui te noie tuo. Meus es
tu. Cū trāsieris p aquas·tecū ero.ꝛ flumina
nō opient te. Cū ābulaueris in igne·nō cō-
bureris.ꝛ flamma nō ardebit in te: q̄a ego
dn̄s de⁹ tu⁹ scūs isrl̄ saluator tuus. Dedi ppi-
tiationē tuā egyptū: ethiopiā ꝛ saba pro te.
Ex quo honorabilis fact⁹ es in oculis meis ꝛ
gloriosus: ego dilexi te. Et dabo hoies p te
ꝛ populos p aia tua. Noli timē q̄a ego tecū
sū. Ab oriente adducā semen tuū.ꝛ ab occi-
dente cōgregabo te. Dicā aquiloni da.ꝛ au-
stro·noli phibere. Affer filios meos de lon-
ginquo.ꝛ filias meas ab extremis terre. Et
oēm q̄ inuocat nomē meū·i gloriā meā crea-
ui eū: formaui eū ꝛ feci eum. Educ foras po-
pulū cecū ꝛ oculos habentē: surdū.ꝛ aures
ei sūt. Oēs gētes cōgregate sūt simul.ꝛ col-
lecte sūt trib⁹. Quis in vobis annūciet istud
ꝛ que pma sunt audire vos faciet? Dent te-
stes eoꝝ ꝛ iustificēť.ꝛ audiāt ꝛ dicant. Vere
vos testes mei dicit dn̄s.ꝛ seruus me⁹ quem
elegi: ut sciatꝭ ꝛ credatis mihi.ꝛ intelligatis
q̄a ego ipse sum. Ante me nō ē format⁹ de⁹:
ꝛ post me nō erit. Ego sum ego sum dn̄s.ꝛ nō
est absqꝫ me saluator. Ego ānūciaui ꝛ salua-
ui: auditū feci.ꝛ non fuit in vobis alienus.
Vos testes mei dicit dn̄s.ꝛ ego deus. Et ab
initio ego ipse.ꝛ nō ē q̄ de manu mea eruat.
Operabor.ꝛ q̄s auertet illud? Hec dicit dn̄s
redēptor vester sanctus israhel. Propter vos
emisi babylonē.ꝛ detraxi vectes vniuersos
ꝛ chaldeos i nauib⁹ suis gloriātes. Ego dn̄s
sanctus vester: creans isrl̄: rex vester. Hec
dicit dn̄s q̄ dedit i mari viā.ꝛ in aq̄s torren-
tibus semitā. Qui eduxit quadrigā ꝛ equū:
agmen ꝛ robustū. Simul obdormierūt nec
resurgēt: cōtriti sūt q̄si linū.ꝛ extincti sūt. Ne
memineritꝭ prioꝝ.ꝛ antiqua ne intueamini:
Ecce ego facio noua.ꝛ nūc orienť: vtiqꝫ co-
gnoscetꝭ ea: Ponā i deserto viā.ꝛ i inuio flu-
mina. Et glorificabit me bestia agri·draco-
nes ꝛ strutiones: q̄a dedi in deserto aquas:
ꝛ flumina i inuio·ut darē potū populo meo
electo meo. Populum istum formaui mihi:
laudē meā narrabit. Nō me inuocasti iacob

nec laborasti in me israhel. Nō obtulisti mihi
arietem holocausti tui. ⁊ victimis tuis non
glorificasti me. Nō te seruire feci in oblatio-
ne. nec laborē tibi prebui in thure. Nō emisti
mihi argento calamū. ⁊ adipe victimarum
tuaꝝ nō inebriasti me. Verūtñ seruire me fe-
cisti in pctīs tuis: ꝑbuisti mihi laborē in ini-
quitatibꝰ tuis. Ego sum. ego sū ipse. qui deleo
iniqtates tuas ꝑpt̄ me. ⁊ pctōꝝ tuoꝝ nō re-
cordabor. Reduc me ī memoriam ⁊ iudice-
mur sl̄r: narra si qd hēs ut iustificeris. Pr̄ tuus
ꝑmꝰ peccauit. ⁊ int̄ptetes tui ꝑuaricati sunt
ī me. Et cōtaminaui ꝑncipes sanctos: dedi
ad internitionē iacob. ⁊ isrl̄ in blasfemiam.

Et nūc audi iacob serue CXLIIII
meus. ⁊ isrl̄ quē elegi. Hec dicit dñs
faciēs ⁊ formās te: ab vt̄o auxilia-
tor tuus. Noli timere serue meꝰ iacob. ⁊ re-
ctissime quē elegi. Effundā. n. aquas super
sitientē. ⁊ fluenta sup aridā. Effundā spiritū
meū sup semen tuū. ⁊ bñdictionē meā super
stirpem tuā. ⁊ germinabūt int̄ herbas quasi
salices iuxta ꝑterfluētes aq̄s. Iste dicet dñi
ego sū. ⁊ ille vocabit ī noīe iacob. Et h̄ scri-
bet manu sua dño. ⁊ ī noīe isrl̄ assimilabitur
Hec dic dñs rex isrl̄ ⁊ redēptor eiꝰ. dñs exer-
cituū. Ego ꝑmꝰ ⁊ ego nouissimꝰ. ⁊ absq me
nō est deus. Quis similis mei? Vocet ⁊ an-
nūciet. ⁊ ordinē exponat mihi. Ex quo con-
stitui mihi ꝑplm̄ antiquū. Ventura ⁊ q̄ futura
sūt ānūciet eis. Nolite timere: neq contur-
bemini. Ex tunc audire te feci. ⁊ annūciaui.
Vos estis testes mei. Nūqd ē deꝰ absq me ⁊
formator quē ego nō nouerim? Plaste idoli
oēs nihil sūt. ⁊ amātissima eoꝝ nō proderūt
eis. Ipsi sūt testes eoꝝ. qa nō vidēt neq itel-
ligūt: ut ꝯfūdāt̄. Quis formauit deū. ⁊ scul-
ptile cōflauit. ad nihil vtile? Ecce oēs ptici-
pes eiꝰ ꝯfūdent̄. Fabri. n. sūt ex hoībꝰ. Cōue-
nient oēs: stabūt ⁊ pauebūt. ⁊ cōfundentur
simul. Faber ferrariꝰ lima opatꝰ ē: in prunis
⁊ in malleis formauit illud. ⁊ opatus est in
brachio fortitudinis sue. Esuriet ⁊ deficiet:
nō bibet aquā ⁊ lassescet. Artifex lignarius
extendit normā: formauit illud in runcina.
Fecit illud in angularibꝰ. ⁊ in circino torna-
uit illud. ⁊ fecit imaginem viri q̄si speciosum
hoiem habitantē in domo. Succidit cedros:
tulit ilicē ⁊ quercū que steterat int̄ ligna sal-
tus. Plantauit pinū quā pluuia nutriuit. ⁊
facta est hoībus ī focū. Sūpsit ex eis ⁊ cale-
factus est. ⁊ succendit ⁊ coxit panes: de reli-
quo aūt opatus ē deū ⁊ adorauit: fecit scul-
ptile. ⁊ curuatꝰ ē ante illud. Mediū eiꝰ com-
bussit igni. ⁊ de medio eius carnes comedit.
Coxit pulmētū ⁊ saturatꝰ est. ⁊ calefactus ē
⁊ dixit. Vah calefactꝰ sum: vidi focū. Reli-
quū aūt eiꝰ. deū fecit ⁊ sculptile sibi. Curuat̄
añ illud. ⁊ adorat illud ⁊ obsecrat. dicens:
Libera me. qa deus meus es tu. Nescierunt
neq intellexerūt. Obliti. n. sunt ne videant
oculi eoꝝ. ⁊ ne intelligāt corde suo. Non re-
cogitāt in mēte sua: neq cognoscūt neq sen-
tiūt ut dicāt: Medietatem eius cōbussi igni
⁊ coxi sup carbones eiꝰ panes: coxi carnes
⁊ comedi. ⁊ de reliquo eiꝰ idolū faciā? Ante
truncū ligni ꝓcidā? Pars eiꝰ cinis est. Cor
insipiēs adorabit illud. ⁊ nō liberabit aiam
suā: neq dicet. forte mendaciū ē ī dext̄a mea
Memēto horū iacob ⁊ isrl̄: qm̄ seruꝰ meꝰ es
tu. Formaui te: seruus meꝰ es tu israhel: non
obliuiscaris mei. Deleui ut nubē iniqtates
tuas. ⁊ quasi nebulā pctā tua. Reuertere ad
me: qm̄ redemi te. Laudate celi qm̄ miseri-
cordiā fecit dñs: iubilate extrema t̄re. Reso
nate mōtes laudationē: saltus ⁊ oē lignū eiꝰ.
Quoniam redemit dñs iacob. ⁊ isrl̄ gloria-
bit̄. Hec dicit dñs redēptor tuꝰ. ⁊ formator
tuus ex vtero. Ego sū dñs faciēs oia: exten-
dens celos solus: stabiliēs t̄rā ⁊ nullus me-
cū. Irrita faciēs signa diuinoꝝ. ⁊ ariolos in
furorē vertens. Cōuertēs sapiētes retrorsū
⁊ scientiā eoꝝ stultā faciēs. Suscitans v̄bū
ꝓui sui. ⁊ cōsiliū nuncioꝝ suoꝝ cōplens. Qui
dico irl̄m habitaberis. ⁊ ciuitatibꝰ iude edifi-
cabimini. ⁊ deserta eius suscitabo. Qui dico
ꝓfūdo desolare. ⁊ flumia tua arefaciā. Qui
dico cyro pastor meus es. ⁊ oēm voluntatē
meā cōplebis. Qui dico irl̄m edificaberis. ⁊
templo fundaberis. CXLV

Hec dicit dñs christo meo cyro cuiꝰ
apprehēdi dexterā ut subiiciam ante
faciē eiꝰ gentes. ⁊ dorsa regū vertam
Et apiā corā eo ianuas. ⁊ porte nō claudēt̄.
Ego añ te ibo. ⁊ glīosos t̄re hūiliabo. Portas
ereas cōterā. ⁊ vectes ferreos confringā. Et
dabo tibi thesauros absconditos. ⁊ archana
secretoꝝ: ut scias qa ego dñs. q̄ voco nomē
tuū deꝰ isrl̄ ꝓpter seruū meū iacob ⁊ isrl̄ ele-
ctum meū. Et vocaui te noīe tuo: assimilaui
te. ⁊ non cognouisti me. Ego dñs. ⁊ non est
amplīꝰ. Extra me nō est deus. Accinxi te. ⁊

non cognouisti me: ut sciant hi qui ab ortu
solis ⁊ qui ab occidente· qm̄ absq̄ me nō est
deus. Ego dn̄s ⁊ nō ē alter: formās lucē. ⁊
creans tenebras: faciēs pacē ⁊ creans malū
Ego dn̄s faciēs oia hec. Rorate celi desup ⁊
nubes pluāt iustum: apiat terra ⁊ germinet
saluatorē: ⁊ iusticia oriat sil. Ego dn̄s crea-
ui eū. Ve q̄ ɔ̄dicit factori suo: testa de samijs
terre. Nunq̄d dicet lutū figulo suo· q̄d facis
⁊ opꝰ tuū absq̄ manibꝰ ē? Ve qui dicit patri
quid generas. ⁊ mulieri quid parturis? Hec
dicit dn̄s scūs isrl: plastes eius. Uentura in-
terrogate me: sup filios meos ⁊ sup opꝰ ma-
nuū mearꝫ mādate mihi. Ego feci t̄rā. ⁊ ho-
minē sup eā creaui ego. Manus mee teten-
derūt celos. ⁊ oi militie eorꝫ mandaui. Ego
suscitaui eū ad iusticiā. ⁊ oēs vias eiꝰ dirigā.
Ipse edificabit ciuitatē meā. ⁊ captiuitatem
meā dimittet nō in precio neq̄ in muneribꝰ
dicit dn̄s deꝰ exercituū. Hec dic̄ dn̄s. Labor
egypti ⁊ negociatio ethiopie ⁊ sabaim viri
sublimes: ad te transibunt ⁊ tui erūt. Post te
ambulabūt vincti manicis pgent. ⁊ te ado-
rabūt teq̄ deprecabunt. Tm̄ in te ē deus. ⁊
nō est deus absq̄ te. Uere tu es deus abscō-
ditus: deꝰ isrl saluator. Cōfusi sūt ⁊ erubue-
rūt oēs simul: abierūt in confusione fabrica-
tores errorū. Israhel saluatꝰ est i dn̄o salute
eterna. Non confundemini ⁊ nō erubescetis
vsq̄ in seculū seculi: q̄a hec dicit dn̄s creās
celos. Ipse deus formās t̄rā ⁊ faciēs eā: ipse
plastes eius. Nō in vanū creauit eā: ſ ut ha-
bitaret formauit eā. Ego dn̄s ⁊ nō ē aliꝰ. Nō
in abscōdito locutꝰ sū: in loco t̄re tenebroso
Non dixi semini iacob frustra: querite me.
Ego dn̄s loquēs iusticiā· ānūciās recta. Cō-
gregami ⁊ venite. ⁊ accedite simul q̄ saluati
estis ex gentibꝰ. Nescierūt q̄ leuāt signū scul-
pture sue. ⁊ rogant dn̄m nō saluantē. Annū-
ciate ⁊ venite. ⁊ consiliami sil. Quis auditū
fecit hoc ab initio? Ex tūc p̄dixi illud. Nūq̄d
nō ego dn̄s. ⁊ nō est vltra deꝰ absq̄ me? Deꝰ
iustꝰ ⁊ saluās nō ē p̄ter me. Cōuertimini ad
me ⁊ salui eritis oēs fines t̄re: q̄a ego deus ⁊
nō est aliꝰ. In memetipso iuraui· egrediet de
ore meo iusticie verbum. ⁊ nō reuertet· quia
mihi curuabitur oē genu. ⁊ iurabit ois ligua.
Ergo in dn̄o dicēt. Mee sūt iusticie ⁊ impe-
rium. Ad eū veniēt. ⁊ cōfundent oēs q̄ repu-
gnant ei. In dn̄o iustificabit ⁊ laudabitur
omne semen israhel.

C XLVI

Confractꝰ est bel· contritus est nabo:
facta sūt simulacra eorꝫ bestijs ⁊ iu-
mētis. Onera vestra graui pondere
vsq̄ ad lassitudinē cōtabuerūt. ⁊ ɔtrita sunt
simul. Nō potuerunt saluare portantē. ⁊ aia
eorū in captiuitatē ibit. Audite me domꝰ ia-
cob. ⁊ oē residuū domus isrl. Qui portamini
a meo vtero: q̄ gestami a mea vulua. Usq̄
ad senectā egoipse. ⁊ vsq̄ ad canos ego por-
tabo. Ego feci ⁊ ego ferā: ego portabo ⁊ sal-
uabo. Cui assimilastis me ⁊ adeq̄stis. ⁊ cō-
parastis me ⁊ fecistis similē? Qui cōfertis
aurū de sacculo. ⁊ argētū statera ponderatꝫ.
Cōducētes aurificē ut faciat deū. ⁊ pcidunt
⁊ adorāt. Portāt illū in humerꝫ gestantes. ⁊
ponētes in loco suo. Et stabit: ac de loco suo
nō mouebit. Sed ⁊ cū clamauerit ad eū nō
audiet: de tribulatiōe nō saluabit eos. Me-
mētote istud ⁊ fūdami: redite p̄uaricatores
ad cor. Recordami prioris seculi qm̄ ego sū
deus ⁊ nō ē vltra deꝰ: nec ē similis mei annū-
cians ab exordio nouissimū. ⁊ ab initio que
necdū facta sūt· dicēs: Cōsiliū meū stabit. ⁊
ois volūtas mea fiet. Uocās ab oriēte auē
⁊ de t̄ra longinqua virū volūtatꝫ mee. Et lo-
cutꝰ sū ⁊ adducā illud: creaui ⁊ faciā illud.
Audite me duro corde: q̄ lōge estis a iusti-
cia. Prope feci iusticiā meā. ⁊ nō elongabit:
⁊ salus mea nō morabit. Dabo i syon salutē
⁊ in israhel gloriā meam.

C XLVII

Descēde: sede in puluēꝛ vgo filia ba-
bylon: sede in t̄ra. Nō est soliū filie
chaldeorꝫ: quia vltra nō vocaberis
mollis ⁊ tenera. Tolle molā ⁊ mole farinā:
denuda turpitudinē tuā. Discoopi humerꝫ:
reuela crura: trāsi flumina. Reuelabit ignomi-
nia tua. ⁊ videbit opprobriū tuū. Ultionem
capiā. ⁊ nō resistet mihi hō. Redemptor nr̄
dn̄s exercituū: nomē illiꝰ scūs isrl. Sede ta-
ce ⁊ intra in tenebras filia chaldeorꝫ: quia
nō vocaberꝫ vltra dn̄a regnorū. Iratus sum
sup populū meū: contaminaui hereditatem
meā. ⁊ dedi eos i manu tua. Nō posuisti eis
misericordias. Sup senē aggrauasti iugū tuū
valde. ⁊ dixisti. In sempit̄nū ero dn̄a. Non
posuisti h̄ sup cor tuū: neq̄ recordata es no-
uissimi tui. Et nūc audi hec delicata ⁊ habi-
tans cōfidēter: que dic̄ i corde tuo ego sū. ⁊
nō ē p̄ter me āpliꝰ. Nō sedebo vidua. ⁊ igno-
rabo sterilitatē. Ueniēt tibi duo h̄ subito in die
vna· sterilitas ⁊ viduitas. Uniuersa venerūt

creās tn̄os· ſ· malū carētie· gl· malū· ſ· pene·

No.

N

sup te ꝓpter multitudinē maleficioꝝ tuorum
⁊ ꝓpt duritiā incātatoꝝ tuorū vehementem.
Et fiduciā habuisti in malitia tua: ⁊ dixisti.
Nō ē qui videat me. Sapiētia tua ⁊ scientia
tua h̄ decepit te. Et dixisti i corde tuo. Ego
sū: ⁊ ꝑter me nō ē altera. Veniet sup te malū
⁊ nescies ortū ei⁹: ⁊ irruet sup te calamitas
quā nō poteris expiare. Veniet sup te repente
miseria quā nescies. Sta cū īcātatorib⁹ tuis
⁊ cū multitudine maleficioꝝ tuoꝝ in quib⁹
laborasti ab adolescentia tua: si forte quid
prosit tibi: aut si possis fieri fortior. Defecisti
in multitudine ꝯsilioꝝ tuoꝝ. Stent ⁊ saluēt
te augures celi qui cōtēplabāt sidera ⁊ sup-
putabāt mēses: ut ex eis anūciarēt ventura
tibi. Ecce facti sūt q̄si stipula: ignis cōbussit
eos. Nō liberabūt aiam suā de māu flāme:
nō sūt prune q̇b⁹ calefiāt: nec focus ut sede-
ant ad eū. Sic facta sūt tibi: in quibuscunq;
laboraueras. Negociatores tui ab adole-
scentia tua. vnusquisq; in via sua errauerūt:
Nō est qui saluet te.

CXLVIII

Audite hec dom⁹ iacob qui vocamini
noie isrl'. ⁊ de aquis iuda existis: qui
iuratis i noie dn̄i. ⁊ dei isrl' recordami
nō i veritate neq; in iusticia. De ciuitate eni
sancta vocati sunt: ⁊ sup deū isrl' constabiliti
sūt. Dn̄s exercituū nomē ei⁹. Priora extunc
ānūciaui ⁊ ex ore meo exierunt: ⁊ audita feci
ea: repente opat⁹ sū ⁊ venerūt. Sciui. n. quia
durus es tu: ⁊ neruus ferreus ceruix tua: ⁊
frons tua erea. Predixi tibi extūc: anq̄ veni-
rēt idicaui tibi: ne forte diceres. Idola mea
fecerūt hec: ⁊ sculptilia mea ⁊ ꝯflatilia man-
dauerūt ista. Que audisti: vide oia. Vos āt
nō annūciastis. Audita tibi feci noua extūc
⁊ ꝯseruata sūt q̄ nescis. Nūc creata sūt ⁊ nō
extūc: ⁊ ante diem: ⁊ nō audisti ea: ne forte
dicas. ecce ego cognoui ea. Neq; audisti neq;
cognouisti: neq; extunc apta est auris tua. Scio
n. q̄ ꝑuaricās ꝑuaricaberis: ⁊ trāsgressorē
ex vtero vocaui te. Propt̄ nomē meū longe
faciā furorē meū: ⁊ laude mea infrenabo te
ne intereas. Ecce excoxi te s̄ nō q̄si argentū:
elegi te in camino pauptatis. Propt̄ me ꝓpter
me faciā. ut non blasfemer: ⁊ gloriā meam
alteri nō dabo. Audi me iacob: ⁊ isrl' quem
ego voco. Ego ipse: ego prim⁹ ⁊ ego nouissi-
mus. Manus q̄z mea fūdauit t̄rā: ⁊ dextera
mea mensa est celos. Ego vocabo eos: ⁊ sta-
būt simul. Congregamini oēs vos ⁊ audite.
Quis de eis ānūciauit hec? Dn̄s dilexit eū:
faciet volūtatē suā in babylone: ⁊ brachiū
suū i chaldeis. Ego ego locut⁹ sum ⁊ vocaui
eū: adduxi eū: ⁊ directa ē via eius. Accedite
ad me: ⁊ audite h̄. Nō a principio i abscon-
dito locutus sū. Ex tempore anteq̄ fierent
ibi erā: ⁊ nūc dn̄s deus misit me ⁊ spūs eius.
Hec dic̄ dn̄s de⁹ redēptor tu⁹ scūs isrl'. Ego
dn̄s de⁹ tu⁹: docens te vtilia: gub̄nās te i via
qua ābulas. Utinā attēdisses mādata mea.
Facta fuisset sicut flumen pax tua: ⁊ iusticia
tua sicut gurgites maris. Et fuisset q̄si harē-
na semē tuū: ⁊ stirps vteri tui ut lapilli eius.
Nō interisset ⁊ nō fuisset attritū nomen eius
a facie mea. Egredimi de babylone: fugite
a chaldeis. In voce exultationis ānūciate:
auditū facite hoc: ⁊ efferte illud vsq; ad ex-
trema t̄re. Dicite: Redemit dn̄s seruū suum
iacob. Nō sitierunt in deserto cum educeret
eos. Aquā de petra ꝓduxit eis. ⁊ scidit petrā
⁊ fluxerūt aque. Nō ē pax impijs dicit dn̄s.

CXLIX

Audite insule: ⁊ attēdite
populi de longe. Dn̄s ab vtero vo-
cauit me: de ventre m̄ris mee recor-
datus ē nois mei. Et posuit os meum quasi
gladiū acutū: in vmbra man⁹ sue ꝓtexit me
⁊ posuit me sicut sagittā electā. In pharetra
sua abscōdit me: ⁊ dixit mihi. Seruus meus
es tu isrl'. q̄a i te glorificabor. Et ego dixi. In
vacuū laboraui: sine causa ⁊ vane fortitudi-
nē meā cōsūpsi. Ergo iudiciū meū cum dn̄o:
⁊ opus meū cū deo meo. Hec dicit dn̄s for-
māns me ex vtero s̄uū sibi: ut reducam iacob
ad eū: ⁊ israhel nō cōgregabit̄. Et glorifica-
tus sū in oculis dn̄i: ⁊ deus me⁹ fact⁹ est for-
titudo mea. Et dixit. Parū ē ut sis mihi ser-
uus ad suscitādas trib⁹ iacob. ⁊ feces israhel
conuertendas. Dedi te in lucem gentiū: ut
sis salus mea vsq; ad extremū t̄re. Hec dicit
dn̄s. redemptor israhel. scūs ei⁹: ad cōtēpti-
bilē aiam. ad abhominatā gētē. ad seruū do-
minorū. Reges videbūt ⁊ ꝯsurgent ꝑncipes
⁊ adorabūt ꝓpter dn̄m q̇a fidelis est: ⁊ scm̄
israhel qui elegit te. Hec dic̄ dn̄s. In tēpore
placito exaudiui te. ⁊ in die salutis auxiliatus
sum tui. Et seruaui te ⁊ dedi te in fed⁹ populi
ut suscitares terrā ⁊ possideres hereditates
dissipatas: ut diceres his q̇ vincti sūt. exite:
⁊ his qui in tenebris. reuelamini. Sup vias
pascent̄. ⁊ in oib⁹ planis pascua eorū. Non
esurient neq; sitient. ⁊ nō percutiet eos estus

⁊ sol: q̇a miserator eorū reget eos. ⁊ ad fon-
tes aquaꝝ potabit eos. Et ponam oēs mon-
tes meos i viā. ⁊ semite mee exaltabuntur.
Ecce isti de lōge veniēt. ⁊ ecce illi ab aq̇lone
⁊ mari. ⁊ isti de t̄ra australi. Laudate celi ⁊
exulta t̄ra: iubilate mōtes laudē: q̇a conso-
latus ē dñs populū suū. ⁊ pauperꝝ suoꝝ mise-
rebit̄. Et dixit syon: dereliq̇t me dñs. ⁊ dñs
oblitus ē mei. Nūquid obliuisci potest mu-
lier infantē suum: ut nō misereat̄ filio vteri
sui? Et si illa oblita fuerit: ego tñ nō obliui-
scar tui. Ecce i manibꝰ meis descripsi te: mu-
ri tui corā oculis meis semp. Venerūt stru-
ctores tui: destruentes te ⁊ dissipantes a te
exibūt. Leua i circuitu oculos tuos ⁊ vide:
oēs isti cōgregati sūt: venerūt tibi. Viuo ego
dic̄ dñs q̇a oibꝰ his velut ornamento vestie-
ris ⁊ circūdabis tibi eos q̄si spōsa. Quia de-
serta tua ⁊ solitudines tue ⁊ t̄ra ruine tue:
nūc angusta erūt p̄ habitatoribꝰ. ⁊ longe fu-
gabūt̄ q̇ absorbebāt te. Adhuc dicēt i auri-
bus tuis filij sterilitatꝭ tue. Angustꝰ est mihi
locꝰ: fac spatiū mihi ut habitē. Et dices i cor-
de tuo. Quis genuit mihi istos? Ego steri-
lis ⁊ nō pariēs transmig̃ta ⁊ captiua. ⁊ istos
q̇s enutriuit? Ego destituta ⁊ sola. ⁊ isti vbi
h̄ erāt? Hec dic̄ dñs deꝰ. Ecce leuabo ad gē-
tes manū meam. ⁊ ad pp̄los exaltabo signū
meū. Et afferent filios suos i vlnis. ⁊ filias
suas sup̄ humeros portabūt. Et erunt reges
nutricij tui. ⁊ regine nutrices tue. Vultu in
terra demisso adorabūt te. ⁊ puluerē pedum
tuoꝝ lingent. Et scies q̇a ego dñs: sup̄ q̄ nō
cōfūdent̄ q̇ expectāt eū. Nūq̇d tollet̄ a forti
preda: aut qȯ captū fuerit a robusto saluū
esse poterit? Quia hec dic̄ dñs. Equidē ⁊ ca-
ptiuitas a forti tollet̄. ⁊ qȯ ablatum fuerit a
robusto saluabit̄. Eos v̄o qui iudicauerunt
te ego iudicabo. ⁊ filios tuos ego saluabo.
Et cibabo hostes tuos carnibꝰ suis. ⁊ quasi
musto sanguine suo inebriabuntur. Et sciet
oīs caro quia ego dñs saluās te. ⁊ redēptor
tuus fortis iacob. ¶ L

Hec dicit dñs. Quis ē hic liber repu-
dij matris vestre: quo dimisi eam?
Aut q̇s ē creditor meus: cui vendi-
di vos? Ecce. n. i iniq̇tatibꝰ vr̄is vēditi estis:
⁊ in sceleribꝰ vestris dimisi matrē vestrā: q̇a
veni ⁊ nō erat vir: vocaui ⁊ non erat q̇ audi-
ret. Nūquid abbreuiata ⁊ paruula facta est
manus mea ut nō possim redimē: aut non ē
in me v̄tus ad liberandū? Ecce i increpatiōe
mea desertū faciā mare: ponā flumina in sic-
cū. Cōputrescēt pisces sine aqua. ⁊ morieñt in
siti. Induā celos tenebrꝭ. ⁊ saccū ponā operi-
mentū eoꝝ. Dñs dedit mihi linguā eruditā:
ut sciā sustentare eū q̇ lassus ē verbo. Erigit
mane mane erigit mihi aurē: ut audiam q̄si
magistrū. Dñs deꝰ apuit mihi aurē: ego aūt
non ꝯdico: retrorsū nō abij. Corpꝰ meū dedi
p̄cutiētibꝰ ⁊ genas meas vellentibꝰ. Faciem
meā nō auerti ab increpantibꝰ ⁊ ꝯspuentibꝰ
in me. Dñs deus auxiliator meꝰ. ⁊ ideo non
sū ꝯfusus. Ideo posui faciē meā ut petrā du-
rissimā. ⁊ scio q̄m nō cōfūdar. Iuxta est qui
iustificat me. Quis ꝯdicet mihi? Stemꝰ sil̄.
Quis ē aduersariꝰ meꝰ? Accedat ad me. Ec-
ce dñs deꝰ auxiliator meꝰ. Quis ē q̇ cōdēnet
me? Ecce oēs q̄si vestimētū cōteret̄: tinea co-
medet eos. Quis ex vob̄ timēs dñm: audi-
ens vocē serui sui? Quis ābulauit i tenebrꝭ
⁊ nō ē lumē ei? Speret i noīe dñi. ⁊ innitat̄ sup̄
deū suū. Ecce vos oēs accendentes ignē ac-
cincti flāmis. Ambulate i luie ignis vr̄i. ⁊ i
flāmis q̄s succēdistis. De manu mea factū
ē h̄ vobis. In doloribꝰ dormietis. ¶ LI

Audite me qui seq̇mini qȯ iustū est. ⁊
q̄ritꝭ dñm. Attendite ad petrā vnde
excisi estis. ⁊ ad cauernā laci de qua
p̄cisi estis. Attēdite ad abrahā patrē vestrū:
⁊ ad saram que pepit vos. Quia vnū vocaui
eū. ⁊ bñdixi ei. ⁊ multiplicaui eum. Consola-
bit̄ ergo dñs syon. ⁊ consolabit̄ oēs ruinas
eiꝰ. Et ponet desertū eiꝰ q̄si delitias. ⁊ solitu-
dinem eius q̄si hortū dñi. Gaudiū ⁊ leticia
inuenieт̄ i ea: grāꝝ actio ⁊ vox laudis. Atten-
dite ad me pp̄le meus. ⁊ tribꝰ mea me audite.
Quia lex a me exiet. ⁊ iudiciū meū i lucē po-
pulorū req̇escet. Prope ē iustꝰ meus: egres-
sus est saluator meus. ⁊ brachia mea pp̄los
iudicabūt. Me isule expectabūt. ⁊ brachiū
meū sustinebūt. Leuate i celū oculos vr̄os:
⁊ videte sub t̄ra deorsū: quia celi sicut fumꝰ
liquescent. ⁊ terra sicut vestimentū atteret̄:
⁊ habitatores eius sicut h̄ interibūt. Salus
aūt mea in sempit̄nū erit: ⁊ iusticia mea non
deficiet. Audite me qui scitꝭ iustū: pp̄ls meꝰ
lex mea i corde eorū. Nolite timē opprobriū
hoīuꝫ. ⁊ blasfemias eorum ne metuatis. Si-
cut. n. vestimentū sic comedet eos vermis. ⁊
sicut lanā sic deuorabit eos tinea. Salus āt
mea i sempit̄nū erit. ⁊ iusticia mea i gnātiōes

generationū. Cōsurge ꝯsurge: induere fortitudinē brachiū dn̄i. Cōsurge sicut in dieb⁹ antiq̄s: in gn̄ationib⁹ seculorū. Nūq̄d nō tu ꝑcussisti supbū: vulnerasti draconē? Nunq̄d nō tu siccasti mare: aquā abyssi vehemētis? Qui posuisti ꝓfūdū maris viā: ut trāsirēt liberati. Et nūc q̄ redēpti sūt a dn̄o: reuertent̄: ⁊ venient in syon laudātes. ⁊ leticia sempit̄na sup capita eorū. Gaudiū ⁊ leticiā tenebūt: fugiet dolor ⁊ gemit⁹. Ego egoipse consolabor vos. Quis tu ut timeas ab hoīe mortali ⁊ a filio hoīs: qui quasi fenū ita arescet. ⁊ oblitus es dn̄i factoris tui q̄ tetendit celos ⁊ fūdauit t̄rā. ⁊ formidasti iugit̄ tota die a facie furorꝫ ei⁹ q̄ te tribulabat. ⁊ parauerat ad perdendū? Ubi nūc ē furor tribulantis? Cito veniet gradiens ad aperiēdū. ⁊ nō interficiet vsq̄ ad internitionē: nec deficiet panis ei⁹. Ego aūt sū dn̄s de⁹ tuus qui conturbo mare ⁊ intumescūt fluctus eius: dn̄s exercituū nomē meū. Posui ṽba mea in ore tuo. ⁊ in vmbra man⁹ mee ꝓtexi te: ut plantes celos ⁊ fūdes t̄rā. ⁊ dicas ad syon: ꝑpl̄s meus es tu. Eleuare eleuare: cōsurge irl̄m: que bibisti de manu dn̄i calicē ire eius. Usq̄ ad fundum calicis soporis bibisti. ⁊ potasti vsq̄ ad feces. Nō ē qui sustentet eā ex oībus filijs quos genuit. ⁊ nō est q̄ apph̄ēdat manū eius ex oīb⁹ filijs q̄s enutriuit. Duo sunt q̄ occurrerūt tibi. Quis cōtristabit̄ sup te? Uastitas ⁊ cōtritio ⁊ fames ⁊ gladi⁹. Quis ꝯsolabit̄ te? Filij tui ꝓiecti sūt: dormierūt in capite oīuꝫ viarū sicut orix illaq̄atus: pleni indignatiōe dn̄i·increpatiōe dei tui. Idcirco audi h̄ paupercula. ⁊ ebria non a vino. Hec dicit dn̄ator tu⁹ dn̄s. ⁊ deus tu⁹ q̄ pugnauit ꝓ ꝑpl̄o suo. Ecce tuli de manu tua calicē soporꝫ: fūdū calicis indignatiōis mee. Nō adijcies ut bibas illū vltra. Et ponā illū i manu eoꝝ qui te humiliauerunt ⁊ dixerunt aīe tue incuruare ut transeam⁹. ⁊ posuisti ut t̄rā corpus tuū. ⁊ q̄si viā transeuntib⁹.

CLII

Consurge ꝯsurge: iduere fortitudine tua syon. Induere vestimētꝫ gl̄ie tue hierusalē ciuitas sancti: q̄a non adijciet vltra ut ꝑtrāseat ꝑ te icircūcisus ⁊ imūdus. Excutē de puluere: ꝯsurge: sede irl̄m. Solue vīcula colli tui captiua filia syon: q̄a hec dicit dn̄s: Gratis venūdati estis. ⁊ sine argēto redimemi. Quia h̄ dicit dn̄s de⁹. In egyptū descēdit ꝑpl̄s me⁹ i ꝑncipio·ut colonus esset ibi. ⁊ assur absq̄ vlla cā calūniat⁹ est eū. Et nūc q̄d mihi ē hic dicit dn̄s? Quō ablat⁹ ē populus meus gratis. Dn̄atores ei⁹ inique agūt dicit dn̄s: ⁊ iugiter tota die nomen meū blasfemat̄. Propt̄ h̄ sciet populus meus nomen meū in die illa: q̄a egoipse qui loquebar ecce adsum. Q̄ pulchri sup mōtes pedes ānūciātꝫ ⁊ p̄dicātꝫ pacē: ānūciātis bonū·p̄dicātis salutē·dicētis: Syon·regnabit deus tu⁹. Uox speculatoꝝ tuoꝝ. Leuauerūt vocē: simul laudabūt: quia oculo ad oculū videbūt·cū cōuerterit dn̄s syon. Gaudete ⁊ laudate sil̄ deserta irl̄m: q̄a consolat⁹ est dn̄s populū suū·redemit irl̄m. Parauit dn̄s brachiū scm̄ suū i oculis oīuꝫ gentiū. ⁊ videbūt oēs fines t̄re salutare dei nr̄i. Recedite recedite: exite inde: pollutū nolite tangere. Exite de medio ei⁹·mūdami q̄ fertꝫ vasa dn̄i. Quō nō i tumultu exibitis: nec in fuga ꝓperabitꝫ. Precedet. n. vos dn̄s. ⁊ congregabit vos de⁹ isrl̄. Ecce intelliget seruus meus: exaltabit̄ ⁊ eleuabit̄. ⁊ sublimis erit valde. Sicut obstupuerūt sup te multi: sic inglorius erit int̄ viros aspectus ei⁹. ⁊ forma ei⁹ int̄ filios hoīuꝫ. Iste asꝑget gentes multas: sup ipsū cōtinebūt reges os suū. Quia quib⁹ nō ē narratū de eo viderūt. ⁊ q̄ nō audierūt ꝯtēplati sunt.

CLIII

Quis credidit auditui nr̄o: ⁊ brachiū dn̄i cui reuelatum est? Et ascēdet sicut ṽgultū corā eo. ⁊ sicut radix de t̄ra sitiēti. Nō est spēs ei neq̄ decor. Et vidim⁹ eū ⁊ nō erat aspectus. ⁊ desiderauim⁹ eū despectū ⁊ nouissimū viroꝝ·virū dolorū ⁊ scientē infirmitatē. Et quasi abscōdit⁹ vult⁹ eius ⁊ despect⁹: vnde nec reputauimus eū. Uere languores nostros ipse tulit. ⁊ dolores nr̄os ipse portauit. Et nos reputauimus eū q̄si leprosū. ⁊ ꝑcussū a deo ⁊ hūiliatū. Ipse aūt vulneratus ē ꝓpter iniq̄tates nr̄as: attritus ē ꝓpter scelera nr̄a. Disciplina pacis nostre sup eū. ⁊ liuore ei⁹ sanati sum⁹. Oēs nos q̄si oues errauim⁹: vnusq̄sq̄ in viā suā declinauit. ⁊ posuit dn̄s in eo iniq̄tatē oīuꝫ nostrū. Oblatus ē q̄a ipse voluit. ⁊ nō aꝑuit os suū. Sicut ouis ad occisionē ducet̄. ⁊ q̄si agn⁹ corā tondēte se obmutescet. ⁊ nō aꝑiet os suū. De angustia ⁊ de iudicio sublatus ē. Generationē ei⁹ q̄s enarrabit? Quia abscisus ē de terra viuentiū. Propt̄ scelus populi mei ꝑcussi eū. Et dabit ipios ꝓ sepultura. ⁊ diuites ꝓ morte sua: eo q̄ iniq̄tatē nō fecerit

neq dolus fuerit in ore eius ⁊ dñs voluit cõ-
terere eũ i infirmitate. Si posuerit p peccato
aiam suã videbit semen longeuũ. ⁊ volũtas
dñi in manu eius dirigetur. Pro eo q labora-
uit aia eius: videbit ⁊ saturabitur. In scia sua
iustificabit ipse iustus seruos meos multos
⁊ iniqtates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam
ei plurimos ⁊ fortium diuidet spolia: pro eo q
tradidit i morte aiam suã. ⁊ cũ sceleratis re-
putatus est. Et ipse pctã multorũ tulit. ⁊ p
transgressoribus rogauit.

LIIII

Lauda sterilis q non paris: decanta
laudẽ ⁊ hinni que nõ pariebas: qm
multi filij deserte magis q eius q hẽbat
virũ dicit dñs. Dilata locũ tentorij tui. ⁊ pel-
les tabernaculorum tuorum extende. Ne parcas.
Longos fac funiculos tuos. ⁊ clauos tuos
cõsolida. Ad dexterã eni ⁊ leuã penetrabis:
⁊ semen tuũ gentes hereditabit. ⁊ ciuitates
desertas inhabitabit. Noli timere: qa nõ cõfun
deris neq erubesces. Non eni te pudebit: qa
cõfusionis adolescẽtie tue obliuisceris. ⁊ op-
probrij viduitatis tue nõ recordaberis amplius.
Quia dñabitur tui qui fecit te: dñs exercituũ
nomẽ eius. ⁊ redẽptor tuus scũs isrl: deus ois
terre vocabitur. Quia ut mulierẽ derelictã ⁊
merẽtẽ spũ vocauit te dñs. ⁊ vxorẽ ab adole-
scentia abiectã. Dixit deus tuus. Ad pũctũ in
modico dereliqui te. ⁊ i miseratiõibus magnis
cõgregabo te. In momẽto idignatiõis abscõ-
di faciẽ meã parũp a te. ⁊ i misericordia sem-
piterna misertus sũ tui: dixit redemptor tuus
dñs. Sicut in diebus noe istud mihi est: cui
iuraui ne iducerẽ aqs diluuij vltra sup trã.
sic iuraui ut nõ irascar tibi ⁊ nõ increpem te.
Mõtes eni cõmouebũtur ⁊ colles cõtremiscẽt:
misericordia aũt mea nõ recedet a te. ⁊ fedus
pacis mee nõ mouebitur: dixit miserator tuus
dñs. Paupercula tẽpestate cõuulsa absq vlla
cõsolatiõe: ecce ego sternã p ordinem lapides
tuos. ⁊ fũdabo te in sapphyris. ⁊ ponã iaspi-
dem ppugnacula tua. ⁊ portas tuas in lapides
sculptos. ⁊ oẽs terminos tuos i lapides desi-
derabiles. vniũsos filios tuos doctos a dño
⁊ multitudinem pacis filijs tuis. ⁊ in iusticia
fũdaberis. Recede pcul a calũnia. qa nõ ti-
mebis. ⁊ a pauore. qa nõ appropinqbit tibi.
Ecce accola veniet. q nõ erat mecũ: aduena
quondã tuus adiũgetur tibi. Ecce ego creaui fa-
brũ sufflantẽ i igne prunas. ⁊ pferentẽ vas
in opus suũ. ⁊ ego creaui interfectorem ad
disperdendũ. Omne vas qd fictũ ẽ cõtra te nõ diri-
getur. ⁊ oẽm linguã resistentẽ tibi. i iudicio iu-
dicabis. Hec ẽ hereditas seruorũ dñi. ⁊ iusti-
cia eorum apud me. dicit dñs.

LV

Omnes sitiẽtes venite ad aqs. ⁊ qui
non habetis argentũ ppcrate. emite
⁊ comedite. Venite emite absq ar-
gento ⁊ absq vlla cõmutatione. vinũ ⁊ lac.
Quare appenditis argẽtũ nõ i panibus. ⁊ labo-
rẽ vestrũ nõ in saturitate? Audite audiẽtes
me ⁊ comedite bonũ. ⁊ delectabitur in crassitu-
dine aia vrã. Inclinate aurẽ vrãm ⁊ venite
ad me: audite. ⁊ viuet aia vestra. ⁊ feriam
vobiscũ pactũ sempiternũ: misericordias da-
uid fideles. Ecce testẽ pplis dedi eũ. ducem
ac pceptorẽ gẽtibus. Ecce gẽtẽ quã nesciebas
vocabis. ⁊ gẽtes que non cognouerunt te. ad
te current, ppter dñm deũ tuũ ⁊ scm isrl: quia
glorificauit te. Querite dñm dũ iueniri põt
inuocate eũ dũ ppe est. Derelinqt impius viã
suã. ⁊ vir iniquus cogitatiões suas. ⁊ reuertatur
ad dñm ⁊ miserebitur eius. ⁊ ad deũ nrm qm
multus est ad ignoscendũ. Nõ. n. cogitationes
mee cogitatiões vrẽ: neq vie vestre vie mee
dic dñs. Quia sicut exaltãtur celi a trã. sic ex-
altate sũt vie mee a vijs vris. ⁊ cogitatiões
mee a cogitationibus vris. Et quõ descendit
ymber ⁊ nix de celo ⁊ illuc vltra non reuer-
titur. sed inebriat trã ⁊ infũdit eã ⁊ germinare
eã facit. ⁊ dat semen serẽti. ⁊ panẽ comedẽti.
sic erit verbum meũ qd egredietur de ore meo.
Nõ reuertetur ad me vacuũ: sed faciet quecũq
volui. ⁊ psperabitur in his ad que misi illud.
Quia in leticia egrediemi. ⁊ i pace deduce-
mini. Mõtes ⁊ colles cantabũt corã vobis
laudem. ⁊ oia ligna regiõis plaudẽt manu.
Pro saliũcula ascendet abies. ⁊ p vrtica cre-
scet myrtus. Et erit dñs noiatus in signũ eter-
nũ: qd nõ auferetur.

LVI

Hec dicit dñs. Custodite iudicium ⁊
facite iusticiã. quia iuxta est salus mea
ut veniat. ⁊ iusticia mea ut reueletur.
Beatus vir qui facit hoc. ⁊ filius hois qui ap-
prehẽdet istud. Custodiens sabbatũ ne pollu-
at illud: custodiens manus suas. ne faciat oẽ
malũ. Et non dicat filius aduene q adheret
dño. dicẽs: Separatiõe diuidet me dñs a pplo
suo. Et nõ dicat eunuchus. ecce ego lignũ ari-
dũ. Quia hec dic dñs eunuchis: Qui custo-
dierint sabbata mea. ⁊ elegerint q ego volui
⁊ tenuerint fedus meũ: dabo eis in domo mea

⁊ in muris meis locū. ⁊ nomen meli⁹ a filijs ⁊ filiab⁹. Nomē sempit̃nū dabo eis: qđ non peribit. Et filios aduene q̇ adhereant dn̄o ut colāt eū. ⁊ diligāt nomen eius ut sint ei i ser- uos: oēm custodientem sabbatū ne polluat illud. ⁊ tenentē fed⁹ meū. adducā eos i mōtē scm̄ meū. ⁊ letificabo eos in domo orationis mee. Holocausta eorū ⁊ victime eoꝝ place- būt mihi sup altari meo: q̇a domus mea do- mus orōnis vocabit̃ cūctis populis. ait dn̄s deus q̇ ꝯgregat dispsos isrl̄. Adhuc ꝯgrega- bo ad eū cōgregatos ei⁹. Oēs bestie agri ve- nite ad deuorandum: vniuerse bestie saltus. Speculatores ei⁹ ceci oēs: nescierūt vniuer- si: canes muti nō valētes latrare. videntes vana. dormiētes ⁊ amātes somnia. ⁊ canes ipudētissimi nescierūt saturitatē. Ipsi pasto- res ignorauerūt intelligētiā. Oēs i viā suā de- clinauerūt: vn⁹quisqꝫ ad auaritiā suā a sūmo vsqꝫ ad nouissimū. Uenite. sumam⁹ vinum. ⁊ impleamur ebrietate. ⁊ erit sicut hodie sic ⁊ cras. ⁊ multo amplius. C. LVII

Iustus perit ⁊ non est qui recogitet i corde suo. ⁊ viri mīe colliguntur: q̇a nō ē q̇ itelligat. A facie eni mali- tie collect⁹ ē iust⁹. Ueniat pax: requiescat i cu- bili suo. q̇ ābulauit i directiōe sua. Uos autē accedite huc filij auguratricis: semen adul- teri ⁊ fornicarie. Sup quē lusistis? Sup quē dilatastis os. ⁊ eiecistis linguā? Nūqd non vos filij scelesti. semē mēdax? Qui ꝯsolamini in dijs subt̃ oē lignū frondosū. imolātes par- uulos i torrētib⁹: subt̃ eminētes petras. In partib⁹ torrētis pars tua: hec ē sors tua. Et ipsis effudisti libamen: obtulisti sacrificium. Nūqd sup his nō idignabor? Sup mōtē excel- sū ⁊ sublimē posuisti cubile tuū. ⁊ illuc ascē- disti ut imolares hostias. Et p⁹ ostiū ⁊ retro postem posuisti memoriale tuū. q̇a iuxta me disco operuisti ⁊ suscepisti adulterum. Dilatasti cubile tuū. ⁊ pepigisti cum eis fedus. Dilexi- sti stratū eoꝝ manu apta. ⁊ ornasti te regio vnguēto. ⁊ multiplicasti pigmēta tua. Mi- sisti legatos tuos ꝓcul. ⁊ humiliata es vsqꝫ ad iferos. In multitudine vie tue laborasti: nec dixisti. quiescam. Uitam man⁹ tue inue- nisti: ꝓpterea non rogasti. Pro quo sollicita timuisti: q̇a mētita es ⁊ mei nō es recorda- ta: neqꝫ cogitasti i corde tuo q̇a ego tacens ⁊ quasi nō vidēs. ⁊ mei oblita es. Ego ānūcia- bo iusticiā tuā. ⁊ opa tua nō ꝓderūt tibi. Cū clamaueris liberēt te ꝯgregati tui. Et oēs eos auferet vent⁹: tollet aura. Qui aūt fiduciam hꝫ mei. hereditabit t̃rā. ⁊ possidebit montē scm̄ meū. ⁊ dicā. Uiam facite. ꝑbete iter. declinate de semita: auferte offendicula de via populi mei. Quia h̄ dicit dn̄s excelsus ⁊ sublimis habitās et̃nitatē. ⁊ scm̄ nomē ei⁹ in excelso ⁊ in scō habitās. ⁊ cū ꝯtrito ⁊ hūili spū: ut viui- ficet spm̄ humiliū ⁊ viuificet cor contritoꝝ. Nō eni i sempiternū litigabo neqꝫ vsqꝫ ad fi- nē irascar. q̇a spūs a facie mea egredietur. ⁊ flatus ego faciā. Propt̃ iniq̇tatē auaritie ei⁹ irat⁹ sū. ⁊ ꝑcussi eū. Abscōdi a te faciē meā: ⁊ indignat⁹ sū. Et abijt vag⁹ in via cordis sui. Uias eius vidi ⁊ sanaui eū. ⁊ reduxi eum ⁊ reddidi ꝯsolatiōes ipsi ⁊ lugentib⁹ eius. Cre- aui fructū labioꝝ pacē: pacē ei qui longe est ⁊ qui ꝓpe dixit dn̄s. ⁊ sanaui eū. Impij aūt q̄si mare feruens qđ quiescē nō pōt. ⁊ redūdant fluctus eius i cōculcationē ⁊ lutū. Nō ē pax impijs dicit dn̄s deus. C. LVIII

Clama. ne cesses: q̄si tuba exalta vo- cem tuā. ⁊ annūcia ꝑplo meo scelera eorū. ⁊ domui iacob pctā eorū. Me etenī de die in diē querūt. ⁊ scire vias meas volūt: q̄si gens q̇ iusticiā fecerit. ⁊ q̄ iudicium dei sui nō dereliquerit. Rogāt me iudicia iu- sticie. ⁊ appropinq̄re deo volūt. Quare ieiu- nauim⁹ ⁊ nō aspexisti: hūiliauim⁹ aīas nr̄as ⁊ nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenit̃ volūtas vestra. ⁊ oēs debitores vestros repe- titis. Ecce ad lites ⁊ cōtentiōes ieiunatis. ⁊ ꝑcutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsqꝫ ad hāc diē: ut audiat̃ in excelso clamor vester. Nūqd tale ē ieiuniū qđ elegi: ꝑ diē af- fligē hoiem aīaꝫ suā? Nūqd cōtorq̄re q̄si cir- culū caput suū. ⁊ saccū ⁊ cinerē sternē? Nū- qd istud vocabis ieiuniū. ⁊ diem acceptabilē dn̄o? Nonne h̄ ē magis ieiuniū qđ elegi? Dis- solue colligatiōes impietatꝭ: solue fasciculos deꝑmētes. Dimitte eos q̇ ꝯfracti sūt liberos ⁊ oē onus dirūpe. Frange esurienti panē tuū ⁊ egenos vagosqꝫ induc i domū tuā. Cū vi- deris nudū operi eū. ⁊ carnē tuā ne despexeris. Tūc erūpet q̄si mane lumē tuū. ⁊ sanitas tua citi⁹ orietur. Et anteibit faciē tuā iusticia tua. ⁊ glia dn̄i colliget te. Tunc inuocabis ⁊ dn̄s exaudiet: clamabis. ⁊ dicet ecce adsū: q̇a mi- sericors sū dn̄s de⁹ tu⁹. Si abstuleris de medio tui cathenā ⁊ desieris extēdē digitū. ⁊ loq̇ qđ nō ꝓdest. Cū effuderis esurienti aīam tuā. ⁊ aīam

tuū de⁹ isr'l. Hec dicetis ad dños vr̄os. Ego
feci trā ⁊ hoies ⁊ iumēta q̄ sūt sup̄ faciē terre
in fortitudine mea magna. ⁊ i brachio meo
extēto. ⁊ dedi eā ei q̇ placuit i oculis meis. Et
nūc itaq₃ ego dedi omnes tras istas i manu

Micheas.

Vrias.

nabuchodonoſoꝛ regꝭ babylonis ſerui mei.
Inſuꝑ ⁊ beſtias agri dedi ei· ut ſuiāt illi. Et
ſeruiēt ei oēs gētes. ⁊ filio eius ⁊ filio filij eiꝰ
donec veniat tēpꝰ t̃re eiꝰ ⁊ ipſiꝰ. Et ſeruient ei
gētes multe ⁊ reges magni. Gens aūt ⁊ re-
gnū qđ non ſeruierit nabuchodonoſoꝛ regi
babylonis. ⁊ q̄cūq; nō curuauerit collū ſuū
ſub iugo regꝭ babylonis: in gladio ⁊ i fame ⁊
in peſte viſitabo ſuꝑ gentē illā ait dñs: donec
ꝯſumā eos i manu eiꝰ. Vos ḡ nolite audire
ꝓphas vr̃os ⁊ diuinos ⁊ ſomniatores ⁊ au-
gures ⁊ maleficos q̇ dicūt vobis· nō ſeruietꝭ
regi babylonis: q̇a mēdaciū ꝓphetāt vob̄ ut
longe faciāt vos de t̃ra veſtra: ⁊ eijciāt vos
⁊ pereatꝭ. Porro gens que ſubiecerit ceruicē
ſuā ſub iugo regis babylōis ⁊ ſeruierit ei· di-
mittā eā i t̃ra ſua dic̄ dñs: ⁊ colet eā ⁊ hita-
bit i ea. Et ad ſedechiā regē iuda· locutus ſū
ſc̄m oia verba h̄ dicēs: Subijcite colla vr̃a
ſub iugo regis babylonis: ⁊ ſeruite ei ⁊ pp̄lo
eius: ⁊ viuetꝭ. Quare moriemi tu ⁊ pp̄ls tuꝰ
gladio ⁊ fame ⁊ peſte: ſicut locutꝰ ē dñs ad
gentē q̄ ſeruire noluerit regi babylōis? No-
lite audire verba ꝓpharū dicētiū vobis· nō
ſeruietꝭ regi babylonis: q̇a mendaciū ipſi lo-
quūt̃ vobis. Quia nō miſi eos ait dñs: ⁊ ipſi
ꝓphant i noīe meo mēdacit̃· ut eijciant vos ⁊
pereatꝭ tā vos q̄ ꝓphe q̇ vaticināt̃ vobis. Et
ad ſacerdotes ⁊ ad pp̄lm iſtū locutus ſū di-
cēs. Hec dic̄ dñs. Nolite audire ṽba ꝓphe-
tarū veſtroꝝ q̇ ꝓphetāt vobis dicētes: ecce
vaſa dñi reuertēt̃ de babylōe nūccito. Men-
daciū. n. ꝓphetāt vob̄. Nolite ḡ audire eos:
ſ; ſeruite regi babylōis ut viuatꝭ. Quare dat̃
h̄ ciuitas i ſolitudinē? Et ſi ꝓphete ſūt. ⁊ eſt
verbum dñi i eis: occurrāt dño exercituū· ut
nō veniāt vaſa que derelicta fuerāt in domo
dñi ⁊ i domo regꝭ iuda ⁊ i irl̃m· in babylonē.
Quia h̄ dic̄ dñs exercituū ad colūnas ⁊ ad
mare ⁊ ad baſes ⁊ ad reliq̇ vaſoꝝ q̄ reman-
ſerūt i ciuitate hac: q̄ non tulit nabuchodo-
noſoꝛ rex babylonis cū trāſferret iechoniam
filiū ioachim regē iuda de irl̃m in babylonē
⁊ omnes optimates iuda ⁊ irl̃m. Quia hec
dicit dñs exercituū deus iſrl̄· ad vaſa que de-
relicta ſūt in domo dñi ⁊ i domo regis iuda
⁊ irl̃m. In babylonē transferentur: ⁊ ibi erūt
vſq; ad diē viſitatiōis ſue dic̄ dñs. Et afferri
faciā ea: ⁊ reſtitui in loco iſto. CXXVIII

Et factū ē in āno illo· i ꝑncipio regni
ſedechie regꝭ iuda· i anno q̄rto· i men
ſe q̇nto: dixit ad me ananias filiꝰ açur ꝓpha
de gabaon i domo dñi corā ſacerdotibꝰ ⁊ oī
pp̄lo dicēs. Hec dicit dñs exercituū deus iſrl̄
Cōtriui iugū regis babylonis. Adhuc duo
āni dieꝝ: ⁊ ego referri faciā ad locū iſtū oia
vaſa dñi que tulit nabuchodonoſoꝛ rex ba-
bylonis de loco iſto. ⁊ trāſtulit ea i babylo-
nē. Et iechoniā filiū ioachi regē iuda ⁊ oēm
trāſmigrationē iude q̇ ingreſſi ſūt i babylo-
nē ego cōuertā ad locū iſtū ait dñs. Conte-
rā. n. iugū regis babylonis. Et dixit hieremi-
as ꝓpha ad ananiā ꝓpham i oculis ſacer-
dotū ⁊ i oculis oīs pp̄li q̇ ſtabāt i domo dñi:
⁊ ait hieremias ꝓpha. Amē. Sic faciat dñs
Suſcitet dñs verba tua que ꝓphetaſti: ut re-
ferāt̃ vaſa i domū dñi. ⁊ oīs trāſmigratio de
babylone ad locū iſtū. Verūtn̄ audi ṽbū h̄
quod ego loquoꝛ i auribꝰ tuis: ⁊ in auribus
vniuerſi pp̄li. Prophe q̇ fuerūt ante me ⁊ an̄
te ab īitio. ⁊ ꝓphauer̄t ſuꝑ t̃ras mltas ⁊ ſuꝑ
regna mag̃ de ꝑlio ⁊ de afflictiōe ⁊ de fame:
ꝓpha q̇ vaticinatꝰ ē pacē: cū venerit ṽbū eiꝰ
tūc ſciet̃ ꝓpha quē miſit dñs i ṽitate. Et tu-
lit ananias ꝓpha cathenā de collo hieremie
ꝓphe: ⁊ ꝯfregit eā. Et ait ananias i ꝯſpectu
oīs pp̄li· dicēs. Hec dicit dñs. Sic cōfringā
iugū nabuchodonoſoꝛ regis babylōis poſt
duos ānos dieꝝ d̉ collo oīuꝫ gētiū. Et abijt
hieremias ꝓpha i viā ſuā. Et factū ē verbū
dñi ad hieremiā pꝰq̄ ꝯfregit ananias pro-
pheta cathenā de collo hieremie ꝓphe dicēs:
Vade: ⁊ dices ananie. Hec dicit dñs. Cathe-
nas ligneas contriuiſti. ⁊ facies ꝓ eis cathe-
nas ferreas: q̇a h̄ dic̄ dñs exercituū deꝰ iſrl̄.
Iugū ferreū poſui ſuꝑ collū cunctarū gentiū
iſtaꝝ: ut ſuiāt nabuchodonoſoꝛ regi babylo-
nis. ⁊ ſeruiēt ei: inſuꝑ ⁊ beſtias t̃re dedi ei. Et
dixit hieremias ꝓpha ad ananiam ꝓpham:
Audi anania. Nō miſit te dñs. ⁊ tu cōfidere
feciſti pp̄lm iſtū in mēdacio. Idcirco hec dicit
dñs. Ecce ego mittā te a facie t̃re. Hoc anno
morieris. Aduerſū. n. dñm locutꝰ es. Et moꝛ-
tuꝰ ē ananias ꝓpha i āno illo· mēſe ſeptimo.

Et hec ſūt verba libri CXXIX
que miſit hieremias ꝓpheta de irl̃m
ad reliq̇as ſenioꝝ trāſmigratiōis ⁊
ad ſacerdotes ⁊ ꝓphas ⁊ ad oēm pp̄lm quē
trāſduxerat nabuchodonoſoꝛ de irl̃m in ba-
bylonē: pꝰq̄ egreſſus ē iechonias rex ⁊ dña
⁊ eunuchi ⁊ ꝑncipes iuda ⁊ irl̃m. ⁊ faber ⁊ in-
cluſoꝛ de hieruſalē· i manu elaſa filij ſaphā

⁊ gamalie filij helchie quos misit sedechias rex iuda ad nabuchodonosor regē babylonis i babylonē dicens. Hec dicit dn̄s exercituū deus isrl': oi transmigratiōi quā trāstuli de irl'm ī babylonē. Edificate domos ⁊ habitate: ⁊ plātate hortos ⁊ comedite fructū eorū. Accipite vxores ⁊ gnāte filios ⁊ filias: ⁊ date filijs vr̄is vxores. ⁊ filias vr̄as date viris. ⁊ pariāt filios ⁊ filias ⁊ multiplicabimī ibi. ⁊ nolite eē pauci numero. ⁊ q̄rite pacē ciuitat; ad quā trāsmigr̄re vos feci. ⁊ orate ꝓ ea ad dn̄m: q̄a i pace illi⁹ erit pax vob. Hec dic̄ dn̄s exercituū de⁹ isrl'. Nō vos seducant ꝓphete vr̄i qui sūt i medio vr̄m. ⁊ diuini vr̄i. ⁊ ne attēdatis ad somnia vr̄a q̄ vos somniat; q̄a falso ipsi ꝓph̄ant vobis i noīe meo. ⁊ non misi eos dic̄ dn̄s. Quia h̄ dic̄ dn̄s. Cū cepe-rint ipleri i babylōe septuaginta āni: visitabo vos ⁊ suscitabo sup̱ vos verbum meū bonū: ut reducā vos ad locū istū. Ego .n. scio cogitatiōes quas cogito sup̱ vos dicit dn̄s. cogitationes pacis ⁊ nō afflictiōis: ut dem vobis finē ⁊ patiētiā: ⁊ inuocabitis me ⁊ viuetis. ⁊ orabitis me ⁊ ego exaudiā vos: queret; me ⁊ iuenieti;. Cū quesieri; me i toto corde vr̄o: iueniar a vob ait dn̄s. Et reducā captiuitatē vr̄am: ⁊ cōgregabo vos de vniuersis gentib⁹ ⁊ de cūctis locis ad que expuli vos dic̄ dn̄s. Et reuerti vos faciam de loco ad quē transmigrare vos feci: q̄a dixisti;. Suscitabit nobis dn̄s ꝓph̄as i babylone. Quia h̄ dicit dn̄s ad regē q̄ sedet sup̱ soliū dauid ⁊ ad oēm ppl'm habitatorē orbis h⁹: ad frēs vr̄os q̄ nō sūt egressi vobiscū i trāsmigrationē. Hec dic̄ dn̄s exercituū. Ecce mittā i eos gladiū ⁊ famē ⁊ pestē: ⁊ ponā eos q̄si ficus malas q̄ comedi non p̄nt eo ꝙ pessime sunt: ⁊ persequar eos i gladio ⁊ i fame ⁊ in pestilētia. Et dabo eos i vexationē vniuersis regnis t̄re: i maledictionē ⁊ i stuporem ⁊ i sibilū ⁊ in opprobriū cūctis gētib⁹ ad q̄s ego eieci eos: eo ꝙ nō audierint v̄ba mea dicit dn̄s: q̄ misi ad eos per s̄uos meos ꝓph̄as de nocte cōsurgēs ⁊ mittens: ⁊ nō audistis dicit dn̄s. Vos ḡ audite v̄bū dn̄i oīs trāsmiḡtio quā emisi de irl'm in babylonē. Hec dic̄ dn̄s exercituū de⁹ isrl' ad achab filiū chulie ⁊ ad sedechiā filiū maasie q̄ ꝓph̄ant vob i noīe meo mēdaciť. Ecce ego tradā eos i manu nabuchodonosor reg̃ babylonis: ⁊ ꝑcutiet eos i oculis vr̄is. Et assumeť ex eis maledictio omni trāsmig̃tioni iude q̄ est in babylone dicētiū. Ponat te dn̄s sicut sedechiā ⁊ sicut achab q̄s frixit rex babylonis i igne: ꝓ eo ꝙ fecerint stulticiā in isrl' ⁊ mechati sūt i vxores amicoꝝ suoꝝ: ⁊ locuti sūt verbū i noīe meo mendaciť: qḋ non mandaui eis. Ego sū iudex ⁊ testis dicit dn̄s. Et ad semeiā neelamiten dicēs. Hec dic̄ dn̄s exercituū deus isrl'. Pro eo ꝙ misisti in nomine meo libros ad oēm ppl'm q̄ ē in irl'm ⁊ ad sophoniā filiū maasie sacerdotem ⁊ ad vniuersos sacerdotes dicēs: dn̄s dedit te sacerdotē ꝓ ioiade sacerdote ut sis dux i domo dn̄i sup̱ omnē virū arrepticiū ⁊ ꝓph̄etantē ut mittas eū i neruū ⁊ i carcerē. Et nūc quare nō increpasti hieremiā anathotiten q̄ ꝓph̄at vobis? Quia sup̱ h̄ misit i babylonē ad nos dicens: Longū ē: edificate domos ⁊ habitate ⁊ plantate hortos ⁊ comedite fructus eoꝝ. Legit ḡ sophonias sacerdos libꝝ istū: i aurib⁹ hieremie ꝓph̄e. Et factū ē v̄bū dn̄i ad hieremiam dicēs. Mitte ad oēm trāsmigrationē dicēs: Hec dic̄ dn̄s ad semeiam neelamiten. Pro eo ꝙ ꝓph̄auit vob semeias ⁊ ego non misi eū: ⁊ fecit vos ꝯfidere i mēdacio: idcirco h̄ dicit dn̄s. Ecce ego visitabo sup̱ semeiā neelamiten ⁊ sup̱ semen eius. Nō erit ei vir sedens in medio ppl'i hui⁹: ⁊ nō videbit bonū quod ego faciā pp'lo meo ait dn̄s: q̄a p̄uaricationē locutus est aduersus dn̄m.

CXXX

Hoc verbū qḋ factū ē ad hieremiam a dn̄o dicēs. Hec dic̄ dn̄s de⁹ isrl' dicens. Scribe tibi oīa v̄ba q̄ locutus sū ad te i libro. Ecce .n. dies veniūt dic̄ dn̄s ⁊ cōuertā cōuersionē ppl'i mei isrl' ⁊ iuda ait dn̄s. ⁊ ꝯuertā eos ad t̄rā quā dedi p̄rib⁹ eorū ⁊ possidebunt eā. Et h̄ verba q̄ locut⁹ est dn̄s ad isrl' ⁊ ad iudā. Quī h̄ dic̄ dn̄s: Vocē terroris audiuim⁹: formido. ⁊ nō ē pax. Interrogate ⁊ videte si generat masculus. Quare ḡ vidi oīs viri manū sup̱ lumbū suū q̄si parturientis: ⁊ cōuerse sūt vniuerse facies i auruginē? Ve q̄a magna dies illa: nec ē similis ei⁹: tēpusq; tribulatiōis ē iacob. ⁊ ex ipso saluabiť. Et erit in die illa ait dn̄s exercituū ꝯterā iugū ei⁹ de collo tuo: ⁊ vincula ei⁹ dirumpā. Et non dn̄abūť ei āpli⁹ alieni: s̄ seruiēt dn̄o deo suo: ⁊ dauid regi suo quē suscitabo eis. Tu ḡ ne timeas s̄ue me⁹ iacob ait dn̄s: neq; paueas isrl': q̄a ecce ego saluabo te de t̄ra longinq̄. ⁊ semen tuū de t̄ra captiuitatis eoꝝ. Et reuerteť iacob ⁊ q̄escet. ⁊ cūctis affluet bonis

⁊ nō erit quē formidet: qm̄ tecū ego sum ait dn̄s ut saluē te. Faciā.n. ꝯsūmationē in cunctis gētibꝰ in qbꝰ dispsi te. te aūt non faciā in cōsūmationē: ꝫ castigabo te ī iudicio ut non tibi videaris īnoxiꝰ: qa h̄ dic̄ dn̄s. Insanabilis fractura tua: pessima plaga tua. Non est q̇ iudicet iudiciū tuū: ad alligandā curationē tuā. vtilitas nō ē tibi. Oēs amatores tui obliti sūt tui. teqꝫ nō querēt. Plaga.n. inimici ꝑcussi te: castigatione crudeli. Propter multitudinē iniq̇tatꝫ tue dura facta sūt pctā tua. Quid clamas sup contritioē tua? Insanabilis est dolor tuꝰ. Propt̄ multitudinē iniq̇tatꝫ tue ⁊ ꝓpter dura pctā tua feci hec tibi. Propterea oēs q̇ comedūt te deuorabunt̄. ⁊ vniuersi hostes tui in captiuitatē ducent̄. Et oēs q̇ te vastāt. vastabūt̄. cūctosqꝫ p̄datores tuos dabo ī p̄dā. Obducā.n. cicatricē tibi. ⁊ a vulneribꝰ tuis sanabo te dic̄ dn̄s. Quia eiectā vocauerūt te syon. hec est q̄ non habebat req̇rentē. Hec dicit dn̄s. Ecce ego conuertā cōuersionē tabernaculoꝝ iacob. ⁊ tectis eiꝰ miserebor. Et edificabit̄ ciuitas ī excelso suo ⁊ templū iuxta ordinē suū fūdabit̄. Et egredien̄t de eis laus. vocꝫqꝫ ludentiū. ⁊ multiplicabo eos ⁊ non minuent̄. ⁊ glorificabo eos ⁊ nō attenuabūt̄. ⁊ erūt filij eius sicut a principio. ⁊ cetus eius corā me ꝑmanebit. Et visitabo aduersū oēs q̇ tribulant eū. ⁊ erit dux eius ex eo. ⁊ p̄nceps de medio eius ꝓducet̄. Et applicabo eū. ⁊ accedet ad me. Quis enī iste est: q̇ applicet cor suū ut appropinq̄t mihi ait dn̄s. Et eritꝫ mihi ī ꝑplm̄. ⁊ ego ero vobis in deū. Ecce turbo dn̄i furor egrediens: ꝓcella ruens in capite impioꝝ conquiescet. Nō auertet irā indignatiōis dn̄s: donec faciat ⁊ cōpleat cogitationē cordis sui. In nouissimo dierū intelligetis ea.

CXXXI

In tp̄e illo dicit dn̄s. ero deꝰ vniuersis cognatiōibꝰ isrl̄. ⁊ ipsi erūt mihi in ꝑplm̄. Hec dicit dominꝰ. Inuenit gratiam in deserto populꝰ q̇ remanserat gladio. Vadet ad requiē suā isrl̄. Longe dn̄s apparuit mihi. Et ī caritate perpetua dilexi te: iō attraxi te miserans. Rursūqꝫ edificabo te. ⁊ edificaberis virgo isrl̄. Adhuc ornaberis tympanis tuis ⁊ egredieris ī choro ludētiū. Adhuc plātabis vineas ī mōtibꝰ samarie. Plantabūt plātantes. ⁊ donec tempꝰ veniat non vindemiabūt: q̇a erit dies ī qua clamabūt custodes ī monte effraim. Surgite ⁊ ascēdamꝰ ī syon ad dominū deū nostrū: q̇a h̄ dicit dn̄s: Exultate in leticia iacob. ⁊ hinnite ꝯtra caput gentiū: ꝑsonate ⁊ canite ⁊ dicite. Salua dn̄e populū tuū reliquias isrl̄. Ecce ego adducam eos de terra aq̇lonis. ⁊ cōgregabo eos ab extremis t̄re: int̄ q̄s erūt cecus ⁊ claudus ⁊ pregnās ⁊ pariens simul. cetꝰ magnus reuertentiū huc. In fletu veniēt. ⁊ in mīa reducā eos. Et adducā eos ꝑ torrētes aquaꝝ ī via recta. ⁊ non impingent in ea: q̇a factus sū israheli pater: ⁊ effraim primogenitus meꝰ ē. Audite v̄bū dn̄i gentes. ⁊ ānūciate ī insulis q̄ ꝓcul sūt. ⁊ dicite. Qui dispsit isrl̄ congregabit eū. ⁊ custodiet eū sic̄ pastor gregem suū. Redimet.n. dominus iacob. ⁊ liberabit eum de manu potentioris. Et veniēt ⁊ laudabūt ī mōte syon: ⁊ confluent ad bona dn̄i sup frumento. vino ⁊ oleo ⁊ fetu pecoꝝ ⁊ armentoꝝ: eritqꝫ aīa eoꝝ q̄si hortus irriguus. ⁊ vltra nō esuriēt. Tunc letabit̄ virgo in choro. iuuenes ⁊ senes sil̄. Et ꝯuertā luctū eoꝝ ī gaudiū. ⁊ consolabor eos. ⁊ letificabo a dolore suo. Et inebriabo aīam sacerdotū pinguedine. ⁊ populus meus bonis adimplebit̄ ait dn̄s. Hec dicit dn̄s. Vox ī excelso audita ē. lamentatiōis luctus ⁊ fletus. rachel plorantꝫ filios suos. ⁊ nolentis consolari sup eis. q̇a nō sūt. Hec dic̄ dn̄s. Quiescat vox tua a ploratu ⁊ oculi tui a lachrymis: q̇a ē merces operi tuo ait dn̄s. Et reuertēt̄ de t̄ra īimici. ⁊ ē spes nouissimis tuis ait dn̄s. ⁊ reuertēt̄ filij tui ad terminos suos. Audiēs audiui effraim transmigrātē. Castigasti me dn̄e. ⁊ eruditꝰ sū q̄si iuuenculꝰ indomitus. Conuerte me ⁊ conuertar: quia tu dn̄s deus meus. Postq̄ enī cōuertisti me egi penitentiā. ⁊ postq̄ ostēdisti mihi. percussi femur meū. Confusus sū ⁊ erubui: quoniā sustinui opprobriū adolescentie mee. Si filiꝰ honorabilis mihi effraim: si puer delicatus: q̇a ex quo locutꝰ sū de eo. adhuc recordabor eius. Idcirco cōturbata sūt viscera mea sup eū: miserās miserebor eius ait dn̄s. Statue tibi speculā. pone tibi amaritudines. Dirige cor tuū ī viā rectā. in q̄ ābulasti. Reuertere virgo isrl̄: reuertere ad ciuitates tuas istas. Vsqꝫ q̄ delitijs dissolueris filia vaga? Quia creauit dn̄s nouū sup t̄rā: femīa circūdabit virū. Hec dic̄ dn̄s exercituū deꝰ isrl̄. Adhuc dicēt v̄bū istud in terra iuda ⁊ in vrbibꝰ eius cū cōuertero captiuitatem eoꝝ. Benedicat tibi dn̄s pulchritudo iusticie: mons sanctꝰ.

Et habitabūt in eo iudas ⁊ oēs ciuitates eiꝰ sil̄ agricole ⁊ minantes greges: q̇a inebriaui aiam lassam. ⁊ oēm aiam esurientē saturaui. Jō q̄si de somno suscitatꝰ sū ⁊ vidi. ⁊ somnus meꝰ dulcis mihi. Ecce dies veniūt dic̄ dn̄s: ⁊ seminabo domū isrl̄ ⁊ domum iuda semine hoīuȝ ⁊ semine iumētorū. Et sicut vigilaui suꝑ eos ut euellerē ⁊ demolirer ⁊ dissiparē ⁊ dispderē ⁊ affligerē: sic vigilabo super eos ut edificē ⁊ plantē ait dn̄s. In diebꝰ illis nō dicent vltra: p̄res comederūt vuam acerbā ⁊ dentes filioꝝ obstupuerūt. ſ; vnusq̄sq; in iniq̇tate sua morietᷣ. Ois hō q̇ comederit vuam acerbā. obstupescēt dentes eiꝰ. Ecce dies veniēt dic̄ dn̄s. ⁊ feriā domui isrl̄ ⁊ domui iuda fedus nouū: Nō ſm pactū qḋ pepigi cū patribꝰ vr̄is in die q̄ apprehendi manū eorū ut educerē eos de t̄ra egypti. pactū qḋ irritū fecerūt. ⁊ ego dn̄atus sū eoꝝ dicit dn̄s: ſ; h̄ erit pactū qḋ feriā cū domo isrl̄. Post dies illos dic̄ dn̄s. dabo legē meā in viscoribꝰ eorū. ⁊ in corde eoꝝ scribā eā. ⁊ ero eis i deū. ⁊ ipsi erūt mihi in ꝑplm. Et nō docebit vltra vir ꝓximū suū: ⁊ vir fratrem suū dicens: cognosce dn̄m Oēs. n. cognoscēt me a minimo eoꝝ vsq; ad maximū ait dn̄s: q̇a ꝓpitiabor iniq̇tati eoꝝ ⁊ pcti eoꝝ nō memorabor ampliꝰ. Hec dicit dn̄s q̇ dat solem i lumine diei. ordinē lune ⁊ stellaꝝ in luīe noct̄. q̇ turbat mare ⁊ sonant fluctꝰ eiꝰ: dn̄s exercituū nomē illi: Si defecerint leges iste corā me dic̄ dn̄s: tunc ⁊ semen isrl̄ deficiet ut nō sit gens corā me cūct̄ diebꝰ Hec dic̄ dn̄s. Si mensurari poterūt celi sursū ⁊ inuestigari fūdamēta t̄re deorsū. ⁊ ego abijciā vniuersū semē isrl̄ ꝓpt̄ oīa q̄ fecerūt dic̄ dn̄s. Ecce dies venient dic̄ dn̄s. ⁊ edificabitᷣ ciuitas dn̄o a turre ananehel vsq; ad portam anguli. Et exibit vltra normā mēsure i ꝓspectu eiꝰ suꝑ collē gareb. ⁊ circuibit goatha ⁊ oēm vallē cadauerū ⁊ cineres ⁊ vniuersam regionē mort̄. vsq; ad torrentē cedron ⁊ vsq; ad angulū porte equorū orientalis. Sanctū dn̄i nō euelletᷣ. ⁊ nō destruetᷣ vltra in ꝑpetuū.

CXXXII

Verbū qḋ factū ē ad hieremiā a dn̄o i anno decimo sedechie regis iuda: ipse ē ānꝰ octauusdecimꝰ nabuchodonosor. Tūc exercitꝰ regis babylonis obsidebat irl̄m. ⁊ hieremias ꝓpheta erat clausus i atrio carcerī q̇ erat i domo regī iuda. Clauserat. n. eū sedechias rex iuda. dicēs. Quare vaticinarī dicēs h̄ dic̄ dn̄s. ecce ego dabo ciuitatē istā i manꝰ regis babylonis ⁊ capiet eā. ⁊ sedechias rex iuda nō effugiet de manu chaldeoꝝ ſ; tradetᷣ i manꝰ regī babylonis. ⁊ loquetᷣ os eiꝰ cū ore illiꝰ. ⁊ oculi eiꝰ oculos illiꝰ videbūt. ⁊ in babylonē ducet sedechiā ⁊ ibi erit donec visitē eū ait dn̄s: si aūt dimicaueritis aduersū chaldeos. nihil ꝓsꝑū habebitis? Et dixit hieremias. Factū ē verbū dn̄i ad me dicens. Ecce ananehel filius sellū patruelis tuus veniet ad te dicēs: Eme tibi agrū meū q̇ est in anathot. Tibi. n. cōpetit ex ꝓpiq̇tate ut emas. Et venit ad me ananehel filius patrui mei ſm verbum dn̄i ad vestibulū carceris. ⁊ ait ad me: Posside agrū meū q̇ ē in anathot in t̄ra beniamin: q̇a tibi cōpetit h̄editas ⁊ tu ꝓpinquꝰ es ut possideas. Intellexi aūt ꝙ verbū dn̄i eēt. Et emi agrū ab ananehel filio patrui mei qui est in anathot. Et appendi ei argētū septē stateres ⁊ decem argenteos. ⁊ scripsi i libro ⁊ signaui ⁊ adhibui testes. Et appēdi argētū in statera ⁊ accepi libꝝ possessiōis signatū ⁊ stipulationes ⁊ rata ⁊ signa forinsecus. Et dedi librum possessiōis baruch filio neri filij maasie i oculis ananehel patruelis mei ⁊ in oculis testiū qui scripti erant i libro emptiōis. ⁊ in oculis oīuȝ iudeoꝝ q̇ sedebant in atrio carceris. Et p̄cepi baruch corā eis dicēs: Hec dicit dn̄s exercituū deus isrl̄. Sume libros istos: libꝝ emptionis hūc signatū. ⁊ librū hūc q̇ apertꝰ ē. ⁊ pones illos i vase fictili ut ꝑmanere possint diebus multis. Hec. n. dic̄ dn̄s exercituū deus isrl̄. Adhuc possidebuntᷣ domꝰ ⁊ agri ⁊ vinee i t̄ra ista. Et oraui ad dn̄m pꝰ ꝙ̄ tradidi libꝝ possessionis baruch filio neri dicens: Heu heu heu dn̄e deus. Ecce tu fecisti celū ⁊ terrā in fortitudine tua magna. ⁊ in brachio tuo extento. Non erit tibi difficile oē verbum qui facis m̄iam in milibꝰ. ⁊ reddis iniquitatē patrū in sinū filiorū eoꝝ post eos. Fortissime magne ⁊ potens. dn̄s exercituū nomen tibi: magnꝰ cōsilio. ⁊ incomprehēsibilis cogitatu: cuiꝰ oculi aperti sūt suꝑ oēs vias filiorū adā ut reddas vnicuiq; ſm vias suas. ⁊ ſm fructum adinuētionū eius. Qui posuisti signa ⁊ portenta in terra egypti vsq; ad diē hanc. ⁊ i isrl̄ ⁊ i hoībꝰ. ⁊ tibi fecisti nomē. sicut ē dies h̄. Et eduxisti populū tuū isrl̄ de t̄ra egypti i signis ⁊ portentis. ⁊ i manu robusta ⁊ i brachio extēto ⁊ in terrore magno. ⁊ dedisti eis terrā hanc quā iurasti patribꝰ eorū ut dares

eis terrā fluentē lacte ⁊ melle. ⁊ ingressi sūt ⁊ possederūt eā. Et nō obedierūt voci tue. ⁊ ĩ lege tua nō ambulauerūt: oīa que mādasti eis ut facerent nō fecerūt. ⁊ euenerūt eis oīa mala hec. Ecce munitiones extructe sūt aduersū ciuitatē ut capiat. ⁊ vrbs data ē ĩ manus chaldeoꝝ ⁊ ĩ man⁹ regis babylonis qui preliāt aduersus eā a facie gladij ⁊ famis ⁊ pestilentie. ⁊ quecūq; locutus es acciderūt ut tu ipse cernis. Et tu dicis mihi dñe deus eme agrū argento ⁊ adhibe testes: cū vrbs data sit ĩ man⁹ chaldeoꝝ. Et factū ē verbū dñi ad hieremiā dicens: Ecce ego dñs de⁹ vniuerse carnis. Nūqd mihi difficile erit oē verbū? Propterea hec dicit dñs. Ecce ego tradā ciuitatē istā ĩ manus chaldeoꝝ ⁊ ĩ manus reg̃ babylonis ⁊ capient eam. ⁊ veniēt chaldei preliātes aduersū vrbem hanc. ⁊ succendent eā igni ⁊ cōburēt eā. ⁊ domos ĩ quaꝝ domatibus sacrificabant baal ⁊ libabāt dijs alienis libamīa ad irritādū me. Erāt. n. filij isrl' ⁊ filij iuda iugit faciētes malū ĩ oculis meis ab adolescētia sua: filij isrl' qui vsq; nunc exacerbāt me ĩ ope manuū suaꝝ dicit dñs: qa in furore ⁊ ĩ indignatione mea facta ē mihi ciuitas h̃ a die q̃ edificauerūt eā vsq; ad diē istā qua auferet de ɔspectu meo ꝓpter maliciam filioꝝ isrl' ⁊ filioꝝ iuda quā fecerunt ad iracūdiā me ꝓuocantes. ipsi ⁊ reges eorū ⁊ p̃ncipes eoꝝ ⁊ sacerdotes ⁊ ꝓphe eorū viri iuda ⁊ habitatores irl'm. Et verterūt ad me terga ⁊ nō facies: cū docerē eos ⁊ erudirem diluculo. ⁊ nollēt audire ut acciperent disciplinā. Et posuerūt idola sua ĩ domo ĩ q̃ inuocatū est nomē meū ut polluerēt eā. ⁊ edificauerūt excelsa baal q̃ sūt ĩ valle filij ennon ut ĩitiarēt filios suos ⁊ filias suas moloch: qd̃ nō mādaui eis. nec ascēdit in cor meū ut facerēt abbominationē hanc. ⁊ ĩ pctm̃ deducerent iudā. Et nūc ꝓpt̃ ista hec dicit dñs de⁹ isrl' ad ciuitatē hāc. de q̃ vos dicit; q tradat ĩ man⁹ reg̃ babylonis in gladio ⁊ ĩ fame ⁊ in peste. Ecce ego cōgregabo eos de vniuersis t̃ris ad q̃s eieci eos ĩ furore meo ⁊ ĩ ira mea ⁊ in indignatiōe grādi. ⁊ reducā eos ad locū istū ⁊ habitare eos faciā ɔfident. ⁊ erūt mihi in ꝓpl'm ⁊ ego ero eis in deū. Et dabo eis cor vnū ⁊ viā vnā ut timeāt me vniuersis dieb⁹ ⁊ bñ sit eis ⁊ filijs eoꝝ p⁹ eos. Et feriam eis pactū sempit̃nū. ⁊ nō desinā eis bñfacere. ⁊ timorem meū dabo in corde eoꝝ ut nō recedant a me. ⁊ letabor sup eis cū bñ eis fecero Et plantabo eos ĩ t̃ra ista ĩ ṽitate ĩ toto corde meo ⁊ ĩ tota aīa mea: qa h̃ dicit dñs. Sic adduxi super populū istū oē malū hoc grāde: sic adducam sup eos oē bonū qd̃ ego loquor ad eos. Et possidebūt agri ĩ t̃ra ista de q̃ vos dicit; q deserta sit. eo q nō remāserit homo ⁊ iumentū. ⁊ data sit ĩ man⁹ chaldeoꝝ. Agri ement pecunia. ⁊ scribent in libro. ⁊ imp̃met signū. ⁊ testis adhibebit: in t̃ra beniamin ⁊ ĩ circuitu irl'm. in ciuitatib⁹ iuda ⁊ ĩ ciuitatib⁹ mōtanis ⁊ ĩ ciuitatib⁹ cāpestrib⁹ ⁊ in ciuitatibus q̃ ad austrū sūt: qa cōuertā captiuitatē eorū ait dñs.

CXXXIII

Et factū ē verbū dñi ad hieremiā secūdo. cū adhuc clausus esset in atrio carcer̃ dicēs. Hec dicit dñs q̃ facturus ē ⁊ formatur⁹ illud ⁊ paratur⁹: dñs nomē ei⁹. Clama ad me ⁊ exaudiā te. ⁊ ānūciabo tibi grādia ⁊ firma q̃ nescis. Quia h̃ dic̃ dñs de⁹ isrl' ad domos vrbis h⁹ ⁊ ad domos regis iuda q̃ destructe sunt. ⁊ ad munitiōes ⁊ ad gladiū venietiū ut dimicēt cū chaldeis ⁊ impleāt eas cadauerib⁹ hoīuz q̃s ꝑcussi ĩ furore meo ⁊ ĩ indignatiōe mea: abscondēs faciē meā a ciuitate hac ꝓpt̃ oēm malitiā eoꝝ. Ecce ego obducam eis cicatricē ⁊ sanitatem ⁊ curabo eos. ⁊ reuelabo eis deprecationē pacis ⁊ veritatis. Et cōuertam conuersionē iuda ⁊ conuersionē irl'm. ⁊ edificabo eos sicut a p̃ncipio. ⁊ emūdabo illos ab oī iniq̃tate sua in qua peccauerūt mihi. ⁊ ꝓpitius ero cunctis iniq̃tatib⁹ eoꝝ in quib⁹ deliquerūt mihi ⁊ spreuerūt me. Et erit mihi in nomen ⁊ in gaudiū ⁊ in laudē ⁊ in exultationē cūct; gentib⁹ terre q̃ audierint oīa bona q̃ ego factur⁹ sū eis. ⁊ pauebūt ⁊ turbabūt ĩ vniuersis locis. ⁊ in oī pace quā ego faciā eis. Hec dic̃ dñs. Adhuc audiet in loco isto quē vos dicitis eē desertū eo q nō sit hō nec iumentū in ciuitatib⁹ iuda ⁊ foris irl'm q̃ desolate sūt absq; hoīe ⁊ absq; h̃itatore ⁊ absq; pecore: vox gaudij ⁊ vox leticie: vox sponsi ⁊ vox sponse. vox dicētiū: ɔfitemini dño exercituū qm̃ bon⁹ dñs: qm̃ in et̃nū mīa ei⁹. ⁊ portantiū vota in domo dñi. Reducā. n. conuersionem t̃re sicut a principio dicit dñs. Hec dicit dñs exercituū. Adhuc erit in loco isto deserto absq; hoīe ⁊ absq; iumēto ⁊ ĩ cunct; ciuitatib⁹ eius: habitaculū pastoꝝ ⁊ accubātiū gregū in ciuitatib⁹ montosis ⁊ in ciuitatib⁹

campestribꝰ. ⁊ in ciuitatibus que ad austrū sunt ⁊ in terra beniamin ⁊ in circuitu ierl'm ⁊ in ciuitatibus iuda adhuc transibūt greges ad manū numerātꝫ ait dn̄s. Ecce dies veniēt dic dn̄s. ⁊ suscitabo ꝟbū bonū qđ locutꝰ sū ad domū isrl' ⁊ ad domū iuda. In diebus illis ⁊ ī tpe illo germinare faciā dauid germē iusticie. ⁊ faciet iudiciū ⁊ iusticiā in terra. In diebꝰ illis saluabit iuda. ⁊ isrl' habitabit cō fidenť. Et hoc ē nomē qđ vocabūt eū: dn̄s iustꝰ noster. Quia h̄ dicit dn̄s. Nō interibit de dauid vir q̇ sedeat sup thronū domꝰ isrl'. ⁊ de sacerdotibꝰ ⁊ de leuitis nō interibit vir a facie mea q̇ offerat holocaustomata ⁊ incendat sacrificiū ⁊ cedat victimas omnibꝰ diebꝰ. ¶ Et factū ē ꝟbū dn̄i ad hieremiā dicens. Hec dicit dn̄s. Si irritū pōt fieri pactū meū cum die. ⁊ pactū meū cum nocte ut non sit dies ⁊ nox in tpe suo. ⁊ pactū meū irritū esse poterit cū dauid seruo meo ut non sit ex eo filiꝰ q̇ regnet in throno eiꝰ. ⁊ leuite ⁊ sacerdotes ministri mei. Sicut enumerari nō p̄nt stelle celi ⁊ metiri harene marꝭ: sic multiplicabo semen dauid serui mei. ⁊ leuitas mīstros meos. Et factū ē ꝟbū dn̄i ad hieremiā dicens: Nūqd nō vidisti q̇d ꝑpl's h̄ locutꝰ sit dicēs: due cognationes quas elegerat dn̄s abiecte sūt. ⁊ ꝑpl'm meū despexerūt eo ꝙ non sit vltra gens corā eis? Hec dicit dn̄s. Si pactū meū inter diem ⁊ noctē. ⁊ leges celo ⁊ terre nō posui: equidē ⁊ semen iacob ⁊ dauid serui mei ꝓijciā: ut nō assumā de semine eiꝰ p̄ncipes seminis abrahā ysaac ⁊ iacob. Reducā. n. cōuersionē eorū ⁊ miserebor eis. C. XXXIIII

Verbum quod factum est ad hieremiam a dn̄o: qn̄ nabuchodonosor rex babylonis ⁊ oīs exercitus eius vniuersaꝗ regna terre q̄ erant sub potestate manꝰ eiꝰ. ⁊ oēs ꝑpl'i bellabant ꝯ ierl'm ⁊ ꝯ oēs vrbes eiꝰ dicēs. Hec dicit dn̄s deꝰ isrl'. Uade ⁊ loquere ad sedechiā regē iuda. ⁊ dices ad eū. Hec dic dn̄s. Ecce ego tradā ciuitatē hāc in manꝰ regis babylonis. ⁊ succēdet eā igni. Et tu nō effugies de manu eiꝰ. ꝫ cōprehēsiōe capieris. ⁊ i manu eiꝰ tradērꝭ. ⁊ oculi tui oculos regis babylonis videbūt. ⁊ os eiꝰ cū ore tuo loqueť. ⁊ babylonē introibis. Attamen audi ꝟbū dn̄i sedechia rex iuda. Hec dic dominus ad te. Nō morieris in gladio ꝫ i pace morieris. ⁊ ꝯm cōbustiones patꝝ tuoꝝ regū prioꝝ qui fuerūt ante te sic cōburent te. ⁊ ve dn̄e plangēt te: q̇a verbū h̄ ego locutus sum dicit dn̄s. ¶ Et locutꝰ ē hieremias ꝓpħa ad sedechiā regē iuda vniuersa verba h̄ in ierl'm. ⁊ exercitꝰ regis babylonis pugnabat ꝯ ierl'm. ⁊ ꝯ oēs ciuitates iuda q̄ relique erāt ꝯ lachis ⁊ ꝯ azecha. He eni superāt de ciuitatibus iuda vrbes munite. Uerbū qđ factū ē ad hieremiam a dn̄o: postꝗ̄ ꝑcussit rex sedechias fedus cū oi ꝑpl'o i ierl'm. p̄dicans ut dimitteret vnusq̇sꝗ seruū suū ⁊ vnusq̇sꝗ ācillā suā hebreū ⁊ hebreā liberos. ⁊ neq̇ꝗ̄ dn̄areť eis id est i iudeo ⁊ frē suo. Audierunt ꝰ oēs p̄ncipes ⁊ vniuersus ꝑpl'us qui inierāt pactū ut dimitteret vnusq̇sꝗ seruū suū ⁊ ācillā suā liberos ⁊ vltra nō dn̄areť eis. Audierūt igiť. ⁊ dimiserūt. Et cōuersi sūt deinceps ⁊ retraxerūt seruos suos ⁊ ancillas suas quos dimiserūt liberos. ⁊ subiugauerūt in famulos ⁊ famulas. ¶ Et factū ē ꝟbū ad hieremiā a dn̄o dicēs Hec dicit dn̄s deus isrl'. Ego ꝑcussi fedus cū patribꝰ vr̄is: in die q̄ eduxi eos de ťra egypti de domo seruitutis dicēs. Cū cōpleti fuerint septē anni dimittat vnusq̇sꝗ fratrē suū hebreū q̇ venditꝰ ē ei. ⁊ seruiet tibi sex annis. ⁊ dimittes eū a te liberū. Et nō audierūt p̄res vr̄i me: nec inclinauerūt aurē suā. Et cōuersi estis vos hodie ⁊ fecistis qđ rectū ē i oculis meis: ut p̄dicaretis libertatē vnusq̇sꝗ ad amicū suū. ⁊ inistis pactū i ꝯspectu meo i domo i q̄ inuocatū ē nomē meū sup eā. Et reuersi estis ⁊ cōmaculastis nomen meū. ⁊ reduxistꝭ vnusq̇sꝗ seruū suū ⁊ vnusq̇sꝗ ancillā suam: q̄s dimiseratꝭ ut eēnt liberi ⁊ sue ptātꝭ. ⁊ subiugastis eos ut sint vob̄ serui ⁊ ancille. ¶ Propterea h̄ dic dn̄s. Uos nō audistꝭ me ut p̄dicaretꝭ libtatē vnusq̇sꝗ fri suo ⁊ vnꝰq̇sꝗ amico suo. Ecce ego p̄dico libtatē ait dn̄s ad gladiū ad pestem ⁊ ad famē. ⁊ dabo vos i cōmotionē cūctꝭ regnis ťre. Et dabo viros q̇ p̄uaricāť fedꝰ meū. ⁊ nō obſuauerūt ꝟba federꝭ q̇bꝰ assensi sūt i ꝯspectu meo vitulū quē conciderūt i duas ptes. ⁊ trāsierūt inť diuisiōes eius. p̄ncipes iuda ⁊ p̄ncipes ierl'm eunuchi ⁊ sacerdotes ⁊ oīs ꝑpl's ťre q̇ trāsierūt inť diuisiōes vituli. ⁊ dabo eos i manꝰ iimicoꝝ suoꝝ ⁊ i manꝰ querētiū aīam eoꝝ. ⁊ erit morticinū eoꝝ in escam volatilibꝰ celi ⁊ bestijs terre. Et sedechiam regē iuda ⁊ p̄ncipes eius dabo i manꝰ inimicoꝝ suoꝝ. ⁊ in manus querentiū animas eorum. ⁊ in manus exercituū regis babylonis qui recesserūt a vobis. Ecce ego

p̄cipio dicit dñs. ⁊ reducā eos i ciuitatē hāc ⁊ preliabūť aduersū eā. ⁊ capient eā ⁊ incendent igni. Et ciuitates iuda dabo in solitudinem: eo ꝙ non sit habitator.

CXXXV

Verbū qḋ factū est ad hieremiā a domino in diebus ioachim filij iosie regis iuda dicens: Uade ad domū rechabitaꝝ ⁊ loquere eis. ⁊ introduces eos in domū dñi i vnā exedrā thesaurorū. ⁊ dabis eis bibē vinū. Et assūpsi ieçoniā filiū hieremie filij absame ⁊ frēs ei⁹ ⁊ omnes filios ei⁹ ⁊ vniuersam domū rechabitarū. ⁊ introduxi eos i domū dñi ad gaçophylatiū filioꝝ anan filij ieçedelie hoīs dei qḋ erat iuxͣ gaçophylatiū p̄ncipū sup̲ thesaurū maasie filij sellum q̄ erat custos vestibuli. Et posui corā filijs dom⁹ rechabitaꝝ cyphos plenos vino ⁊ calices. ⁊ dixi ad eos: Bibite vinū. Qui rñderūt: Non bibem⁹ vinū: q̄a ionadab filius rechab pater nr̄ p̄cepit nobis dicēs: Non bibetꝫ vinū vos ⁊ filij vr̄i vsq̄ in sempiťnū. Et domū nō edificabitis. ⁊ semētē nō seretis. ⁊ vineas nō plantabitis nec habebitis: s̄ i tabernaculis habitabitis cunctꝭ dieb⁹ vr̄is. ut viuatis dieb⁹ multis sup̲ faciē ťre i q̄ vos peregrinami. Obediuim⁹ ğ voci ionadab filij rechab p̄ris nr̄i i oīb⁹ q̄ p̄cepit nobis: ita ut nō biberem⁹ vinū cunctꝭ dieb⁹ nr̄is nos ⁊ mulieres nr̄e filij ⁊ filie nr̄e. ⁊ nō edificaremus domos ad h̄itandū. ⁊ vineā ⁊ agꝝ ⁊ semētē nō habuim⁹: s̄ habitauim⁹ i tabernaculis ⁊ obediētes fuim⁹ iuxta oīa q̄ p̄cepit nobis ionadab pať nr̄. Cū aūt ascendisset nabuchodonosor rex babylonis ad ťrā nr̄am. diximus: Uenite ⁊ ingrediamur hierusalē a facie exercitus chaldeoꝝ ⁊ a facie exercit⁹ syrie. ⁊ mansim⁹ i ir̄lm. Et factū ē v̄bū dñi ad hieremiam dicēs. Hec diċ dñs exercituū de⁹ isrl̄. Uade ⁊ diċ viris iuda ⁊ habitatorib⁹ ir̄lm. Nunq̇d nō recipietꝭ disciplinā ut obediatꝭ v̄bis meis dicit dñs? Preualuerūt sermones ionadab filij rechab q̄s p̄cepit filijs suis ut non biberent vinū. ⁊ nō biberūt vsq̄ ad diē hanc: q̄a obedierūt p̄cepto p̄ris sui. Ego autē locut⁹ sū ad vos de mane consurgēs ⁊ loquēs. ⁊ nō obedistis m̄. Misiq̄ ad vos oēs seruos meos p̄ph̄as ꝯsurgēs diluculo mittēsq̄ ⁊ dicēs Couertimi vnusq̄sq̄ a via sua pessima. ⁊ bona facite studia vr̄a. ⁊ nolite sequi deos alienos. neq̄ colatꝭ eos. ⁊ h̄itabitꝭ i ťra quā dedi vob̄ ⁊ p̄rib⁹ vr̄is. Et non inclinastis aurē vestrā. neq̄ audistis me. Firmauerunt igiť filij ionadab filij rechab p̄ceptū p̄ris sui qḋ p̄ceperat eis: p̄pl̄us aūt iste non obediuit m̄. Idcirco h̄ dicit dñs exercituū de⁹ isrl̄. Ecce ego adducā sup̲ iudā ⁊ sup̲ oēs habitatores ir̄lm vniuersam afflictionē quā locut⁹ sū aduersū illos: eo ꝙ locut⁹ sū ad illos ⁊ non audierūt: vocaui illos ⁊ nō responderūt mihi. Domui aūt rechabitaꝝ dixit hieremias. Hec dicit dñs exercituū deus isrl̄. Pro eo ꝙ obedistis p̄cepto ionadab p̄ris vr̄i. ⁊ custodistꝭ oīa ei⁹ mandata ⁊ fecistis vniuersa q̄ p̄cepit vobis: ꝓpterea hec dicit dñs exercituū de⁹ isrl̄. Nō deficiet vir de stirpe ionadab filij rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.

CXXXVI

Et factū ē in āno q̄rto ioachim filij iosie regis iuda: factum est v̄bū h̄ ad hieremiā a dño dicēs: Tolle volumē libri ⁊ scribes in eo oīa verba q̄ locutus sum tibi aduersū isrl̄ ⁊ iudā ⁊ aduersū oēs gētes: a die qua locut⁹ sū ad te ex diebus iosie vsq̄ ad diē hāc: si forte audiente domo iuda. vniuersa mala q̄ ego cogito facere eis. reuertať vnusq̄sq̄ a via sua pessima: ⁊ ꝓpiti⁹ ero iniq̄tati ⁊ pct̄o eoꝝ. Uocauit ğ hieremias baruch filium nerie. ⁊ scripsit baruch ex ore hieremie oēs sermoēs dñi quos locut⁹ ē ad eū in voluīe libri. Et precepit hieremias baruch dicens. Ego clausus sū: nec valeo ingredi domū dñi. Ingredere ğ tu ⁊ lege de voluīe in q̄ scripsisti ex ore meo v̄ba dñi audiente p̄pl̄o in domo dñi in die ieiunij: insup̲ ⁊ audiente vniūso iuda q̇ veniūt de ciuitatib⁹ suis. Leges eis: si forte cadat oratio eoꝝ in ꝯspectu dñi. ⁊ reuertať vnusq̄sq̄ a via sua pessima. q̄m magn⁹ furor ⁊ indignatio ē quā locutus est dñs aduersus p̄pl̄m hūc. Et fecit baruch filius nerie iuxta oīa q̄ p̄ceperat ei hieremias propheta: legens ex volumine sermones dñi i domo dñi. Factū ē aūt i anno q̇nto ioachim filij iosie regis iuda. in mense nono: predicauerūt ieiuniū in ꝯspectu dñi oī p̄pl̄o in hierusalē ⁊ vniuerse multitudini que ꝯfluxerat de ciuitatib⁹ iuda in hierusalē. Legitq̄ baruch ex volumine sermoēs hieremie in domo dñi i gaçophylatio gamarie filij saphan scribe i vestibulo sup̲iori i introitu porte noue dom⁹ dñi: audiēte oī p̄pl̄o. Cūq̄ audisset micheas fili⁹ gamarie filij saphan oēs sermones dñi ex libro: descendit i domū reḡ ad gaçophylatium scribe. Et ecce ibi omnes

Recab. 2. R. 4. (F. 1. Pal. 2°. 4. R. 10.

ꝑncipes sedebāt: elisama scriba ⁊ dalaias filius semeie ⁊ belnathan filius achobor ⁊ gamarias filiꝰ saphan ⁊ sedechias filiꝰ ananie ⁊ vniuersi ꝑncipes. Et nūciauit eis micheas oīa ṽba que audiuit legentē baruch ex volumine ī auribꝰ ꝓpli. Miserūt itaqꝫ oēs ꝑncipes ad baruch iudi filium nathanie filij selemie filij chusi dicētes. Volumē ex quo legisti audiente ꝓplo sume in manu tua ⁊ veni. Tulit ergo baruch filiꝰ nerie volumen ī manu sua ⁊ venit ad eos. Et dixerūt ad eū. Sede: ⁊ lege hec ī auribꝰ nostris. Et legit baruch ī auribꝰ eoꝝ. Igit̄ cū audissent oīa ṽba obstupuerūt vnusq̄sqꝫ ad ꝓximū suū ⁊ dixerūt ad baruch. Nunciare debemus regi omnes sermones istos? Et interrogauerūt eū dicētes Indica nobis: quō scripsisti omnes sermōes istos ex ore eiꝰ. Dixit aūt eis baruch. Ex ore suo loquebat̄ quasi legēs ad me oēs sermōes istos ⁊ ego scribebā in volumine attramēto. Et dixerūt ꝑncipes ad baruch. Uade ⁊ abscōdere tu ⁊ hieremias ⁊ nemo sciat vbi sitis. Et ingressi sūt ad regē in atriū. Porro volumen cōmendauerūt ī gaçophylatio elisame scribe ⁊ nūciauerūt audiēte rege oēs sermones. Misitqꝫ rex iudi ut sumeret volumen: q̄ tollens illud de gaçophylatio elisame scribe legit audiēte rege ⁊ vniūsis ꝑncipibꝰ q̄ stabāt circa regē. Rex aūt sedebat in domo hyemali ī mēse nono ⁊ posita erat arula corā eo plena prunis. Cūqꝫ legisset iudi tres pagellas uel q̄tuor scidit illud scalpello scribe ⁊ ꝓiecit in ignē q̄ erat sup arulā donec ꝯsūmeret̄ oē volumē igni q̄ erat in arula. Et nō timuerūt neqꝫ sciderūt vestimēta sua rex ⁊ oēs serui eius: q̄ audierūt vniuersos sermōes istos. Uerūtñ belnathan ⁊ dalaias ⁊ gamarias ꝯdixerūt regi ne cōbureret libꝝ ⁊ nō audiuit eos. Et ꝑcepit rex hieremiel filio amalech ⁊ saraie filio ezribel ⁊ selemie filio abdehel ut cōprehēderēt baruch scribā ⁊ hieremiā prophetā. Abscōdit aūt eos dñs. Et factū ē ṽbū dñi ad hieremiā ꝓphetam: postq̄ cōbusserat rex volumē ⁊ sermōes q̄s scripserat baruch ex ore hieremie dicēs: Rursū tolle volumen aliud ⁊ scribe ī eo oēs sermōes ꝑores q̄ erāt in ꝑmo volumine qō combussit ioachim rex iuda. Et ad ioachim regē iuda dices. Hec dicit dñs. Tu cōbussisti volumē istud dicens: Quare scripsisti ī eo annūciās festinꝰ veniet rex babylonis ⁊ vastabit terrā hāc ⁊ cessare faciet ex illa hominē ⁊ iumentū? Propterea hec dicit dñs deꝰ ꝯ ioachim regem iuda. Nō erit ex eo qui sedeat sup soliū dauid ⁊ cadauer eiꝰ ꝓijciet̄ ad estū ꝑ diem ⁊ ad gelu ꝑ noctem. Et visitabo ꝯ eū ⁊ ꝯ semen eius ⁊ ꝯ seruos eius iniq̄tates suas ⁊ adducā sup eos ⁊ super habitatores irl̄m ⁊ super viros iuda oē malum qō locutꝰ sū ad eos ⁊ non audierūt. Hieremias aūt tulit volumen aliud ⁊ dedit illud baruch filio nerie scribe: q̄ scripsit in eo ex ore hieremie oēs sermōes libri quē cōbusserat ioachim rex iuda igni ⁊ insuper additi sūt sermones multo plures q̄ꝫ antea fuerāt.

CXXXVII

Et regnauit rex sedechias filius iosie ꝓ iechonia filio ioachim quē ꝯstituit regē nabuchodonosor rex babylonis in t̄ra iuda ⁊ nō obediuit ipse ⁊ serui eiꝰ ⁊ ꝓplus terre verbis dñi q̄ locutꝰ est ī manu hieremie ꝓphete. Et misit rex sedechias iuchal filiū selemie ⁊ sophoniam filiū maasie sacerdotē ad hieremiā prophetā dicens: Ora ꝓ nobis dñm deū nostꝝ. Hieremias aūt libere ābulabat ī medio ꝓpli. Nō eni miserāt eū in custodiā carceris. Igit̄ exercitus pharaonis egressus ē de egypto ⁊ audiētes chaldei qui obsidebāt hierusalem huiuscemodi nūciū recesserūt ab irl̄m. Et factū ē verbū dñi ad hieremiā ꝓpham dicens hec dicit dñs deꝰ isrl̄. Sic dicetis regi iuda q̄ misit vos ad me interrogandū. Ecce exercitꝰ pharaōis q̄ egressus ē vobis ī auxiliū reuertet̄ in t̄rā suā ī egyptū ⁊ redient chaldei ⁊ bellabūt ꝯ ciuitatē hāc ⁊ capiēt eā ⁊ succendēt igni. Hec dicit dñs. Nolite decipe aīas v̄ras dicētes euntes abibūt ⁊ recedēt a nobis chaldei q̄a non abibūt. Sed ⁊ si ꝑcusseritis oēm exercitū chaldeoꝝ qui ꝑliant̄ aduersum vos ⁊ derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati singuli de tētorio suo ꝯsurgēt ⁊ incēdēt ciuitatē hāc igni. Ergo cū recessisset exercitus chaldeoꝝ ab irl̄m ꝓpt̄ exercitū pharaōis egressꝰ est hieremias de irl̄m ut iret in t̄rā beniamin ⁊ diuideret ibi possessionē in conspectu ciuiū. Cūqꝫ ꝑuenisset ad portā beniamin erat ibi custos porte ꝑ vices noīe hierias filius selemie filij ananie ⁊ apprehendit hieremiā ꝓphetam dicēs. Ad chaldeos ꝓfugis? Et rn̄dit hieremias. Falsum ē: non fugio ad chaldeos. Et nō audiuit eū sed cōprehēdit hierias hieremiā ⁊ adduxit eū ad ꝑncipes. Quobre irati principes ꝯtra hieremiā cesū eū miserūt in carcerē

qui erat i domo ionathan scribe. Ipse.n.pre-
positus erat super carcerē. Itaq; ingressus ē
hieremias i domū laci ⁊ in ergastulū.⁊ sedit
ibi hieremias diebꝰ multis. Mittēs aūt se-
dechias rex tulit eū.⁊ interogauit eū i domo
sua abscondite.⁊ dixit: Putasne est sermo a
dño? Et dixit hieremias. Est. Et ait: In ma
nus regis babylonis traderis. Et dixit hie-
remias ad regē sedechiā. Quid peccaui tibi
⁊ seruis tuis ⁊ populo tuo: q̄a misisti me i do-
mū carceris? Ubi sūt ,pphe vr̄i q̄ ,pphetabant
vobis ⁊ dicebant: nō veniet rex babylonis
super vos ⁊ super terram hanc? Nunc ergo
audi obsecro dñe mi rex. Ualeat deprecatio
mea in conspectu tuo.⁊ ne me remittas i do-
mū ionathe scribe ne moriar ibi. Precepit g̊
rex sedechias ut traderetur hieremias in ve-
stibulū carceris.⁊ daretur ei torta quotidie
panis. excepto pulmento: donec consumerē-
tur oēs panes de ciuitate. Et māsit hieremi-
as in vestibulo carceris.

CXXXVIII

Audiuit aūt saphacias filiꝰ madian
⁊ hiedelias filius phassur ⁊ iucha fi-
lius selemie ⁊ phassur filiꝰ melchie
sermoēs quos hieremias loquebat̄ ad oēm
populū dicens. Hec dicit dñs. Quicūq; man
serit in ciuitate hac. morieť gladio ⁊ fame ⁊
peste: q̄ aūt ,pfugerit ad chaldeos viuet.⁊ erit
aīa eius sospes ⁊ viuens. Hec dicit dñs. Tra
dendo tradeť ciuitas hec i manu exercitꝰ re-
gis babylonis.⁊ capiet eam. Et dixerūt p̄n-
cipes regi. Rogamus ut occidat̄ homo iste
De industria.n. dissoluit manus virorū bel-
lantiū q̄ remanserūt in ciuitate hac.⁊ manꝰ
vniuersi p̄pli. loquēs ad eos vniuersa v̄ba h̄
Siquidē hō iste non querit pacē p̄plo huic s̄
malū. Et dixit rex sedechias. Ecce ipse i ma
nibꝰ vr̄is est. Nec.n. fas ē vobis q̄c̄q̄ negare
Tulerūt g̊ hieremiā.⁊ ,piecerūt eū i lacū hel
chie filij amalech. q̄ erat in vestibulo carceris
⁊ sūmiserūt hieremiā in funibꝰ in lacū i quo
nō erat aq̄ s̄ lutū. Descēdit itaq; hieremias
in cenū. Audiuit āt abdemelech ethiops vir
eunuchus q̄ erat in domo regis: q̄ misissent
hieremiā in lacū. Porro rex sedebat in porta
beniamin. Et egressus est abdemelech de do-
mo regis.⁊ locutus est ad regē dicens: Dñe
mi rex. male fecerūt viri isti oia q̄cūq; perpe-
trarūt ꝯtra hieremiā ,pphetā: mittentes eum
in lacū ut moriat̄ ibi fame. Nō sūt.n. panes
vltra i ciuitate. Precepit itaq; rex abdeme-
lech ethiopi dicēs: Tolle tecū hinc triginta
viros.⁊ leua hieremiā ,pphām de lacu añq̄
moriat̄. Assumptꝭ g̊ abdemelech secū viris
igressus ē domū regis q̄ erat s̄b cellario ⁊ tulit
inde veteres pānos ⁊ antiq̄ vestimēta q̄ cōpu-
truerant.⁊ sūmisit ea ad hieremiā in lacū per
funiculos. Dixitq; abdemelech ethiops ad
hieremiā ,pphām: Pone veteres pānos ⁊ h̄
scissa ⁊ putrida sub cubito manuū tuarū: ⁊
sup funes. Fecit g̊ hieremias sic. Et extraxe-
runt hieremiā funibꝰ.⁊ eduxerūt eū de lacu.
Mansit aūt hieremias in vestibulo carceris
Et misit rex sedechias.⁊ tulit ad se hieremiā
prophetam ad ostiū tertiū quod erat i domo
dñi. Et dixit rex ad hieremiā. Interogo ego
te sermonē. ne abscōdas a me aliq̄d. Dixit āt
hieremias ad sedechiā. Si āuūciauero tibi:
nūq̄d nō interficies me? Et si cōsiliū dedero
tibi: nō me audies. Jurauit g̊ rex sedechias
hieremie clam dicēs: Uiuit dñs q̄ fecit nobis
aīam hanc: si occidero te ⁊ si tradidero te in
manꝰ virorꝝ istorꝝ q̄ q̄rūt aīam tuā. Et dixit
hieremias ad sedechiā. Hec dicit dñs exerci-
tuū deus israhel. Si profectꝰ exieris ad p̄n
cipes regis babylonis. viuet aīa tua.⁊ ciui-
tas h̄ nō succendet̄ igni.⁊ saluꝰ eris tu ⁊ do-
mus tua. Si aūt nō exieris ad p̄ncipes regis
babylōis. tradet̄ ciuitas h̄ i manꝰ chaldeorꝝ
⁊ succēdēt eā igni.⁊ tu nō effugies de manu
eorꝝ. Et dixit rex sedechias ad hieremiā. Sol-
licitꝰ sū ,ppt iudeos q̄ transfugerūt ad chal-
deos. ne forte tradar i manꝰ eorꝝ.⁊ illudant
mihi. Rn̄dit autē hieremias.⁊ dixit ei: Non
te tradent. Audi q̄so vocē dñi quā ego loq̄r
ad te.⁊ bn̄ tibi erit.⁊ viuet aīa tua. Qz si no-
lueris egredi. iste ē sermo quē ostēdit mihi dñs
Ecce oēs mulieres q̄ remāserūt i domo regis
iuda. educent̄ ad p̄ncipes regis babylonis:
⁊ ipse dicent. Seduxerūt te.⁊ p̄ualuerūt ad-
uersū te viri pacifici tui. demerserūt te in ce-
no ⁊ i lubrico pedes tuos.⁊ recesserunt a te.
Et oēs vxores tue ⁊ filij tui educēt̄ ad chal-
deos.⁊ nō effugies manꝰ eorꝝ: s̄ i manu regis
babylonis capieris.⁊ ciuitatē hanc cōburet
igni. Dixit g̊ sedechias ad hieremiā: Nullus
sciat v̄ba h̄.⁊ nō morieris. Si aūt audierit p̄n
cipes q̄a locutꝰ sū tecū.⁊ venerit ad te.⁊ di-
xerit tibi. indica nobis q̄d locutus sis cū rege
ne celes.⁊ nō te interficiemꝰ.⁊ q̄d locutꝰ ē tecū
rex. dices ad eos: Prostraui ego preces me-
as coram rege: ne me reduci iuberet in domū

ionathan 7 ibi morerer. Uenerūt ḡ oēs pn-
cipes ad hieremiā. 7 interrogauerunt eum.
Et locutus est eis iux oīa vba que pceperat
ei rex. Et cessauerūt ab eo. Nihil. n. fuerat au
ditū. Mansit vo hieremias ī vestibulo car-
ceris vsq ad diē q capta est hierusalē. Et fa-
ctū est ut caperet irlm. CXXXIX

Anno nono sedechie reg iuda mense
decimo. venit nabuchodonosor rex
babylonis 7 oīs exercit⁹ ei⁹ ad irlm 7
obsidebant eā. Undecimo aūt āno sedechie
mense qrto qnta mensis. aperta est ciuitas: 7
ingressi sūt oēs pncipes reg babylonis 7 se-
derūt in porta media: neregel sereser semagar
nabusar sachi rapsaces neregel sereser reb-
mag 7 oēs reliqui principes regis babylōis
Cūq vidisset eos sedechias rex iuda 7 oēs
viri bellatores: fugerunt. 7 egressi sunt nocte
de ciuitate p viā horti regis 7 p portā q erat
inter duos muros. 7 egressi sunt ad viā de-
serti. Persecut⁹ est aūt eos exercit⁹ chaldeoꝝ
7 cōprehēderūt sedechiā ī campo solitudinis
hierichontine. 7 captū adduxerūt ad nabu-
chodonosor regē babylonis in reblatha q ē
in t'ra emath. 7 locut⁹ ē ad eū iudicia. Et oc-
cidit rex babylōis filios sedechie in reblatha
in oculis eius. 7 oēs nobiles iuda occidit rex
babylonis. Oculos q sedechie eruit. 7 vin-
xit eū cōpedib⁹ ut duceret ī babylonē. Domū
q regis 7 domū vulgi succenderūt chaldei
igni. 7 murū irlm subuerterūt. Et reliquias
ppli que remāserāt in ciuitate. 7 pfugos qui
trāsfugerāt ad eū 7 supfluos vulgi q remā-
serāt trāstulit nabuçardan magister militū ī
babylonē. 7 de plebe pauprū q nihil penitus
habebāt. dimisit nabuçardā mgr militie in
t'ra iuda. 7 dedit eis vineas 7 cisternas ī die
illa. Preceperat aūt nabuchodonosor rex ba-
bylonis de hieremia. nabuçardā magistro
militū dicēs: Tolle illū: 7 pone sup eū oculos
tuos nihilq ei mali facias: sed ut voluerit sic
facies ei. Misit ḡ nabuçardan pnceps mi-
litie 7 nabu 7 sesban 7 rapsaces 7 neregel 7
sereser 7 rebmag 7 oēs optimates reg baby-
lonis miserunt 7 tulerunt hieremiā de vesti-
bulo carceris. 7 tradiderunt eū godolie filio
aicham filij saphā: ut intraret in domū 7 ha-
bitaret in pplo. Ad hieremiā aūt fact⁹ fuerat
sermo dñi cū clausus esset in vestibulo carce-
ris dicens: Uade 7 dic abdemelech ethiopi
dicens: Hec dicit dñs exercituū de⁹ isrl. Ecce
ego iducā sermōes meos sup ciuitatē hāc in
malū 7 nō in bonū. 7 erūt ī ɔspectu tuo in die
illa. 7 liberabo te ī die illa ait dñs. Et nō tra-
deris in man⁹ viroꝝ qs tu formidas: sed eru-
ens liberabo te 7 gladio nō cades: s erit tibi
aīa tua in salutē quia in me habuisti fiduciā
ait dominus. CXL

Sermo q fact⁹ est ad hieremiā a dño
p⁹ q dimissus ē a narbuçardan ma-
gistro militie de rama qn tulit eum
vinctū cathenis ī medio oiuz q migrabāt de
irlm 7 iuda. 7 ducebāt in babylonē. Tollēs
ḡ pnceps militie hieremiā dixit ad eū. Dñs
deus tu⁹ locut⁹ ē malū sup locū istū. 7 addu-
xit 7 fecit dñs sicut locut⁹ ē. q̄a peccastis dño
7 nō audistis vocē ei⁹. 7 fact⁹ ē vob sermo h.
Nunc ḡ ecce solui te hodie de cathenis q sūt
ī manib⁹ tuis. Si placet tibi ut venias mecū
ī babylonē veni 7 ponā oculos meos sup te.
Si aūt displicet tibi venire mecū in babylo-
nē. reside. Ecce oīs t'ra ī cōspectu tuo est. Nō
elegeris 7 quo placuerit tibi ut vadas. illuc
perge. 7 mecū noli venire: s habita apud go-
doliā filiū aicham filij saphan quē pposuit
rex babylōis ciuitatib⁹ iude. Habita ḡ cū eo ī
medio ppli: vl' quocūq placuerit tibi ut va-
das. vade. Dedit q ei mgr militie cibaria 7
munuscula. 7 dimisit eū. Uenit aūt hieremi-
as ad godoliā filium aicham ī masphath. 7
habitauit cū eo ī medio ppli q relict⁹ fuerat ī
terra. Cūq audissent oēs pncipes exercit⁹ q
dispsi fuerant p regiones. ipsi 7 socij eorū q
pfecisset rex babylonis godoliā filiū aicham
terre. 7 q cōmendasset ei viros 7 mulieres 7
paruulos. 7 de pauperib⁹ terre q nō fuerant
trāslati in babylonē: venerūt ad godoliā in
masphath 7 ismahel fili⁹ nathanie 7 ioha-
nan fili⁹ caree 7 ionathan 7 sareas filius the-
noemeth 7 filij offi q erāt de nethophati 7 ie-
chonias fili⁹ maachati ipsi 7 viri eoꝝ. Et iu-
rauit eis godolias fili⁹ aicham filij saphā 7
comitib⁹ eoꝝ dicēs: Nolite timē suire chal-
deis. Habitate ī terra 7 seruite regi babylōis
7 bn̄ erit vob. Ecce ego habito ī masphath:
ut rn̄deā pcepto chaldeoꝝ q mittūt ad nos.
Uos aūt colligite vindemiā 7 messem 7 oleū
7 condite in vasis vestris. 7 manete ī vrbib⁹
vestris qs tenetis. Sed 7 oēs iudei q erāt in
moab 7 in finib⁹ āmon. 7 ī idumea 7 in vni-
uersis regionib⁹: audito q dedisset rex baby-
lonis reliqas ī iudea 7 q pposuisset sup eos

godoliam filiū aicbam filij sapban: reuersi sūt inquā oēs iudei de vniuersis locis ad que ꝓfugerāt. ⁊ venerūt in t̄rā iuda ad godoliā i maspbatb ⁊ collegerūt vinū ⁊ messem multā nimis. Iobanan aūt filiꝰ caree ⁊ oēs p̄ncipes exercitꝰ q̄ dispsi fuerāt i regiōibꝰ· venerūt ad godoliā in maspbatb. ⁊ dixerūt ei. Scito q̄ babalis rex filioꝝ āmon misit ismabel filiū natbanie ꝑcutere aiam tuā. Et non credidit eis godolias filius aicbam. Iobanan autē filius caree dixit ad godoliam seorsū in maspbatb loquēs. Ibo ⁊ ꝑcutiā ismabel filium natbanie nullo sciēte· ne interficiat aiam tuā: ⁊ dissipent̄ oēs iudei q̄ cōgregati sunt ad te. ⁊ ꝑibunt reliq̄e iuda. Et ait godolias filius aicbam ad iobanan filiū caree. Noli facē v̄bū h̄. Falsū. n. tu loqueris de ismabel. CXLI

Et factū ē i mēse septimo: venit ismabel filiꝰ natbanie filij elisama de semine regali ⁊ optimates reḡ. ⁊ decē viri cū eo ad godoliam filiū aicbam in maspbatb. ⁊ comederūt ibi panes simul in maspbatb. Surrexerūt āt ismabel filiꝰ natbanie ⁊ decē viri q̄ cū eo erāt ⁊ ꝑcusserūt godoliam filiū aicbam filij sapban gladio. ⁊ interfecerūt eū quē p̄fecerat rex babylonis t̄re. Oēs q̄q̄ iudeos q̄ erāt cū godolia i maspbatb ⁊ cbaldeos q̄ repti sūt ibi ⁊ viros bellatores ꝑcussit ismabel. Secūdo aūt die postq̄ occiderat godoliā nullo adbuc sciente· venerūt viri de sycbem ⁊ de sylo ⁊ de samaria octogita viri rasi barba ⁊ scissis vestibꝰ ⁊ squalētes ⁊ munera ⁊ tbus babebāt in manu ut offerrent i domo dn̄i. Egressus ḡ ismabel filiꝰ natbanie in occursum eoꝝ de maspbatb: incedens ⁊ plorās ibat. Cū aūt occurrisset eis· dixit ad eos. Uenite ad godoliam filiū aicbam. Qui cū venissent ad mediū ciuitatis· interfecit eos ismabel filiꝰ natbanie circa mediū laci ipse ⁊ viri q̄ erāt cū eo. Decē aūt viri repti sūt inter eos· q̄ dixerūt ad ismabel. Noli occidere nos q̄a babemus tbesauros i agro frumēti ⁊ ordei ⁊ olei ⁊ mellis. Et cessauit. ⁊ nō interfecit eos cū fribꝰ suis. Lacus aūt in quē ꝓiecerat ismabel oīa cadauera viroꝝ q̄s ꝑcussit ꝓpter godoliā: ipse ē quē fecit rex asa ꝓpter baasa regē isrl̄. Ipsū repleuit ismabel filiꝰ natbanie occisis. Et captiuas duxit ismabel oēs reliquias ppl̄i q̄ erāt in maspbatb filias regis ⁊ vniuersū ppl̄m q̄ remāserāt i maspbatb: q̄s cōmendauerat nabuçardan p̄nceps militie godolie filio aicbā. Et cepit eos ismabel filiꝰ natbanie. ⁊ abijt ut trāsiret ad filios āmon. Audiuit aūt iobanan filiꝰ caree ⁊ oēs p̄ncipes bellatoꝝ q̄ erāt cū eo oē malū q̄d fecerat ismabel filiꝰ natbanie. ⁊ assūptis vniuersis viris ꝓfecti sūt ut bellarent aduersū ismabelē filium natbanie. ⁊ inuenerūt eum ad aquas multas que sūt in gabaon. Cūq̄ vidisset ois ppl̄s q̄ erat cū ismabel· iobanan filiū caree ⁊ vniuersos p̄ncipes bellatoꝝ q̄ erant cū eo· letati sūt. Et reuersus ē ois ppl̄s quē ceperat ismabel i maspbatb· reuersusq̄ abijt ad iobanan filiū caree. Ismabel aūt filiꝰ natbanie fugit cū octo viris a facie iobanan. ⁊ abijt ad filios āmon. Tulit ḡ iobanan filiꝰ caree ⁊ oēs principes bellatoꝝ qui erant cum eo· vniuersas reliq̄as vulgi quas reduxerāt ab ismabel filio natbanie de maspbatb: postq̄ ꝑcussit godoliā filiū aicbam fortes viros ad p̄liū. ⁊ mulieres ⁊ pueros ⁊ eunucbos quos reduxerat de gabaō. ⁊ abierūt ⁊ sederūt peregrinātes in cbanaan: q̄ est iuxta betbleem ut ꝑgerent ⁊ introirent egyptū a facie cbaldeoꝝ. Timebāt. n. eos: q̄a ꝑcusserat ismabel filiꝰ natbanie godoliā filiū aicbā quē p̄posuerat rex babylonis in terra iuda. CXLII

Tu aūt fili hoīs. vaticinare aduersū gog. ⁊ dices. Hec dicit dn̄s deꝰ. Ecce ego sup te gog ꝑncipē capitis mosoch ⁊ thubal. ⁊ circūagā te ⁊ educā te. ⁊ ascēdere te faciā de lateribꝰ aq̄lonis. ⁊ adducā te sup mōtes isrl̄. Et ꝑcutiā arcū tuū ī manu sinistra tua. ⁊ sagittas tuas de manu dextera tua deiiciam. Sup mōtes isrl̄ cades tu ⁊ oīa agmina tua ⁊ populi qui sunt tecū. Feris. auibꝰ. oīq̄ volatili celi ⁊ bestiis t̄re dedi te ad deuorandū. Sup faciem agri cades: q̄a ego locutꝰ sū. ait dn̄s deꝰ. Et imittā ignē ī magog ⁊ ī his q̄ h̄itāt ī insulis cōfident̄. ⁊ scient q̄a ego dn̄s. Et nomē scm̄ meū notū faciā in medio ꝑpl̄i mei isrl̄. ⁊ non polluā nomē scm̄ meū ampliꝰ. ⁊ sciāt gentes q̄a ego dn̄s deꝰ scūs isrl̄. Ecce venit. ⁊ factū ē ait dn̄s deꝰ. Hec ē dies de q̄ locutꝰ sum. Et egredient̄ h̄itatores de ciuitatibꝰ isrl̄. ⁊ succēdēt ⁊ cōburēt arma clypeū ⁊ hastas arcū ⁊ sagittas ⁊ baculos manuū ⁊ cōtos. ⁊ succēdēt ea igni septē ānis. Et nō portabūt ligna de regiōibꝰ neq̄ succidēt de saltibꝰ: q̄m arma succēdēt igni. ⁊ dep̄dabunt̄ eos q̄bꝰ ꝑde fuerāt. ⁊ diripiēt vastatores suos. ait dn̄s deꝰ. Et erit ī die illa dabo gog locū noīatū sepulchrū ī isrl̄. vallē viatoꝝ ad orientē maris. q̄ obstupescē faciet ꝑtereūtes. Et sepeliēt ibi gog ⁊ oēm multitudinē eiꝰ. ⁊ vocabit̄ vallis multitudīs gog. ⁊ sepeliēt eos domꝰ isrl̄. ut mundent t̄rā septē mensibꝰ. Sepeliet autē eū oīs ꝑpl̄s terre. ⁊ erit eis noīata dies ī q̄ glificatꝰ sū. ait dn̄s deus. Et viros iugiter constituēt lustrātes terrā: q̄ sepeliāt ⁊ req̄rāt eos q̄ remāserāt sup faciē terre. ut emūdēt eam. Post mēses aūt septē querere incipiēt. ⁊ circuibūt ꝑagrātes t̄rā. Cūq̄ viderint os hoīs. statuēt iuxta illud titulum: donec sepeliant illud pollinctores in valle multitudinis gog. Nomē aūt ciuitatis amona. ⁊ mūdabūt t̄rā. Tu ḡ fili hoīs. h̄ dic̄ dn̄s deꝰ. Dic oī volucri ⁊ vniuersis auibꝰ cūctisq̄ bestiis agri. Cōuenite ⁊ ꝓperate: cōcurrite vndiq̄ ad victimā meam quā ego īmolo vobis. victimā grādē super mōtes isrl̄. ut comedatis carnes ⁊ bibatis sanguinē. Carnes fortiū comedetis. ⁊ sanguinē ꝑncipū terre bibetis. arietū ⁊ agnoꝝ ⁊ hircoꝝ tauroꝝq̄ ⁊ altiliū ⁊ pinguiū omniū.

Et comedetis adipem i saturitatē. ⁊ bibetis sanguinem i ebrietatē de victima quam ego imolaui vob̄. ⁊ saturabimini sup mēsam meā de equo ⁊ de equite forti. ⁊ de vniuersis virī bellatorib⁹. ait dn̄s de⁹. Et ponā gloriā meā in gētib⁹. ⁊ videbunt oēs gētes iudiciū meū qd̄ fecerim. ⁊ manū meā quā posuerim super eos. ⁊ scient dom⁹ isrl' q̇a ego dn̄s de⁹ eoꝝ a die illa ⁊ deinceps. Et sciēt gētes qm̄ i iniq̇tate sua capta sit dom⁹ isrl'. ⁊ ꝙ dereliquerit me ⁊ abscōderi faciē meā ab eis ⁊ tradiderim eos i man⁹ hostiū. ⁊ ceciderint in gladio vniūsi. Juxta imūdiciā eoꝝ ⁊ scel⁹ feci eis. ⁊ abscondi faciē meā ab illis. Propt̄ea h̄ dicit dn̄s deus. Nūc reducam captiuitatē iacob. ⁊ miserebor oīs dom⁹ isrl'. Et assumā ꝫelū ꝓ noīe scō meo. ⁊ portabūt confusionē suam ⁊ oēm p̄uaricationē quā p̄uaricati sūt in me: cū habitauerint i terra sua ꝯfident' neminē formidātes. ⁊ reduxero eos de ꝑplis. ⁊ ꝯgregauero de t̄ris iīmicoꝝ suoꝝ. ⁊ s̄cificat⁹ fuero i eis i oculis gētiū plurimaꝝ. Et sciēt q̇a ego dn̄s de⁹ eoꝝ eo ꝙ trāstuleri eos i nationes. ⁊ ꝯgregaueri eos sup t̄rā suā. ⁊ nō dereliquerim queꝙ̄ ex eis ibi. Et nō abscondā vltra faciē meā ab eis: eo ꝙ effuderim spm̄ meū sup oēm domū isrl'. ait dn̄s de⁹. XL

In vigesimoq̇nto āno trāsmigratiōis nr̄e i exordio āni decima mensis. q̄rto decimo anno postꝙ̄ ꝑcussa ē ciuitas: i ipsa hac die facta ē sup me man⁹ dn̄i. ⁊ adduxit me illuc in visiōib⁹ dei. Adduxit me i terrā isrl'. ⁊ dimisit me sup montem excelsum nimis: sup quē erat quasi edificiū ciuitatis vergētis ad austrū. ⁊ itroduxit me illuc. Et ecce vir cui⁹ erat spēs quasi spēs eris. ⁊ funiculus lineus i manu ei⁹. ⁊ calam⁹ mēsure in manu eius. Stabat aūt in porta. ⁊ locut⁹ ē ad me idem vir. Fili hoīs. vide oculis tuis ⁊ aurib⁹ tuis audi. ⁊ pone cor tuū i oīa q̄ ego ondā tibi. q̇a ut ondāt' tibi adduct⁹ es huc. Annūcia oīa q̄ tu vides domui isrl'. Et ecce mur⁹ forinsec⁹ i circuitu dom⁹ vndiqꝫ. ⁊ i manu viri calam⁹ mēsure sex cubitoꝝ ⁊ palmo. Et mensus ē latitudinē edificij calamo vno. altitudinē q̊ꝫ calamo vno. Et venit ad portā que respiciebat viā orientalē. ⁊ ascendit ꝑ gradus ei⁹. Et mensus ē limē porte calamo vno: latitudinē. id est limen vnū. calamo vno i latitudīe. ⁊ thalamū vno calamo in lōgū. ⁊ vno calamo i latū. ⁊ inter thalamos q̇nqꝫ cubitos. ⁊ limē porte iuxta vestibulū porte intrinsec⁹ calamo vno. Et mēsus est vestibulū porte octo cubitorū. ⁊ frontem ei⁹ duob⁹ cubitis. Uestibulū aūt porte erat ītrinsecus. Porro thalami porte ad viā orientalem tres hinc ⁊ tres inde: mensura vna triū. ⁊ mensura vna frontiū ex vtraqꝫ parte Et mēsus ē latitudinē liminis porte decem cubitoꝝ. ⁊ longitudinē porte tredecim cubitoꝝ. ⁊ marginē an̄ thalamos cubiti vni⁹. ⁊ cubit⁹ vnus finis vtriqꝫ. Thalami aūt sex cubitorū erāt hinc ⁊ inde. Et mēsus ē portā a tecto thalami vsqꝫ ad tectū ei⁹. latitudinē vigintiq̇nqꝫ cubitoꝝ: ostiū ꝯ̄ ostiū. Et fecit frōtes ꝑ sexaginta cubitos. ⁊ ad frōtē atriū porte vndiqꝫ ꝑ circuitū. ⁊ an̄ faciē porte que ꝑtingebat vsqꝫ ad faciē vestibuli porte interioris q̇nq̄gita cubitos. ⁊ fenestras obliq̄s ī thalamis ⁊ i frōtib⁹ eoꝝ: q̄ erāt intra portam vndiqꝫ ꝑ circuitū. Silr̄' aūt erāt ⁊ i vestibulis fenestre ꝑ gyrū intrinsec⁹. ⁊ an̄ frontes pictura palmaꝝ celata. Et eduxit me ad atriū exteri⁹. ⁊ ecce gaꝫophylatia ⁊ pauimētū stratū lapide i atrio ꝑ circuitū. Triginta gaꝫophylatia in circuitu pauimēti. ⁊ pauimentū in fronte portaꝝ ꝺm longitudinē portaꝝ erat inferi⁹. Et mēsus ē latitudinē a facie porte inferiorī vsqꝫ ad frontē atrij īteriorī extrinsec⁹: centū cubitos ad orientē ⁊ aq̇lonē. Portā q̄ꝫ q̄ respiciebat viā aq̇lonis atrij exterioris mēsus ē. tam i longitudine ꝙ̄ i latitudine. ⁊ thalamos ei⁹ tres hic ⁊ tres inde. ⁊ frontē eius ⁊ vestibulū eius ꝺm mensurā porte p̄oris: q̇nq̄ginta cubitoꝝ longitudinē eius. ⁊ latitudinē vigintiq̇nqꝫ cubitoꝝ. Fenestre aūt eius ⁊ vestibulū ⁊ sculpture scd̄m mensurā porte q̄ respiciebat ad oriētem. ⁊ septē graduū erat ascēsus ei⁹. Et vestibulū an̄ eā. ⁊ porta atrij interioris ꝯ̄ portā aq̇lonis ⁊ orientalē. Et mēsus ē a porta vsqꝫ ad portā. centū cubitos. Et eduxit me ad viā australem. ⁊ ecce porta que respiciebat ad austrū. Et mēsus ē frontē ei⁹ ⁊ vestibulū eius iuxta mensuras supiores. ⁊ fenestras eius ⁊ vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras: q̇nq̄ginta cubitoꝝ longitudine. ⁊ latitudine vigintiq̇nqꝫ cubitoꝝ. ⁊ in gradib⁹ septē ascendebat' ad eā. Et vestibulū an̄ fores eius. ⁊ celate palme erāt vna hinc. ⁊ alt̄a inde i frōte ei⁹. ⁊ porta atrij interioris i via australi. Et mēsus ē a porta vsqꝫ ad portā i via australi

centũ cubitos. Et introduxit me ĩ atriũ interius ad portã australẽ: ⁊ mẽsus ẽ portã iuxᷓ mensuras ſuꝑiores. thalamũ eiꝰ. ⁊ frõtẽ eiꝰ ⁊ veſtibulũ eius hiſdẽ menſuris. ⁊ feneſtras eiꝰ ⁊ veſtibulũ eiꝰ ĩ circuitu q̇nquaginta cubitos lõgitudinis. ⁊ latitudinis vigitiq̇nqꜫ cubitos: ⁊ veſtibulũ ꝑ gyrũ longitudine vigintiq̇nqꜫ cubitorũ: ⁊ latitudine q̇nqꜫ cubitorũ. Et veſtibulũ eius ad atriũ exterius: ⁊ palmas eius ĩ fronte: ⁊ octo gradꝰ erãt q̇bꝰ aſcendebaꝛ ꝑ eã. Et introduxit me ĩ atriũ interius ꝑ viã orientalẽ: ⁊ mẽſus ẽ portã ſcõm menſuras ſuꝑiores. thalamũ eiꝰ ⁊ frontẽ eiꝰ ⁊ veſtibulũ eiꝰ ſicut ſupra: ⁊ feneſtras eius ⁊ veſtibula ĩ circuitu lõgitudine q̇nq̄ginta cubitorũ ⁊ latitudinẽ vigintiq̇nqꜫ cubitoꝝ: ⁊ veſtibulũ eiꝰ id eſt atrij exterioris ⁊ palme celate ĩ fronte eiꝰ hinc ⁊ inde. ⁊ ĩ octo gradibꝰ aſcenſus eiꝰ. Et introduxit me ad portã q̄ reſpiciebat ad aq̇lonẽ. Et mẽſus ẽ ſcõm menſuras ſuꝑiores thalamũ eiꝰ ⁊ frontẽ eiꝰ ⁊ veſtibulũ eiꝰ ⁊ feneſtras eiꝰ ꝑ circuitũ longitudine q̇nquaginta cubitoꝝ ⁊ latitudine vigitiq̇nqꜫ cubitoꝝ: ⁊ veſtibulũ eius reſpiciebat ad atriũ exteriꝰ ⁊ celatura palmaꝝ ĩ frõte eiꝰ hinc ⁊ inde. ⁊ in octo gradibꝰ aſcẽſus eiꝰ: ⁊ ꝑ ſingula gaçophylatia oſtiũ ĩ frõtibꝰ portaꝝ ibi lauabãt holocauſtũ. Et in veſtibulo porte due menſe hinc ⁊ due mẽſe inde. ut ĩmoleꝛ ſuꝑ eas holocauſtũ ⁊ ꝓ pctõ ⁊ ꝓ delicto. Et ad latꝰ exteriꝰ qđ aſcendit ad oſtiũ porte q̄ ꝑgit ad aquilonẽ due mẽſe: ⁊ ad latꝰ alterũ añ veſtibulũ porte due mẽſe. Quatuor menſe hĩc. ⁊ q̄tuor mẽſe inde: ꝑ latera porte octo menſe erãt: ſuꝑ q̄s ĩmolabãt. Quatuor aũt mẽſe ad holocauſtũ de lapidibꝰ q̄dris extructe. lõgitudine cubiti vniꝰ ⁊ dimidij. ⁊ latitudine cubiti vniꝰ ⁊ dimidij. ⁊ altitudine cubiti vniꝰ: ſuꝑ quas ponant vaſa in q̇bꝰ ĩmolaꝛ holocauſtũ ⁊ victima. Et labia earũ palmi vniꝰ: reflexa intrinſecꝰ ꝑ circuitũ. Suꝑ menſas aũt carnes oblatiõis. Et extra portã interiorẽ gaçophylatia cãtoꝝ ĩ atrio ĩteriori qđ erat in latere porte reſpiciẽtis ad aq̇lonẽ: ⁊ facies eoꝝ ꝯ̄ viã auſtralẽ: vna ex latẽ porte oriẽtalis q̄ reſpiciebat ad viã aq̇lonis. Et dixit ad me. Hoc ẽ gaçophylatiũ qđ reſpicit viã meridianã. ſacerdotũ q̄ excubãt ĩ cuſtodijs tẽpli: porro gaçophylatiũ quod reſpicit ad viã aq̇lonis. ſacerdotũ erit q̇ excubãt ad miniſteriũ altaris. Iſti ſũt filij ſadoch q̇ accedũt de filijs leui ad dñm: ut miniſtrent ei. Et mẽſus ẽ atriũ lõgitudine centũ cubitorũ ⁊ latitudine centũ cubitoꝝ per quadrũ. ⁊ altare añ faciẽ tẽpli. Et introduxit me in veſtibulũ templi. ⁊ menſus eſt veſtibulũ q̇nqꜫ cubitis hinc. ⁊ q̇nqꜫ cubitis inde. ⁊ latitudinẽ porte triũ cubitoꝝ hinc ⁊ triũ cubitoꝝ inde: longitudinẽ aũt veſtibuli viginti cubitorũ ⁊ latitudinem vndecim cubitoꝝ. Et octo gradibꝰ aſcendebaꝛ ad eã. ⁊ colũne erãt in frontibꝰ vna hinc ⁊ altera inde.

XLI

Et introduxit me ĩ tẽplũ. ⁊ mẽſus eſt frõtes. ſex cubitos latitudinis hĩc. ⁊ ſex cubitos latitudinis inde: latitudinẽ tabnaculi. Et latitudo porte decẽ cubitoꝝ erat. ⁊ latera porte q̇nqꜫ cubitis hĩc. ⁊ q̇nqꜫ inde. Et mẽſus ẽ longitudinẽ eiꝰ q̄draginta cubitorũ. ⁊ latitudinem viginti cubitoꝝ. Et introgreſſus ĩtrinſecꝰ mẽſus ẽ ĩ fronte porte duos cubitos. ⁊ portã ſex cubitoꝝ. ⁊ latitudinẽ porte ſeptẽ cubitoꝝ. Et mẽſus ẽ longitudinẽ eius viginti cubitorũ. ⁊ latitudinem eius viginti cubitoꝝ ante faciem templi. Et dixit ad me. Hoc eſt ſanctũ ſcõꝝ. Et menſus eſt parietẽ domꝰ ſex cubitoꝝ. ⁊ latitudinẽ lateris q̄tuor cubitorũ: vndiqꜫ ꝑ circuitũ domꝰ. Latera aũt latꝰ ad latꝰ: bis trigintatriũ. Et erãt eminẽtia q̄ ingredereꝛ ꝑ parietẽ domꝰ in lateribꝰ ꝑ circuitũ ut cõtinerẽt. ⁊ nõ attingerent parietẽ tẽpli. Et platea erat ĩ rotũdũ aſcendẽs ſurſũ ꝑ cochleã. ⁊ ĩ cenaculũ tẽpli deferebat ꝑ gyrũ. Idcirco latius erat tẽplũ ĩ ſuꝑioribus. ⁊ ſic de inferioribꝰ aſcendebaꝛ ad ſuꝑiora. ⁊ in mediũ. Et vidi in domo altitudinẽ ꝑ circuitũ fũdata latera ad menſurã calami ſex cubitorũ ſpatio. ⁊ latitudinẽ per parietẽ lateris forinſecus q̇nqꜫ cubitoꝝ. Et erat interior domꝰ ĩ lateribꝰ domꝰ. Et ĩnꝛ gaçophylatia latitudinẽ viginti cubitoꝝ ĩ circuitu domꝰ vndiqꜫ. Et oſtiũ lateris ad orationẽ. oſtiũ vnũ ad viã aq̇lõis. ⁊ oſtiũ vnũ ad viã auſtralẽ. ⁊ latitudinẽ loci ad orationẽ q̇nqꜫ cubitoꝝ ĩ circuitu. Et edificiũ qđ erat ſeparatũ ꝯ̄ſpicuũqꜫ ad viã reſpiciẽtẽ ad mare. latitudinis ſeptuaginta cubitoꝝ: paries autẽ edificij q̇nqꜫ cubitoꝝ latitudinis per circuitũ. ⁊ lõgitudo eiꝰ nonaginta cubitoꝝ. Et mẽſus eſt domus longitudinẽ centũ cubitoꝝ. ⁊ qđ ſeparatũ erat edificiũ ⁊ parietes eiꝰ longitudinis centũ cubitorũ. Latitudo aũt añ faciẽ domus. ⁊ eiꝰ qđ erat ſeparatũ cõtra orientẽ

centū cubitoꝝ. Et mensus est longitudinem
edificij ꝯ faciē ei⁹ qḋ erat separatū ad dorsū
hecthecas ex vtraqꝫ ꝑte centū cubitoꝝ. ⁊ tē-
plū interius. ⁊ vestibula atrij· limina ⁊ fene-
stras obliquas: hecthecas ī circuitu ꝑ tres
ꝑtes ꝯ vniuscuiusqꝫ limē stratūqꝫ ligno ꝑ gy
rū in circuitu. Terra aūt vsqꝫ ad fenestras:
⁊ fenestre clause super ostia. ⁊ vsqꝫ ad domū
interiorē ⁊ forinsec⁹ ⁊ oēm parietem in cir-
cuitu intrinsecus ⁊ forinsec⁹ ad mensurā. ⁊
fabrefacta cherubi ⁊ palme. Et palma inter
cherub ⁊ cherub. Duasqꝫ facies hēbat che-
rub: faciē hoīs iuxta palmā ex hac ꝑte. ⁊ fa-
ciē leonis iuxta palmā ex alia ꝑte expressam.
Per oēm domū ī circuitu de t̄ra vsqꝫ ad supe-
riorē partē: cherubi ⁊ palme celate erant in
pariete tēpli. Limē q̄drāgulū. ⁊ facies scūa-
rij aspect⁹ ꝯ aspectū. Altaris lignei triū cu-
bitoꝝ altitudo. ⁊ lōgitudo eius duoꝝ cubi-
toꝝ. ⁊ anguli ei⁹ ⁊ longitudo eius ⁊ parietes
eius lignei. Et locut⁹ ē ad me. Hec ē mēsa co-
rā dn̄o. Et duo ostia erāt ī tēplo ⁊ ī scūario
⁊ ī duobus ostijs ex vtraqꝫ parte bina erāt
ostiola q̄ ī se iuicē plicabant̄. Bina. n. ostia
erant ex vtraqꝫ parte ostioꝝ. Et celata erāt ī
ipsis ostijs tēpli cherubi ⁊ sculpt̄a palmaꝝ:
sicut in parietib⁹ q̊qꝫ exp̄ssa erāt. Q̄obrem ⁊
grossiora erāt ligna ī vestibuli fronte forin-
secus: sup̱ q̄ fenestre oblique ⁊ sil̄itudo pal-
marū hinc atqꝫ inde in humerulis vestibuli
scđm latera domus latitudinemqꝫ parietū.

XLII

ET eduxit me in atriū exte-
rius ꝑ viā ducentē ad aquilonē. Et
induxit me in gaçophylatiū qḋ erat
ꝯ separatū edificiū. ⁊ ꝯ edem ꝟgentē ad aq̇-
lonē· ī facie lōgitudinis centū cubitos ostij
aquilonis. ⁊ latitudinis q̇nq̄ginta cubitos
ꝯ viginti cubitos atrij iterioꝛ. ⁊ ꝯ pauimen-
tū stratū lapide atrij exterioꝛ: vbi erat por-
ticus iūcta porticui triplici. Et an̄ gaçophy-
latia deambulatio decem cubitoꝝ latitudi-
nis· ad interiora respiciēs vie cubiti vnius.
Et ostia earū ad aq̇lonē vbi erāt gaçophy-
latia ī sup̱iorib⁹ humiliora: q̇a supportabāt
porticus q̄ ex illis eminebant de inferiorib⁹
⁊ de medijs edificij. Tristega. n. erāt. ⁊ non
habebāt colūnas sicut erāt colūne atrioꝛū.
Propt̄ea eminebāt de iferiorib⁹ ⁊ de medijs
a t̄ra cubitis q̇nq̄ginta. Et peribolus exte-
rior ſm gaçophylatia q̄ erāt ī via atrij exte-
rioris an̄ gaçophylatia. Lōgitudo ei⁹ q̇nq̄-
ginta cubitoꝝ: q̇a lōgitudo erat gaçophy-
latioꝝ atrij exterioris q̇nquaginta cubitoꝝ.
⁊ longitudo an̄ faciē templi centū cubitoꝝ.
Et erat subter gaçophylatia hec· itroitus ab
oriente ingredientiū in ea de atrio exteriori
ī latitudine periboli atrij. qḋ erat ꝯ viā orien-
talē ī faciē edificij sep̱ati. Et erāt an̄ edificiū
gaçophylatia. ⁊ via an̄ faciē eoꝝ iux̄ sil̄itu-
dinē gaçophylatioꝛū q̄ erāt in via aq̇lonis.
Scđm lōgitudinē eoꝝ· sic ⁊ latitudo eoꝝ: ⁊
oīs introit⁹ eoꝝ ⁊ similitudines ⁊ ostia eoꝝ
ſm ostia gaçophylatioꝝ q̄ erāt ī via respici-
ente ad nothū. Ostiū ī capite vie· q̄ via erat
an̄ vestibulū sep̱atū ꝑ viā orietalē ingredie-
tib⁹. Et dixit ad me. Gaçophylatia aquilo-
nis ⁊ gaçophylatia austri q̄ sūt ante edificiū
separatū· hec sūt gaçophylatia scā: in quibus
vescūt̄ sacerdotes q̇ appropinquāt ad dn̄m ī
scā scōꝝ. Ibi ponēt scā scōꝝ. ⁊ oblationem ꝓ
pctō ⁊ ꝓ delicto. Loc⁹. n. sanct⁹ est. Cū autē
ingressi fuerint sacerdotes· nō egredient̄ de
sanctis in atriū exteri⁹. Et ibi reponent vesti-
mēta sua in q̇b⁹ ministrāt: q̇a scā sūt· vestien-
turqꝫ vestimētis alijs ⁊ sic ꝓcedēt ad ppl'm.
Cūqꝫ cōplesset mēsuras dom⁹ interioꝛ· edu-
xit me per viā porte que respiciebat ad viam
orietalē. ⁊ mēsus ē eam vndiqꝫ per circuitū.
Mēsus ē aūt ꝯ ventū orietalē calamo mē-
sure· q̇ngentos calamos: in calamo mēsure
ꝑ circuitū. Et mensus ē ꝯ ventū aq̇lonis q̇n-
gentos calamos: ī calamo mēsure per gyꝝ.
Et ad ventū australē mēsus est q̇ngētos ca-
lamos: in calamo mēsure ꝑ circuitū. Et ad
ventū occidentalē mensus est q̇ngentos ca-
lamos: in calamo mensure. Per q̄tuor ven-
tos mēsus est murū ei⁹ vndiqꝫ ꝑ circuitū· lō-
gitudinē q̇ngentoꝝ cubitoꝛū. ⁊ latitudinem
q̇ngentoꝝ cubitoꝝ: diuidentē int̄ scūariū ⁊
vulgi locum.

XLIII

ET duxit me ad portam q̄ respiciebat
ad viā orientalē. Et ecce glīa dei isrl'
ingrediebat̄ ꝑ viam orientalē. ⁊ vox
erat ei q̄si vox aquaꝝ multarū. ⁊ t̄ra splēde-
bat a maiestate ei⁹. Et vidi visionē ſm spēm
quam viderā qn̄ venit ut disꝑderet ciuitatē.
⁊ spēs ſm aspectū quem viderā iuxta fluuiū
chobar. Et cecidi sup̱ faciem meā. Et maie-
stas dn̄i ingressa ē tēplū: ꝑ viā porte q̄ respi-
ciebat ad orietē. Et eleuauit me spūs. ⁊ itro-
duxit me in atrium interius. Et ecce repleta
erat glīa dn̄i· domus. Et audiui loquētē ad

me de domo. Et vir q̇ stabat iuxta me· dixit ad me. Fili hoīs· locꝰ solij mei. ⁊ locus vesti-gioꝝ pedū meoꝝ: vbi habito ī medio filiorū isrl̕ in etnū. Et nō polluet vltra domꝰ isrl̕ no-men scm̄ meū: ipsi ⁊ reges eoꝝ in fornicatio-nibus suis ⁊ ī ruinis regū suoꝝ ⁊ ī excelsis: q̇ fabricati sūt limen suū iuxta limen meum: ⁊ postes suos iuxta postes meos. ⁊ murꝰ erat inter me ⁊ eos. Et polluerūt nomē scm̄ meū ī abhominationibꝰ q̄s fecerunt: ꝓpt̕ qḋ consū-psi eos ī ira mea. Nūc ḡ repellāt ꝓcul forni-cationē suā ⁊ ruinas regū suoꝝ a me. ⁊ ha-bitabo ī medio eoꝝ sp. Tu aūt fili hoīs: ondē domui isrl̕ templū ⁊ ꝯfundant̕ ab iniq̇tatibꝰ suis. ⁊ metiant̕ fabricā. ⁊ erubescant ex oībꝰ q̄ fecerunt. Figurā domꝰ ⁊ fabrice eiꝰ· exitus ⁊ introitus. ⁊ oēm descriptionē eius. ⁊ vni-uersa p̄cepta eius· cūctūq; ordinē eiꝰ. ⁊ oēs leges eiꝰ ondē eis. ⁊ scribe ī oculis eoꝝ· ut cu-stodiāt oēs descriptioēs eiꝰ ⁊ p̄cepta illius. ⁊ faciant ea. Ista ē lex domꝰ ī sūmitate mont̄. Oēs fines eiꝰ ī circuitu· scm̄ scōꝝ est. Hec ē ḡ lex domꝰ. Iste aūt mēsure altaris ī cubito verissimo: q̇ hēbat cubitū ⁊ palmū. In sinu eius erat cubitꝰ. ⁊ cubitꝰ in latitudine. ⁊ de-finitio eiꝰ vsq; ad labiū eiꝰ. ⁊ ī circuitu pal-mus vnꝰ. Hec quoq; erat fossa altaꝛ. Et de sinu terre vsq; ad crepidinē nouissimā duo cubi-ti. ⁊ latitudo cubiti vnius. ⁊ a crepidine mi-nore vsq; ad crepidinē maiorē q̄tuor cubiti. ⁊ latitudo cubiti vniꝰ. Ipse aūt ariel quatu-or cubitoꝝ. ⁊ ab ariel vsq; ad sursū cornua q̄tuor. Et ariel duodecim cubitoꝝ in longi-tudine ꝑ duodeci cubitos latitudinis: qua-drāgulatū equis laterībꝰ. Et crepido q̄tuor-deci cubitoꝝ lōgitudinis ꝑ q̄tuordeci cubi-tos latitudinis ī q̄tuor āgulis eius. ⁊ coro-na in circuitu eiꝰ dimidij cubiti. ⁊ sinus eiꝰ vniꝰ cubiti ꝑ circuitū. Gradꝰ aūt eiꝰ v̄si ad orientē. Et dixit ad me. Fili hoīs· h̄ dic̄ dn̄s deꝰ. Hi sūt ritus altaris in q̄cūq; die fuerit fabricatū: ut offerat̕ sup illud holocaustū ⁊ effūdat̕ sanguis. Et dab̄ sacerdotibꝰ ⁊ leuit̄ qui sūt de semīe sadoch q̇ accedūt ad me· ait dn̄s deꝰ· ut offerant mihi vitulū de armento ꝓ pctō. Et assumēs de sanguine eius pones sup q̄tuor cornua eius ⁊ sup q̄tuor āgulos crepidinis ⁊ sup coronā ī circuitu. ⁊ mūdab̄ illud ⁊ expiabis. Et tolles vitulū q̇ oblatꝰ fuerit ꝓ pctō. ⁊ cōbures eū ī sepato loco do-mꝰ extra scūariū. Et ī die secūda offeres hir-cū capraꝝ īmaculatū ꝓ pctō. ⁊ expiabūt al-tare sic̄ expiauerūt ī vitulo. Cūq; cōpleuer̄ expiās illud· offeres vitulū de armēto īma-culatū. ⁊ arietem de grege īmaculatū. ⁊ offe-res eos ī cōspectu dn̄i. Et mittēt sacerdotes sup eos sal. ⁊ offerent eos ī holocaustū dn̄o. Septē diebꝰ facies hircū ꝓ pctō quotidie. ⁊ vitulū de armēto ⁊ arietē de pecoribꝰ īmacu-latos offerēt. Septē diebꝰ expiabūt altare ⁊ mūdabūt illud. ⁊ iplebūt manū eiꝰ. Expletis aūt septē diebꝰ· in die octaua ⁊ vltra faciēt sacerdotes sup altare holocausta vr̄a. ⁊ q̄ ꝓ pace offerūt. ⁊ placatꝰ ero vob̄· ait dn̄s deꝰ.

ET cōuerti me ad viā XLIIII porte scūarij exterior̄ q̄ respiciebat ad orientem. ⁊ erat clausa. Et dixit dn̄s ad me. Porta hec clausa erit. ⁊ nō apiet̕ ⁊ vir nō trāsiet ꝑ eā· qm̄ dn̄s deꝰ isrl̕ ingres-sus est ꝑ eā: eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea· ut comedat panē corā dn̄o. Per viā porte vestibuli ingrediet̕. ⁊ ꝑ viam eiꝰ egrediet̕. Et adduxit me ꝑ viā porte aqui-lonis in cōspectu domus. ⁊ vidi. ⁊ ecce iple-uit glīa dn̄i domū dn̄i. Et cecidi ī faciē meā ⁊ dixit ad me dn̄s. Fili hoīs: pone cor tuū ⁊ vide oculis tuis. ⁊ auribꝰ tuis audi oīa que ego loq̇r ad te: de vniuersis cerimonijs do-mus dn̄i ⁊ de cūct̄ legibꝰ eius. Et pones cor tuū ī vijs tēpli ꝑ oēs exitꝰ scūarij. ⁊ dices ad exasperātē me domū isrl̕. Hec dic̄ dn̄s deus. Sufficiant vob̄ oīa scelera vr̄a domꝰ isrl̕: eo ꝙ inducit̄ filios alienos īcircūcisos corde. ⁊ īcircūcisos carne· ut sint in scūario meo ⁊ polluant domū meā. ⁊ offertis panes meos adipē ⁊ sanguinē. ⁊ dissoluistis pactū meū ī oībꝰ sceleribꝰ vr̄is. ⁊ nō seruastis p̄cepta san-ctuarij mei. ⁊ posuist̄ custodes obseruationū meaꝝ ī scūario meo vobismetipsis. Hec di-cit dn̄s deꝰ. Oīs alienigena īcircūcisus cor-de ⁊ incircūcisus carne nō ingrediet̕ scūariū meū: oīs filiꝰ alienꝰ q̇ ē ī medio filioꝝ isrl̕. Sz ⁊ leuite q̇ lōge recesserūt a me ī errore filiorū isrl̕. ⁊ errauerūt a me post idola sua ⁊ porta-uerūt iniq̇tatē suā: erūt in scūario meo edi-tui ⁊ ianitores portaꝝ domus. ⁊ ministri do-mus. Ipsi mactabūt holocausta ⁊ victimas ꝑpl̕i. ⁊ ipsi stabūt in cōspectu eoꝝ ut mīstrent eis. Pro eo ꝙ ministrauerunt illis in cōspe-ctu idoloꝝ suoꝝ. ⁊ facti sūt domui isrl̕ ī offen-diculū iniq̇tatis: idcirco leuaui manū meam sup eos ait dn̄s deus. ⁊ portauerūt iniq̇tatē

suā. Et nō appropinq̄būt ad me ut sacerdotio fungāꝛ mihi: neq̄ accedēt ad oē scūariū meū iuxta sancta scōꝝ. ſ3 portabūt cōfusionē suā ⁊ scelera sua q̄ fecerūt. Et dabo eos ianitores domus i oī ministerio eiꝰ. ⁊ vniuersis que fient in ea. Sacerdotes aūt ⁊ leuite filij sadoch: q̄ custodierūt cerimōias scūarij mei cū errarēt filij isrł a me: ipsi accedent ad me ut ministrēt mihi. ⁊ stabūt in cōspectu meo: ut offerāt mihi adipē ⁊ sanguinē ait dn̄s deꝰ. Ipsi ingredienꝛ scūariū meū. ⁊ ipsi accedent ad mēsam meā: ut ministrēt mihi. ⁊ custodiant cerimonias meas. Cūq̄ ingredienꝛ portas atrij interioris. vestibꝰ lineis induēꝛ. nec ascendet sup eos q̄cq̄ laneū: qn̄ ministrāt in portis atrij interioris ⁊ itrinsecꝰ. Uitte linee erūt i capitibꝰ eoꝝ. ⁊ feminalia linea erūt in lūbis eoꝝ. ⁊ nō accingentur in sudore. Cūq̄ egrediēꝛ atriū exteriꝰ ad ppłm. exuēt se vestimētis suis i q̄bꝰ mīstrauerāt. ⁊ reponēt ea in gaçophylatio scūarij ⁊ vestiēt se vestimētis alijs. ⁊ nō scificabūt ppłm i vestibꝰ suis. Caput aūt suū nō radēt. neq̄ comā nutriēt: sed tondētes attōdēt capita sua. Et vinū nō bibet oīs sacerdos qn̄ ingressurꝰ est atriū interius. Et viduā ⁊ repudiatā nō accipiēt vxores: ſ3 ꝟgines de semie domꝰ isrł. S3 ⁊ viduā q̄ fuerit vidua a sacerdote accipient. ⁊ ppłm meū docebūt q̄d sit inꝛ scm̄ ⁊ pollutū. ⁊ inter mūdū ⁊ imūdū oñdēt eis. Et cū fuerit controuersia. stabūt i iudicijs meis ⁊ iudicabūt. Leges meas ⁊ p̄cepta mea i oībꝰ sollēnitatibus meis custodiēt. ⁊ sabbata mea scificabūt. Et ad mortuū hoiem nō ingrediētur ne polluanꝛ: nisi ad patrem ⁊ matrē ⁊ filiū ⁊ filiā ⁊ fratrē ⁊ sororē q̄ alterū virū nō habuerit: i q̄bꝰ ꝯtaminabūꝛ. Et postq̄ fuerit emūdatꝰ. septē dies numerabūꝛ ei. ⁊ i die introitus sui i scūariū ad atriū interiꝰ ut ministret mihi in scūario: offeret pro pctō suo. ait dn̄s deus. Nō erit aūt eis hereditas: ego hereditas eoꝝ. Et possessionē nō dabitis eis i isrł: ego. n. possessio eoꝝ. Uictimā ⁊ ꝓ pctō ⁊ pro delicto ipsi comedēt. ⁊ oē votū i isrł ipsorum erit. Et p̄mitiua oīu3 p̄mogenitorū ⁊ oīa libamēta ex oibus q̄ offerūꝛ: sacerdotū erunt. Et p̄mitiua ciboꝝ vr̄orū dabitis sacerdoti: ut reponat bn̄dictionē domui sue. Oē morticinū ⁊ captū a bestia de auibꝰ ⁊ de pecoribus nō comedent sacerdotes. XLV

Omnēq̄ ceperitis t̄rā diuidē sortito: separate primitias dn̄o scificatū de t̄ra: lōgitudine vigintiq̄nq̄ milia. ⁊ latitudine decē milia. Scificatū erit i oī t̄mino eiꝰ ꝑ circuitū. Et erit ex h̄ oi ꝑte scificatū q̄ngētos ꝑ q̄ngētos quadrifariā ꝑ circuitū. ⁊ q̄nq̄ginta cubitis i suburbana eiꝰ ꝑ gyrū. Et a mēsura ista mēsurab̄ lōgitudinē vigintiq̄nq̄ miliū. ⁊ latitudinē decem miliū. Et in ipso erit tēplū scm̄q̄ scōꝝ: scificatū de terra erit sacerdotibꝰ ministris scūarij: q̄ accedūt ad ministeriū dn̄i. Et erit eis locꝰ in domos ⁊ in scūariū scitatis. Uigintiq̄nq̄ aūt milia lōgitudinis ⁊ decē milia latitudinis. Leuite qui ministrant domui: ipsi possidebūt viginti gaçophylatia. Et possessionē ciuitatis dabitis q̄nq̄ milia latitudinis: ⁊ longitudinis vigintiq̄nq̄ milia. scđm separationē scūarij oī domui isrł. Principi q̄q̄ hinc ⁊ inde i separationē sanctuarij. ⁊ i possessionē ciuitatis ⁊ ꝯ faciē separatiōis scūarij. ⁊ ꝯ faciem possessiōis vrbis a latere maris vsq̄ ad mare. ⁊ a latere oriētis vsq̄ ad orientē. lōgitudinē aūt iuxͣ vnāq̄uāq̄ ꝑtē a termino occidētali vsq̄ ad terminū orientalē: de t̄ra erit ei possessio in isrł. Et nō depopulabūꝛ vltra p̄ncipes populū meū: ſ3 terrā dabūt domui isrł ſ3m tribꝰ eoꝝ. Hec dic̄ dn̄s deꝰ. Sufficiat vob̄ p̄ncipes isrł: iniq̄tatē ⁊ rapinas inꝛmittite. ⁊ iudiciū ⁊ iusticiā facite. Separate ꝯfinia vr̄a a ppło meo. ait dn̄s deꝰ. Statera iusta ⁊ ephi iustū ⁊ batꝰ iustꝰ erit vob̄. Ephi ⁊ batꝰ equalia ⁊ vniꝰ mēsure erunt. ut capiat decimā ꝑtē chori batꝰ ⁊ decimā ꝑtē chori ephi. Iuxͣ mēsurā chori erit eq̄ libratio eoꝝ. Siclꝰ autē viginti obolos h3. Porro vigītī sicli ⁊ vigītiq̄nq̄ sicli ⁊ q̄ndeci sicli minā faciūt. Et he sunt p̄mitie q̄s tolletꝭ. sextā ꝑtē ephi de choro frumenti. ⁊ sextā ꝑtē ephi de choro ordei. Mēsura q̄q̄ olei. Batꝰ olei. decia ꝑs chori ē: q̄a decē bati iplēt chorū. Et arietē vnū de grege ducētoꝝ de his que nutriuit isrł in sacrificiū ⁊ i holocaustū ⁊ i pacifica: ad expiādū ꝓ eis. ait dn̄s deꝰ. Oīs ppłs t̄re tenebiꝛ primitijs his p̄ncipi in isrł. Et sup p̄ncipē erūt holocausta ⁊ sacrificiū ⁊ libamina in sollēnitatibꝰ ⁊ in kalendis ⁊ i sabbatis: i vniuersis sollēnitatibꝰ domꝰ isrł. Ipse faciet ꝓ pctō sacrificiū ⁊ holocaustū ⁊ pacifica: ad expiādū ꝓ domo isrł. Hec dic̄ dn̄s deꝰ. In p̄mo mēse vna mēsis. sumes vitulū de armēto imaculatū. ⁊ expiab̄

sanctuariū. Et tollet sacerdos de sanguie q̄d
erit ꝓ pctō. ⁊ ponet ī postibꝰ domꝰ. ⁊ in q̄tuor
angulis crepidinis altaris. ⁊ in postibꝰ por-
te atrij interioris. Et sic facies ī septia mēsis
ꝓ vnoq̄q̄ q̄ ignorauit ⁊ errore decepꝰ ē. ⁊
expiabis ꝓ domo. In p̄mo mense q̄rtadecia
die mēsis erit vobis pasce sollēnitas. Septē
diebꝰ açima comedēt. Et faciet princeps in
die illa ꝓ se ⁊ ꝓ vniuerso populo terre vitu-
lū ꝓ pctō. Et in septē dieꝝ sollēnitate faciet
holocaustū dn̄o: septē vitulos ⁊ septē arie-
tes īmaculatos quotidie septē diebꝰ. ⁊ pro
pctō hircū capraꝝ. ⁊ sacrificiū ephi ꝑ vitulū
⁊ ephi ꝑ arietē faciet. ⁊ olei hyn ꝑ singula
ephi. Septimo mēse q̄ntadecima die mēsis
ī solēnitate faciet sicut sup̄ dicta sūt ꝑ septem
dies: tam ꝓ pctō q̄z ꝓ holocausto ⁊ in sacri-
ficio ⁊ in oleo. XLVI

Hec dic dn̄s deꝰ. Porta atrij iteriorꝭ
q̄ respicit ad orientem erit clausa sex
diebꝰ in quibꝰ opus fit. Die autē sab-
bati apiet. Sed in die kalendaꝝ aperietur. ⁊
intrabit p̄nceps ꝑ viā vestibuli porte deforꝭ
⁊ stabit in limine porte. Et faciēt sacerdotes
holocaustū eiꝰ ⁊ pacifica eiꝰ. ⁊ adorabit sup
limen porte. ⁊ egrediet. Porta aūt non clau-
det vsq̄ ad vesperā. Et adorabit pp̄ls terre
ad ostiū porte illiꝰ ī sabbatis ⁊ in kalēdis co-
ram dn̄o. Holocaustū autē h̄ offeret p̄nceps
dn̄o in die sabbati: sex agnos īmaculatos
⁊ arietē īmaculatū ⁊ sacrificiū ephi ꝑ arietē.
In agnis aūt sacrificiū q̄d dederit manꝰ eiꝰ
⁊ olei hyn ꝑ singula ephi. In die aūt kalē-
daꝝ vitulū de armēto īmaculatū. ⁊ sex agni
⁊ arietes īmaculati erūt. ⁊ ephi per vitulū:
ephi q̄z ꝑ arietem faciet sacrificiū. De agnis
aūt sic iuenerit manꝰ eiꝰ. ⁊ olei hyn ꝑ singu-
la ephi. Cūq̄ ingressurꝰ est p̄nceps ꝑ viā ve-
stibuli porte ingrediat. ⁊ ꝑ eandē viā exeat.
Et cū intrabit pp̄ls terre in cōspectu dn̄i ī sol
lēnitatibꝰ: q̄ igredit ꝑ portā aq̄lonis ut ado-
ret: egrediat ꝑ viā porte meridiane. Porro
q̄ ingredit ꝑ viā porte meridiane: egrediat
ꝑ viā porte aq̄lonis. Nō reuertet ꝑ viā porte
ꝑ quā ingressus ē: s̄ e regione illiꝰ egrediet.
Princeps aūt ī medio eorū cū ingredientibꝰ
ingredietur. ⁊ cū egredientibus egredietur.
Et in nūdinis ⁊ sollēnitatibꝰ erit sacrificiū
ephi ꝑ vitulū. ⁊ ephi ꝑ arietē. In agnis aūt
erit sacrificiū sicut iuenerit manꝰ eius. ⁊ olei
hyn ꝑ singula ephi. Cū aūt fecerit princeps
spōtaneū holocaustū aut pacifica volūtaria
dn̄o: apiet ei porta q̄ respicit ad orientē. ⁊ fa-
ciet holocaustū suū ⁊ pacifica sua: sicut fieri
solet in die sabbati. ⁊ egrediet claudetq̄ por-
ta postq̄ exierit. Et agnū eiusdē āni imacu-
latū faciet ī holocaustū q̄tidie dn̄o. Sꝑ ma-
ne faciet illud. Et faciet sacrificiū sup eo ca-
tamane mane: sextā ptē ephi. ⁊ de oleo tertiā
partē hyn: ut misceat simile. Sacrificiū dn̄o
legitimū: iuge atq̄ ꝑpetuū. Faciet agnū in sa-
crificiū ⁊ oleū catamane mane holocaustū
sempitnū. Hec dicit dn̄s deꝰ. Si dederit p̄n-
ceps domū alicui de filijs suis: hereditas eiꝰ
filioꝝ suoꝝ erit: possidebūt eam hereditarie.
Si aūt dederit legatū de hereditate sua vni
seruoꝝ suoꝝ: erit illiꝰ vsq̄ ad ānū remissiōis
⁊ reuertet ad p̄ncipē. Hereditas autē eius fi-
lijs eius erit. Et nō accipiet p̄nceps de he-
reditate pp̄li ꝑ violentiā ⁊ de possessiōe eoꝝ:
s̄ de possessiōe sua hereditatē dabit filijs suis
ut nō dispgat pp̄ls meꝰ vnusquisq̄ a possessio-
ne sua. Et introduxit me ꝑ ingressū qui erat
ex latere porte: ī gaçophylatia sanctuarij ad
sacerdotes: q̄ respiciebant ad aq̄lonē. ⁊ erat
ibi locꝰ vergēs ad occidentē. ⁊ dixit ad me.
Iste ē locus vbi coquēt sacerdotes ꝓ pctō ⁊
ꝓ delicto: vbi coquēt sacrificiū: ut non effe-
rant ī atriū exteriꝰ. ⁊ scificet pp̄ls. Et eduxit
me in atriū exteriꝰ. ⁊ circūduxit me ꝑ q̄tuor
angulos atrij. Et ecce atriolū erat in angu-
lo atrij: atriola singula ꝑ angulos atrij. In
q̄tuor āgulis atrij atriola disposita: q̄dragi-
ta cubitoꝝ ꝑ lōgū. ⁊ trigita ꝑ latū. Mensure
vniꝰ q̄tuor erāt. Et paries ꝑ circuitū ambi-
ens quatuor atriola. ⁊ culine fabricate erāt
subter porticꝰ ꝑ gyrū. Et dixit ad me. Hec ē
domꝰ culinaꝝ: in qua coquēt ministri domꝰ
dn̄i victimas pp̄li. XLVII

Et cōuertit me ad portā domꝰ. ⁊ ec-
ce aque egrediebāt subt limē domꝰ
ad orientē. Facies. n. domꝰ respicie-
bat ad oriētē. Aque aūt descēdebāt ī latꝰ tē-
pli dextrū ad meridiē altaris. Et eduxit me
ꝑ viā porte aq̄lonis. ⁊ cōuertit me ad viā fo-
ras portā exteriorē: viā q̄ respiciebat ad ori-
entē. Et ecce aque redūdantes a latē dextro
cū egrederet vir ad orientē: q̄ habebat funi-
culū in manu sua. ⁊ mēsus ē mille cubitos. ⁊
traduxit me ꝑ aquā vsq̄ ad talos. Rursūq̄
mensus est mille. ⁊ traduxit me per aquam
vsq̄ ad genua. Et mēsus ē mille. ⁊ traduxit

me ꝑ aquã vſqꝫ ad renes. Et mẽſus ẽ mĩlle
torrentẽ quem nõ potui ꝑtranſire. qm̃ intu-
muerãt aque ꝓfũdi torrentis q̇ nõ põt trãſ-
uadari. Et dixit ad me. Certe vidiſti fili ho-
minis. Et eduxit me. ⁊ cõuertit ad ripã tor-
rẽtis. Cũqꝫ me cõuertiſſem. ecce ĩ ripa torrẽ-
tis ligna multa nimis ex vtraqꝫ ꝑte. Et ait
ad me. Aque iſte q̃ egrediunt̃ ad tumulos
ſabuli oriẽtalis ⁊ deſcẽdũt ad plana deſerti:
ĩtrabũt mare: ⁊ exibũt. ⁊ ſanabũt̃ aque. Et
oĩs aĩa viuẽs q̃ ſerpit quocũqꝫ venerit tor-
rẽs. viuet. ⁊ erũt piſces multi ſatꝭ poſtq̃ꝫ ve-
nerit illuc aq̃ iſte. Et ſanabũt̃ ⁊ viuẽt oĩa ad
q̃ venerit torrẽs. ⁊ ſtabũt ſuꝑ illa piſcatores
Ab engaddi vſqꝫ ad engallũ ſiccatio ſage-
narũ erit. Plurime ſpẽs erũt piſciũ eiꝰ. ſicut
piſces maris magni multitudĩs nimie. In
littoribꝰ aũt eiꝰ ⁊ in paluſtribꝰ nõ ſanabunt̃:
q̇a in ſalinas dabũt̃. Et ſuꝑ torrentẽ orieť ĩ
ripis eius ex vtraqꝫ parte oẽ lignũ pomiferꝝ.
Nõ defluet foliũ ex eo. ⁊ nõ deficiet fructus
eiꝰ. Per ſingulos menſes afferet primitiua:
q̇a aque eius de ſcũario egrediẽt̃ Et erunt
fructus eiꝰ ĩ cibũ. ⁊ folia eius ad medicinã.
Hec dicit dñs deꝰ. hic ẽ terminꝰ ĩ q̇ poſſidebi-
tis terrã ĩ duodecĩ tribubꝰ iſrl̃: quia ioſeph
duplicẽ funiculũ habet. Poſſidebitis aũt eã
ſinguli eque ut frat̃ ſuꝰ. ſuꝑ quã leuaui ma-
nũ meã ut darẽ pr̃ibꝰ veſtris. Et cadet terra
h̃ vob̃ in poſſeſſionẽ. Hic ẽ aũt terminꝰ terre
ad plagã ſeptẽtrionalẽ a mari magno: via
ethalon venenitibus ſedada emath berotha
ſabarĩ q̃ eſt int̃ terminũ damaſci ⁊ confiniũ
emath domꝰ thicon q̃ ẽ iux̃ terminũ auran:
⁊ erit t̃minꝰ a mari vſqꝫ ad atriũ enon t̃minꝰ
damaſci. ⁊ ab aq̇lone ad aquilonẽ terminꝰ
emath. plaga ſeptẽtrionalis. Porro plaga
orientalis de medio auran ⁊ de medio da-
maſci ⁊ de medio galaad ⁊ de medio t̃re iſrl̃.
iordanis diſterminãs: ad mare oriẽtale me-
tiemini plagã oriẽtalẽ. Plaga aũt auſtralis
meridiana a thamar vſqꝫ ad aq̃s ꝯdictiõis
cades. ⁊ torrens vſqꝫ ad mare magnũ. ⁊ h̃ ẽ
plaga ad meridiẽ auſtralis. Et plaga marꝭ:
mare magnũ a ꝯfinio ꝑ directũ donec veni-
as emath: h̃ ẽ plaga maris. Et diuidetis t̃rã
iſtã vob̃ ꝑ tribꝰ iſrl̃. ⁊ mitteťꝭ eã in hereditatẽ
vobis ⁊ aduenis q̇ acceſſerint ad vos q̇ ge-
nuerint filios ĩ medio vr̃m. ⁊ erũt vob̃ ſicut
indigene int̃ filios iſrl̃. Vobiſcũ diuidẽt poſ-
ſeſſionẽ ĩ medio tribuũ iſrahel. In tribu aũt
q̃cunqꝫ fuerit aduena. ibi dabitis poſſeſſio-
nem illi. ait dñs deus. XLVIII

Et hec noĩa tribuũ a finibꝰ aq̇lonis
iuxta viã ethalon ꝑgentibꝰ emath:
atriũ enon t̃minꝰ damaſci. ab aq̇lo-
ne iux̃ viã emath. ⁊ erit ei plaga orientalis
mare. dan vna. Et a t̃mio dan: a plaga ori-
entali vſqꝫ ad plagã maris. aſer vna. Et ſuꝑ
t̃minũ aſer: a plaga orientali vſqꝫ ad plagã
maris. neptalim vna. Et ſuꝑ t̃minũ neptalĩ
a plaga oriẽtali vſqꝫ ad plagã marꝭ. manaſ-
ſe vna. Et ſuꝑ t̃minũ manaſſe: a plaga oriẽ-
tali vſqꝫ ad plagã marꝭ. effraim vna. Et ſuꝑ
t̃minũ effraĩ: a plaga oriẽtali vſqꝫ ad plagã
marꝭ. ruben vna. Et ſuꝑ t̃minũ ruben: a pla-
ga orientali vſqꝫ ad plagã maris. iuda vna
Et ſuꝑ t̃minũ iuda: a plaga oriẽtali vſqꝫ ad
plagã maris. erũt ꝓmitie quas ſeꝑabitis vi-
gintiq̇nqꝫ milibꝰ calamis latitudinis ⁊ lon-
gitudinis: ſicuti ſingule ꝑtes a plaga orien-
tali vſqꝫ ad plagã maris. Et erit ſanctuariũ
in medio eiꝰ. Primitie q̃s ſeꝑabitꝭ dño: lon-
gitudo vigintiq̇nqꝫ milibꝰ. ⁊ latitudo decem
milibꝰ. He aũt erũt ꝓmitie ſanctuarij ſacer-
dotũ: ad aq̇lonẽ lõgitudinis vigĩtiq̇nqꝫ mi-
lia. ⁊ ad mare latitudinis decẽ milia. Sed ⁊
ad orientẽ latitudinis decẽ milia. ⁊ ad meri-
diem vigintiq̇nqꝫ milia. Et erit ſanctuariũ
dñi ĩ medio eiꝰ. Sacerdotibꝰ ſcũariũ erit de
filijs ſadoch. q̇ cuſtodierũt cerimonias me-
as ⁊ nõ errauerũt cũ errarẽt filij iſrl̃. ſic erra-
uerũt ⁊ leuite. Et erũt primitie de ꝓmitiuis
terre ſcm̃ ſcõꝝ. iuxta terminũ leuitaꝝ. Sꝫ ⁊
leuitꝭ ſilit̃ iuxta fines ſacerdotũ vigĩtiq̇nqꝫ
milia lõgitudinis. ⁊ latitudinis decẽ milia.
Oĩs lõgitudo viginti ⁊ q̇nqꝫ miliũ. ⁊ latitu-
do decẽ miliũ. Et nõ venundabũt ex eo neqꝫ
mutabũt: neqꝫ trãſfereñt ꝓmitie t̃re: q̇a ſcifi-
cate ſũt dño. Quinqꝫ milia aũt que ſuꝑſũt ĩ
latitudine ꝑ vigintiq̇nqꝫ milia: ꝓphana erũt
vrbis ĩ habitaculũ ⁊ ĩ ſuburbana. Et erit ci-
uitas ĩ medio eius. ⁊ he mẽſure eiꝰ. Ad pla-
gam ſeptẽtrionalẽ q̇ngenta ⁊ q̃tuor milia:
⁊ ad plagã meridianã q̇ngenta ⁊ q̃tuor mi-
lia. ⁊ ad plagã orientalẽ q̇ngẽta ⁊ q̃tuor mi-
lia. ⁊ ad plagã occidẽtalẽ q̇ngenta ⁊ q̃tuor
milia. Erũt aũt ſuburbana ciuitatis ad aq̇-
lonẽ ducẽta q̇nq̃ginta. ⁊ ad meridiẽ ducẽta
q̇nq̃ginta. ⁊ ad orientẽ ducẽta q̇nq̃ginta. ⁊
ad mare ducẽta q̇nq̃ginta. Q̇d aũt reliquũ
fuerit in lõgitudine ſcḿ ꝓmitias ſanctuarij

decē milia ī oriētē: ⁊ decē milia in occidentē
erūt sicut primitie sanctuarij. ⁊ erūt fruges
eiꝰ ī panes his q̄ seruiūt ciuitati. Seruiētes
aūt ciuitati opabūt̃ ex oibꝰ tribubꝰ isrl̃. Oēs
ꝑmitie vigintiq̇nq̃ miliū ꝑ vigītiq̇nq̃ milia
ī quadrū·separabunt̃ in ꝑmitias sanctuarij
⁊ ī possessionē ciuitatis. Qd̊ aūt reliquū fue-
rit·ꝑncipis erit ex oī parte primitiaꝝ scūarij
⁊ possessionis ciuitatis e regiōe·vigintiq̇nq̃
miliū primitiaꝝ vsq̃ ad terminū orientalē:
sed ⁊ a mari e regione vigīq̇nq̃ miliū vsq̃
ad terminū maris·similit̃ in partibꝰ princi-
pis erit. Et erunt primitie scūarij ⁊ scūariū
templi ciuitatꝫ in medio eius. De possessione
aūt leuitaꝝ. ⁊ de possessiōe ciuitatis ī medio
partiū ꝑncipis: erit ī terminū iuda ⁊ ī t̃minū
beniamin: ⁊ ad ꝑncipē ptinebit. Et reliq̇s
tribubꝰ erūt tales portiōes: A plaga oriēta
li vsq̃ ad plagā occidētalē· beniamin vna.
Et cōtra terminū beniamin a plaga oriētali
vsq̃ ad plagā occidentalē: symeon vna. Et
sup terminū symeonis a plaga oriētali vsq̃
ad plagam occidētalē: ysachar vna. Et sup
t̃minū ysachar a plaga oriētali vsq̃ ad pla-
gam occidentalē: çabulon vna. Et sup ter-
minū çabulon a plaga orientali vsq̃ ad pla-
gam maris·gad vna. Et super terminū gad
ad plagam austri ī meridiem. ⁊ erit finis de
thamar vsq̃ ad aquas ꝯtradictiōis cades:
hereditas cōtra mare magnū. Hec est terra
quam mittetis ī sortem tribubꝰ israhel ⁊ he
partitiōes earum·ait dominus deus. Et hi
egressus ciuitatꝫ. A plaga septētrionali q̇n-
gentos ⁊ q̄tuor milia mensurabis: ⁊ porte
ciuitatis in oibꝰ tribubꝰ israhel. Porte tres
a septētrione. Porta ruben vna: porta iuda
vna: porta leui vna. Et ad plagam oriētalē
q̇ngētos ⁊ q̄tuor milia. Et porte tres. Por-
ta ioseph vna: porta bēiamī vna: porta dan
vna. Et ad plagam meridianā q̇ngentos ⁊
q̄tuor milia·metierꝭ. Et porte tres. Porta sy-
meonis vna: porta ysachar vna: porta çabu
lon vna. Et ad plagā occidētalē q̇ngētos ⁊
q̄tuor milia. Et porte tres. Porta gad vna:
porta aser vna: porta neptalim vna. Per cir-
cuitū decē ⁊ octo milia. Et nomen ciuitatis
ex illa die: dominus ibidem. Amen.

Explicit Ezechiel ꝓpheta. Incipit prolo-
gus sancti Hieronymi in Danielē ꝓphetā.

DAnielem ꝓphetam iuxta se-
ptuaginta interpretes·dn̄i
saluatoris ecclesie nō legūt
vtentes theodotionis editi-
one. ⁊ h̄ cur acciderit nescio
Siue.n.q̇a sermo chaldaicꝰ
est. ⁊ quibusdā ꝓprietatibus a nr̄o eloquio
discrepat·noluerunt septuaginta interp̄tes
easdē lingue lineas ī trāslatiōe seruare: siue
sub noīe eoꝝ ab alio nescio q̄ nō satis chal-
deā linguā sciēte editꝰ ē liber: siue aliud quid
cause extiterit ig̃rans: h̄ vnū affirmare pos-
sū·q̣ multū a ꝟitate discordet. ⁊ recto iudi-
cio repudiatꝰ sit. Sciendū quippe danielem
maxime ⁊ esdrā hebraic̄ quidē lr̄is ꝫ chal-
deo s̄ mōe ꝯscriptos. ⁊ vnā hieremie perico-
pen: iob q̄ꝫ cū arabica ligua plurimā habe-
re societatē. Deniq̃ ⁊ ego adolescentulꝰ post
q̇ntiliani ⁊ tullij lectionē ac flores rhetori-
cos cū me ī ligue huiꝰ pistrinū reclusissem:
⁊ multo sudore multoq̃ tēpore vix cepissem
anhelātia stridētiaq̃ ꝟba resonare. ⁊ q̄si per
criptā ābulās·rarū desup lumē aspicerē·ipe-
gi nouissime ī danielē. ⁊ tāto tedio affectꝰ sū.
ut desperatiōe subita oēm laborē veterē volu-
erim ꝯtēnere. Uerū adhortāte me q̄dā hebreo
⁊ illud mihi crebriꝰ sua lingua ingerente·la-
bor iprobꝰ oīa vincit: q̇ mihi videbar sciolꝰ
int̃ eos cepi rursus discipulꝰ eē chaldaicus.
Et ut verū fatear·vsq̃ ad p̄ntē diē magꝭ pos-
sū sermonē chaldaicū legē ⁊ itelligē q̄ꝫ sona-
re. Hec idcirco refero ut difficultatē vob̄ da-
nielis ōn̄derē: q̇ apud hebreos nec susanne
habet historiā·nec hymnū triū puerorū nec
belis draconisq̃ fabulas: q̄s nos q̇a ī toto
orbe dispse sūt·veru añ posito easq̃ iugulāte
subiecimꝰ: ne videremur apud impitos ma-
gnā partē voluminis detrūcasse. Audiui ego
quēdā de ꝑceptoribꝰ iudeoꝝ·cū susanne de-
ridēt historiā. ⁊ a greco nescio q̄ eā dicēt eē
cōfictā·illud oppōnē qd̊ origeni q̄ꝫ africanꝰ
opposuit: etymologias has apo thoy chy-
noy chise. ⁊ apo thoy prynoy pryse·de greco
sermōe descēdere. Cuiꝰ rei nos intelligentiā
nr̄is hāc possumꝰ dare·ut verbi gr̄a: dicamꝰ
ꝯtinuo de arbore ilice dixisse eū ilico ꝑeas. ⁊
a lentisco in lentē te cōminuat angelus: uel
nō lente pereas: aut lentꝰ.i. flexibilis ducarꝭ
ad mortē: siue aliud quid ad arboris nomē
cōueniēs. Deinde tantū fuisse ocij tribꝰ pue-
ris cauillabat̃·ut ī camino estuātis incēdij

metro luderent. ꝛ ꝑ ordinē ad laudē dei oia
elemēta ꝓuocarēt: aut qđ miraculū dineqꝫ
aspiratiōis iudiciū uł draconem interfectū
offa picis uel sacerdotū belis machinas de-
prehēsas. q̄ magꝭ prudētia solertis viri q̄ꝫ ꝓ-
phetali eēnt spū ꝑpetrata. Cum ꝟo ad aba-
cbuc veniret. ꝛ de iudea in chaldeā raptū di-
scofoꝝ lectitaret: q̄rebat exēplū vbi legisse-
mus i toto veti testamēto queꝙ̄ scōꝝ ḡui vo-
lasse corꝑe. ꝛ i pūcto vni⁹ hore tāta traꝝ spa-
tia trāsisse. Cui cū q̇dā e nr̄is satꝭ ad loquen-
dū ꝓmptul⁹ ezechielē adduxisset i mediū. ꝛ
dicēt eū de chaldea i iudeā fuisse trāslatū. de-
risit hoiem ꝛ ex ipso voluīe demōstrauit eze-
chielē i spū se vidisse trāspositū. Deniqꝫ ꝛ apo-
stolū nr̄m videlꝫ ut eruditū virū ꝛ q̇ legē ab
hebreis didicisset nō fuisse ausū affirmare se
raptū in corꝑe. ſ dixisse: siue in corꝑe siue ex̄
corp⁹. nescio. de⁹ scit. His ꝛ talib⁹ argumētꝭ
apocryphas i libro eccłie fabulas arguebat
Suꝑ q̄ re lectoris arbitrio iudiciū derelin-
quēs illud āmoneo nō haberi danielē apud
hebreos inť ꝓphās: ſ inť eos q̇ agiographa
ꝯscripserūt. In tres siquidē ꝑtes ois ab eis
scriptura diuidiť: i legem. i ꝓphās. ꝛ i agio-
grapha. i. in q̇nqꝫ ꝛ octo ꝛ i vndecim libros.
de q̇ nō ē hui⁹ tꝑis disserē. Que aūt ex h̄ ꝓ-
phetа. imo ꝯ hūc librū porphyrius obijciat.
testes sūt methodi⁹ euseb⁹ ꝛ apollinaris. qui
multis ꝟsuū milib⁹ ei⁹ vesanie rn̄dentes ne-
scio an curioso lectori satisfecerint. Vn̄ obse-
cro vos o paula ꝛ eustochiū fūdatꝭ ꝓ me ad
dn̄m p̄ces. ut q̄ꝫdiu in h̄ corpusculo sū. scri-
bam aliq̇d gratū vobis: vtile eccłie: dignū
posteris. Presentiū quippe iudicijs oblatrā-
tiū non satis moueor: qui in vtrāqꝫ ꝑtē. aut
amore labuntur. aut odio.

Explicit prologus. Incipit
Daniel ꝓpheta. Capłm I

ANno tertio
regni ioachin regꝭ iuda
venit Nabuchodonosor
rex babylōis irłm ꝛ ob-
sedit eā: ꝛ tradidit dn̄s i
manu ei⁹ ioachin regē iude ꝛ ꝑtē vasoꝝ do-
mus dei. ꝛ asportauit ea i ťrā sennaar i domū
dei sui: ꝛ vasa intulit i domū thesauri dei sui.
Et ait rex aphanez p̄posito eunuchoꝝ ut in-
troducēt de filijs isrł ꝛ de semie regio ꝛ tyrā-
noꝝ pueros i q̇b⁹ nulla eēt macula: decoros
forma ꝛ eruditos oi sapia. cautos scia ꝛ do-
ctos disciplina. ꝛ q̇ possent stare i palatio re-
gis: ut doceret eos lrās ꝛ linguā chaldeorū.
Et ꝯstituit eis rex annonā ꝑ singulos dies
de cibis suis ꝛ vino vnde bibebat ipe. ut enu-
triti trib⁹ annis postea starēt i cōspectu regꝭ.
Fuerūt ḡ inť eos de filijs iude. daniel ana-
nias misahel ꝛ azarias. Et iposuit eis p̄posi-
tus eunuchoꝝ noīa: danieli balthasar: ana-
nie sidrac. misaheli misac. ꝛ azarie abdena-
go. Proposuit aūt daniel i corde suo ne pol-
lueretur de mēsa regis neqꝫ de vino potus ei⁹:
ꝛ rogauit eunuchoꝝ p̄positū ne cōtamiaretur.
Dedit autē deus danieli gratiam ꝛ miām in
conspectu p̄ncipis eunuchoꝝ. Et ait p̄nceps
eunuchoꝝ ad danielem. Timeo ego dominū
meū regē q̇ cōstituit vobis cibū ꝛ potū: qui si
viderit vultus vr̄os macilētiores p̄ ceteris
adolescētib⁹ coeuis vr̄is. cōdēnabitis caput
meū regi. Et dixit daniel ad malassar quem
ꝯstituerat p̄nceps eunuchorū suꝑ danielem
ananiā misahelem ꝛ azariam. Tempta nos
obsecro seruos tuos dieb⁹ decē. ꝛ dentur nob̄
legumina ad vescendū ꝛ aqua ad bibēdū. ꝛ
ꝯtēplare vult⁹ nr̄os ꝛ vultus pueroꝝ q̇ ve-
scūtur cibo regio. ꝛ sic videris. facies cū seruis
tuis. Qui audito sermōe h⁹cemōi. tēptauit
eos dieb⁹ decē. Post dies aūt decē apparue-
rūt vultus eoꝝ meliores ꝛ corpulentiores
p̄ oib⁹ pueris q̇ vescebātur cibo regio. Porro ma-
lassar tollebat cibaria ꝛ vinū potus eoꝝ: da-
batqꝫ eis legumīa. Pueris aūt his dedit de⁹
sciam ꝛ disciplinā in oī libro ꝛ sapia. danie-
li aūt intelligētiā oiuꝫ visionū ꝛ somniorū.
Cōpletis itaqꝫ dieb⁹ post q̄s dixerat rex ut
introducerentur: itroduxit eos p̄posit⁹ eunu-
choꝝ in conspectu nabuchodonosor. Cumqꝫ
eis locutus fuisset rex: nō sūt inuēti tales de
vniuersis ut daniel ananias misahel ꝛ aza-
rias. Et steterūt i ꝯspectu regꝭ. ꝛ oē ꝟbū sapie
ꝛ intellect⁹ qđ sciscitat⁹ ē ab eis rex: inuenit
i eis decuplū suꝑ cūctos ariolos ꝛ magos q̇
erant in vniuerso regno ei⁹. Fuit aūt daniel
vsqꝫ ad annū primū cyri regis. II

IN āno secūdo regni nabuchodonosor
vidit nabuchodonosor somniū. ꝛ con-
territ⁹ ē spūs eius. ꝛ somniū eius fugit
ab eo. Precepit aūt rex ut cōuocarētur arioli
ꝛ magi ꝛ malefici ꝛ chaldei: ut idicarēt regi

somnia sua. Qui cũ venissent steterunt corã rege. ⁊ dixit ad eos rex. Uidi somniũ. ⁊ mẽte confusus ignoro qd viderim. Rñderũtq̧ chaldei regi syriace. Rex in sempiťnũ viue. Dic somniũ seruis tuis. ⁊ interꝑtationẽ ei⁹ indicabim⁹. Et rñdẽs rex ait chaldeis. Sermo recessit a me. Nisi indicaueritꝭ mihi somniũ ⁊ cõiecturã eius: ꝑibitis vos. ⁊ domus vestre publicabũť. Si aũt somniũ ⁊ cõiecturam ei⁹ narraueritis: ꝓmia ⁊ dona ⁊ honorẽ multũ accipietꝭ a me. Sõniũ igiť ⁊ interꝑtationẽ eius indicate mihi. Rñderũt secundo atq̧ dixerũt: Rex somniũ dicat seruis suis: ⁊ interꝑtationẽ ei⁹ indicabim⁹. Rñdit rex ⁊ ait. Certe noui ꝙ tẽp⁹ redimitꝭ: sciẽtes ꝙ recesserit a me sermo. Si ḡ somniũ nõ indicaueritꝭ mihi: vna ẽ de vob̄ sentẽtia. ꝙ interꝑtationẽ q̧ꝫ fallacẽ ⁊ deceptiõe plenã cõposueritis. ut loq̄mini mihi donec temp⁹ ꝑtranseat. Sõniũ itaq̧ dicite mihi: ut sciam ꝙ inťpretationẽ q̧ꝫ ei⁹ verã loq̄mi. Rñdentes ḡ chaldei corã rege dixerũt. Nõ ẽ hõ sup ťrã. q̇ sermonẽ tuũ rex possit iplere: ſ; neq̧ regũ q̇sꝙ̄ magn⁹ ⁊ potẽs ꝟbũ h⁹cemodi sciscitať ab oi ariolo ⁊ mago ⁊ chaldeo. Sermo. n. quẽ tu q̄ris rex. ḡuis ẽ. nec repieť q̇sꝙ̄ q̇ indicet illũ i ꝯspectu regis: exceptis dijs q̄x nõ ẽ cũ hoibus cõuersatio. Quo audito: rex i furore ⁊ i ira magna ꝓcepit ut ꝑirent oẽs sapiẽtes babylonis. Et egressa sñia. sapiẽtes inťficiebãť: querebaturq̧ daniel ⁊ socij eius ut perirent. Tũc daniel req̇siuit de lege atq̧ sentẽtia ab arioch ꝑncipe militie regis: q̇ egressus fuerat ad interficiẽdos sapiẽtes babylonis. Et inťrogauit eũ q̇ a rege ꝑtãtẽ accepat: quam ob causam tam crudelis sñia a facie regis eẽt egressa. Cũ ḡ rẽ indicasset arioch danieli: daniel ingressus rogauit regẽ ut tẽp⁹ daret sibi ad solutionẽ indicãdã regi. Et ingressus ẽ domũ suã: ananieq̧ ⁊ misaheli ⁊ açarie socijs suis indicauit negociũ ut q̄rerẽt mĩam a facie dei celi sup sacramẽto isto. ⁊ non perirẽt daniel ⁊ socij ei⁹ cũ ceteris sapientibus babylonis. Tũc danieli mysteriũ ꝑ visionẽ nocte reuelatũ ẽ. Et benedixit daniel deum celi. ⁊ locut⁹ ait. Sit nomẽ dñi bñdictũ a seculo ⁊ vsq̧ i seculũ: q̇a sapia ⁊ fortitudo ei⁹ sũt. ⁊ ipse mutat tꝑa ⁊ etates. Trãsfert regna atq̧ ꝯstituit: dat sapiam sapientib⁹. ⁊ sciam intelligẽtib⁹ disciplinã. Ipse reuelat ꝓfũda ⁊ abscõdita. ⁊ nouit i tenebris ꝯstituta. ⁊ lux cũ eo ẽ. Tibi deus patrũ nr̄oꝝ confiteor teq̧ laudo: q̇a sapiam ⁊ fortitudinẽ dedisti mihi. ⁊ nũc ostẽdisti mihi q̄ rogauim⁹ te: quia sermonẽ regis apuisti nobis. Post hec daniel ingressus ad arioch quem ꝯstituerat rex ut ꝑderet sapiẽtes babylonis. sic ei locutus est. Sapiẽtes babylõis ne ꝑdas. Introduc me i ꝯspectũ regꝭ. ⁊ solutionẽ regi narrabo. Tũc arioch festinus introduxit danielẽ ad regẽ: ⁊ dixit ei. Inueni hoiem de filijs trãsmigrationis iude q̇ solutionẽ regi annũciet. Rñdit rex ⁊ dixit danieli cui⁹ nomẽ erat balthasar. Putas ne vere potes mihi indicare somniũ qḋ vidi ⁊ interꝑtationẽ ei⁹? Et rñdẽs daniel corã rege ait. Mysteriũ qḋ rex interrogat sapiẽtes magi ⁊ arioli ⁊ aruspices nequeũt indicare regi: ſ; ẽ de⁹ in celo reuelans mysteria q̇ indicauit tibi rex nabuchodonosor que ventura sũt nouissimis tꝑib⁹. Somniũ tuũ ⁊ visiões capitis tui in cubili tuo h⁹cemodi sũt. Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo q̇d esset futuꝝ p⁹ hec. ⁊ q̇ reuelat mysteria ostẽdit tibi que vẽtura sũt. Mihi q̧ꝫ nõ in sapia q̄ ẽ in me plusꝙ̄ in cũctis viuẽtibus: sacr̄m h̄ reuelatũ est. ſ; ut interꝑtatio regi manifesta fieret ⁊ cogitatiões mẽtis tue scires. Tu rex videbas. ⁊ ecce q̄si statua vna grandis. Statua illa magna ⁊ statura sublimis stabat ꝯ̄ te. ⁊ ituit⁹ ei⁹ erat ťribilis. Hui⁹ statue caput ex auro optimo erat. pect⁹ aũt ⁊ brachia de argẽto: porro vẽter ⁊ femora ex ere: tibie aũt ferree: pedũ q̄dã ꝑs erat ferrea. q̄dã aũt fictilis. Uidebas ita: donec abscisus ẽ lapis de mõte sine mãib⁹ ⁊ ꝑcussit statuã i pedib⁹ ei⁹ ferreis ⁊ fictilib⁹. ⁊ cõminuit eos. Tũc ꝯtrita sũt pariť. ferrũ testa es argẽtũ ⁊ aurũ. ⁊ redacta q̄si in fauillã estiue aree que rapta sũt vẽto: nullusq̧ locus iuẽtus ẽ eis. Lapis aũt q̇ ꝑcusserat statuã fact⁹ ẽ mons magn⁹. ⁊ ipleuit vniuersam terrã. Hoc ẽ somniũ. interꝑtationẽ q̧ꝫ ei⁹ dicem⁹ corã te rex. Tu rex regũ es. ⁊ de⁹ celi regnũ ⁊ fortitudinẽ ⁊ iperiũ ⁊ gloriã dedit tibi. ⁊ oia i q̇b⁹ habitãt filij hoiuꝫ ⁊ bestie agri volucres q̧ꝫ celi dedit i manu tua. ⁊ sub ditiõe tua vniuersa cõstituit. Tu es ḡ caput aureũ. Et p⁹ te cõsurget regnũ aliud min⁹ te argẽteũ. ⁊ regnũ tertiũ aliud ereũ qḋ impabit vniuerse ťre. ⁊ regnũ q̄rtũ erit velut ferreũ. Quõ ferꝝ comminuit ⁊ domat oia: sic cõminuet ⁊ cõteret oia hec. Porro q̇a vidisti pedum ⁊ digitorũ

partē testeā figuli ⁊ partē ferreā : regnū di/
uisū erit qđ tn̄ de plātario ferri orief. Scđm
ꝙ vidisti ferrū mixtū teste ex luto ⁊ digitos
pedū ex pte ferreos. ⁊ ex pte fictiles: ex parte
regnū erit solidū. ⁊ ex pte cōtritū. Qđ aūt vi/
disti ferrū mixtū teste ex luto : cōmiscebunf
q̊dē humano semini ſ nō adherebūt sibi·si/
cuti ferrū misceri nō pōt teste. In dieb⁹ autē
regnoꝝ illoꝝ suscitabit de⁹ celi regnū qđ in
etnū nō dissipabif. ⁊ regnū ei⁹ alteri ꝑplo nō
tradef. Cōminuet aūt ⁊ consumet vniuersa
regna hec. ⁊ ipsū stabit in etnū. Scđm ꝙ vi/
disti ꝙ de mōte absciſ⁹ ē lapis sine manib⁹:
⁊ cōminuit testā ⁊ ferꝝ ⁊ es ⁊ argētū ⁊ auꝝ:
de⁹ magn⁹ ostēdit regi q̄ ventura sūt postea. ⁊
verū ē somniū ⁊ fidelis interptatio ei⁹. Tūc
rex nabuchodonosor cecidit i faciē suā. ⁊ da/
nielē adorauit. ⁊ hostias ⁊ incensū pcepit ut
sacrificarēt ei. Loquēs g̊ rex ait danieli. Ve/
re de⁹ vester de⁹ deoꝝ ē. ⁊ dn̄s regū reuelans
mysteria· qm̄ tu potuisti apire h̄ sacramētū.
Tūc rex danielē i sublime extulit. ⁊ munera
multa ⁊ magna dedit ei. Et cōstituit eū pn/
cipem sup oēs ꝓuincias babylonis. ⁊ pfectū
⁊ magistrū sup cūctos sapiētes babylonis.
Daniel aūt postulauit a rege. ⁊ cōstituit sup
opa ꝓuincie babylōis sidrac misac ⁊ abde/
nago. Ipse aūt daniel erat in foribus regis.

III

Nabuchodonosor rex fecit statuā aureā altitudine cubitoꝝ se/
xaginta: latitudine cubitorum sex. ⁊
statuit eā i cāpo duran ꝓuincie babylonis.
Itaqꝫ nabuchodonosor rex misit ad ꝯgregā/
dos satrapas mg̃rat⁹ ⁊ iudices· duces ⁊ ty/
rānos ⁊ prefectos oēsqꝫ pncipes regionū: ut
cōuenirēt ad dedicationē statue quā erexe/
rat nabuchodonosor rex. Tūc cōgregati sūt
satrape mg̃rat⁹ ⁊ iudices duces ⁊ tyrāni ⁊
optimates q̇ erāt i ptātib⁹ ꝯstituti ⁊ vniuer/
si pncipes regionū ut cōuenirent ad dedica/
tionē statue quā erexerat nabuchodonosor
rex. Stabāt aūt i ꝯspectu statue quā posue/
rat nabuchodonosor rex. ⁊ pco clamabat va
lenf. Vob dicif ꝑplis tribub⁹ ⁊ linguis: i ho/
ra q̄ audieritꝭ sonitū tube ⁊ fistule ⁊ cithare
sambuce ⁊ psalterij ⁊ symphonie ⁊ vniuersi
generis musicoꝝ: cadentes adorate statuā
aureā quā ꝯstituit nabuchodonosor rex. Si
q̇s aūt nō ꝓstrat⁹ adorauerit· eadē hora mit
tef i fornacē ignis ardētis. Post h̄ igif sta/
tim ut audierunt oēs ꝑpli sonitū tube fistule
⁊ cithare sambuce ⁊ psalterij symphonie ⁊
oīs generis musicoꝝ: cadētes oēs ꝑpli trib⁹
⁊ lingue adorauerūt statuā aureā quā ꝯsti/
tuerat nabuchodonosor rex. Statiqꝫ in ipso
tpe accedētes viri chaldei accusauerūt iude/
os· dixerūtqꝫ nabuchodonosor regi. Rex in
etnū viue. Tu rex posuisti decretū ut oīs hō
q̇ audierit sonitū tube fistule ⁊ cithare sam/
buce ⁊ psalterij ⁊ symphonie ⁊ vniuersi ge/
neris musicoꝝ· ꝓsternat se ⁊ adoret statuā
aũt faciebant oẽs sacerdotes dũ consumareꝛ

sacrificiũ ionatha inchoãte: ceterĩ aũt respon-
dentib⁹. Et neemie erat oratio hũc hñs mo-
dũ. Dñe deus oiũ creator terribilis ꝛ fortis
iust⁹ ꝛ misericors q̇ solus es bon⁹ rex: solus
prestans. sol⁹ iustus ꝛ oipotens ꝛ etn⁹. q̇ libe-
ras isrl' de oi malo: q̇ fecisti patres electos. ꝛ
sanctificasti eos: accipe sacrificiũ ꝑ vniuerso
ꝑplo tuo isrl'. ꝛ custodi partẽ tuã ꝛ sanctifica
Congrega dispersionẽ nostrã: libera eos qui
seruiũt gentib⁹. ꝛ ꝯtemptos ꝛ abbominatos
respice. ut sciant gentes quia tu es de⁹ noster
Afflige opprimẽtes nos. ꝛ ꝯtumeliã faciẽtes
in sup̲bia. Cõstitue ꝑplm tuũ i loco scõ tuo:
sicut dixit moyses. Sacerdotes aũt psalle-
bãt hymnos: vsqꝫ quo ꝯsumptũ eẽt sacrificiũ
Cũ aũt ꝯsũptũ esset sacrificiũ. ex residua aq̃
neemias iussit lapides maiores p̲fundi. Q̇d
ut factũ ẽ. ex eis flãma accensa est: sed ex luie
q̇d refulsit ab altari ꝯsũpta est. Ut ṽo mani-
festata ẽ res. renũciatũ ẽ regi persaꝝ ꝙ i loco
in q̇ ignẽ absconderãt hi q̇ trãslati fuerãt sa-
cerdotes. aq̃ apparuit: de qua neemias ꝛ qui
cũ eo erãt purificauerũt sacrificia. Conside-
rans aũt rex ꝛ rẽ diligent̃ examinans. fecit ei
templũ ut ꝓbaret q̇d factũ erat. Et cũ ꝓbas-
set. sacerdotibus donauit multa bona ꝛ alia
atqꝫ alia munera. ꝛ accipiens manu sua tri-
buebat eis. Appellauit aũt neemias hũc lo-
cum nepthar: q̇d inťpretat̃ purificatio. Vo-
catur aũt apud plures nephi. II

Inuenit̃ aũt in descriptionib⁹ hieremie
ꝓphe ꝙ iussit eos ignẽ accipe q̇ trãsmi-
grabant̃ ut significatũ est. ꝛ ut manda-
uit transmigratis. Et dedit illis legẽ ne obli-
uiscerent̃ p̃cepta dñi. ꝛ ut nõ exerrarent men-
tib⁹ vidẽtes simulacra aurea ꝛ argẽtea ꝛ or-
namẽta eoꝝ. Et alia huiusmodi dicẽs horta-
bat̃. ne legẽ amouerẽt a corde suo. Erat aũt i
ipsa scriptura: quõ tabnaculũ ꝛ archã iussit
ꝓpha diuino r̃nso ad se facto comitari secum
vsqꝫ q̇ exijt in mõtẽ: in q̇ moyses ascẽdit ꝛ vi-
dit dei hereditatẽ. Et veniens ibi hieremias
inuenit locũ spelũce. ꝛ tabernaculũ ꝛ archã ꝛ
altare incensi intulit illuc. ꝛ ostiũ obstruxit.
Et accesserũt q̇dã sil' q̇ sequebãt̃ ut notarent
sibi locũ. ꝛ non potuerũt inuenire. Ut aũt co-
gnouit hieremias. culpãs illos dixit ꝙ ignot⁹
erit loc⁹ donec congreget deus cõgregationẽ
ꝑpli. ꝛ ꝓpiti⁹ fiat. Et tũc dñs oñdet h̃. ꝛ ap-
parebit maiestas domini. ꝛ nubes erit sicut ꝛ
moysi manifestabatur. ꝛ sicut cum salomon
petijt ut locus scificaret̃ magno deo manife-
stabat h̃. Magnifice eteni sapiam tractabat
ꝛ ut sapiam habens. obtulit sacrificiũ dedi-
catiõis ꝛ ꝯsũmatiõis tẽpli. Sicut ꝛ moyses
orabat ad dñm. ꝛ descẽdit ignis de celo ꝛ cõ-
sũpsit holocaustũ: sicut ꝛ salomon orauit. ꝛ
descendit ignis de celo. ꝛ ꝯsumpsit holocau-
stum. ꝛ dixit moyses eo ꝙ non sit comestũ q̇d
erat ꝓ pctõ. ꝛ cõsumptũ ẽ. Similiter ꝛ salo-
mon octo dieb⁹ celebrauit dedicationẽ. In-
ferebant̃ aũt in descriptionib⁹ ꝛ cõmentarijs
neemie h̃ eadẽ. ꝛ qualit̃ ꝯstruens bibliothe-
cam cõgregauit de regionib⁹ libros. ꝛ ꝓphe-
tarũ ꝛ dauid. ꝛ epistolas regũ ꝛ de donarijs
Silit̃er aũt ꝛ iudas ea q̃ didicerat p̲ bellũ q̇d
nobis acciderat ꝯgregrauit oia. ꝛ sunt apud
nos. Si ḡ desideratis h̃: mittite q̇ p̲ferãt vo-
bis. Acturi itaqꝫ purificationẽ scripsim⁹ vo-
bis. Bene ḡ facietis: si egeritis hos dies. De⁹
aũt qui liberauit ꝑplm suũ ꝛ reddidit heredi-
tatẽ oib⁹. ꝛ regnũ ꝛ sacerdotiũ ꝛ scificationẽ
sicut ꝓmisit i lege: spam⁹ ꝙ cito nr̃i miserebit̃
ꝛ congregabit de sub celo i locũ sanctũ. Eri-
puit eni nos de magnis p̲iculis. ꝛ locũ pur-
gauit. De iuda ṽo machabeo ꝛ frib⁹ ei⁹. ꝛ de
tẽpli magni purificatiõe ꝛ de are dedicatiõe:
s̃ ꝛ de p̃lijs q̃ pertinent ad antiochũ nobilẽ. ꝛ
filiũ ei⁹ eupatorẽ. ꝛ de illuminationib⁹ q̃ de
celo facte sũt ad eos q̇ ꝓ iudeis fortit̃ fecerũt
ita ut vniuersam regionẽ cũ pauci eẽnt vin-
dicarent. ꝛ barbarã multitudinẽ fugarent. ꝛ
famosissimũ in toto orbe tẽplũ recup̲arent. ꝛ
ciuitatẽ liberarẽt: ut leges que abolite erãt
restituerent̃ dño cũ oi tranq̃llitate ꝓpitio fa-
cto illis. Itẽqꝫ ab iasone cyreneo. qnqꝫ libris
cõprehẽsa tẽptauim⁹ nos vno volumie bre-
uiare. Cõsiderãtes .n. multitudinẽ librorũ ꝛ
difficultatẽ volentib⁹ aggredi narratiões hi-
storiaꝝ. ꝓpt̃ multitudinẽ rerũ curauim⁹ vo-
lentib⁹ q̇dẽ legere ut esset ai oblectatio: stu-
diosis ṽo ut facili⁹ possint memorie cõmẽda-
re: omnib⁹ aũt legentib⁹ vtilitas cõferat̃. Et
nobis q̇dẽ ipsis q̇ h̃ op⁹ breuiãdi cã suscepi-
mus non facilẽ laborẽ: imo ṽo negociũ ple-
nũ vigiliarũ ꝛ sudoris assũpsim⁹. Sicut hi q̇
p̃parãt cõuiuiũ. ꝛ q̃rũt alioꝝ volũtati parẽ:
ꝓpt̃ multoꝝ grãm libent̃ laborẽ sustinem⁹:
veritatẽ q̇dẽ de singulis autoribus cõceden-
tes: ipsi aũt s̃m datã formã breuitati studen-
tes. Sicut .n. noue domus architecto de vni-
uersa structura curandũ est. ei ṽo q̇ pingere

curat q̄ apta sūt ad ornatū exq̄renda sūt: ita
estimandū est ⁊ in nobis. Etenim intellectū
colligere ⁊ ordinare sermonē. ⁊ curiosi⁹ ꝑtes
singulas quasq; disq̄rere· historie ꝯgruit au-
tori: breuitatē ꝟo dictionis sectari. ⁊ execu-
tiōes rex vitare· breuiāti cōcedēdū ē. Hinc ḡ
narrationē incipiem⁹· de ꝑfatiōe tantū dixisse
sufficiat. Stultū eteni est añ historiā effluere:
in ipsa aūt historia succingi. III

IGitur cū scā ciuitas habitaret in omni
pace: leges aūt adhuc optime custodi-
rent ꝓpter onie pōtificis dispositionē ⁊
pietatē ⁊ aīos odio hñtes mala: fiebat ut ⁊
ipsi reges ⁊ principes locū sūmo honore di-
gnū ducerēt. ⁊ templū maximis muneribus
illustrarent: ita ut seleuc⁹ asie rex de redditib⁹
suis ꝑstaret oēs sumpt⁹ ad ministeriū sacrifi-
cioꝝ ꝑtinētes. Symō aūt de tribu beniamin
ꝑposit⁹ tēpli constitut⁹· ꝯtendebat obsistente
sibi principe sacerdotū iniquū aliquid in ci-
uitate moliri. Sed cū vincere oniā nō posset
venit ad apolloniū tharsee filiū q̄ illo tēpore
erat dux celesyrie ⁊ phenicis. ⁊ nūciauit ei pe-
cunijs īnumerabilib⁹ plenū esse erariū hiero
solymis. ⁊ cōmunes copias imēsas eē q̄ nō
ꝑtinēt ad rationē sacrificioꝝ: esse aūt possibi-
le sub potestate regis cadere vniuersa. Cūq;
retulisset ad regē apolloni⁹ de pecunijs q̄ dela
te erāt: ille accitū heliodoꝝ q̄ erat sup negō-
cia eius: misit cū mādatis ut ꝑdictā pecuniā
trāsportaret. Statiq; heliodor⁹ iter ē aggres-
sus: specie quidē q̄si ꝑ celesyriā ⁊ phenicē ciui-
tates esset peragratur⁹: reuera aūt regis pro-
positū ꝑfectur⁹. Sed cū venisset hierosolymā
⁊ benigne a sūmo sacerdote in ciuitate esset
except⁹: narrauit de dato indicio pecuniaꝝ ⁊
cui⁹ rei gratia adesset aperuit. Interrogabat
aūt si vere hec ita essent. Tūc sūm⁹ sacerdos
ońdit deposita eē hec ad victualia viduaꝝ ⁊
pupilloꝝ: quedā ꝟo esse hircani thobie viri
valde eminentis: in his q̄ detulerat impius
symō: vniuersa aūt argēti talēta eē quadrin-
gēta. ⁊ auri ducēta: decipi ꝟo eos q̄ credidis-
sent loco ⁊ tēplo qd̄ ꝑ vniuersū mūdū hono-
rat· ꝓ sui veneratiōe ⁊ scitate· oio impossibile
eē. At ille ꝓ his q̄ habebat i mādatis a rege· di-
cebat oi genere regi ea eē deferēda. Cōstituta
aūt die intrabat de his heliodor⁹ ordinatur⁹.
Non modica ꝟo per vniuersam ciuitatē erat
trepidatio. Sacerdotes autē ante altare cū
stolis sacerdotalibus iactauerūt se. ⁊ inuo-
cabant de celo eū q̄ de depositis legem posuit:
ut his q̄ deposuerāt ea salua custodiret. Iam
ꝟo q̄ videret sūmi sacerdotis vultū· mēte vul-
nerabat. Facies. n. ⁊ color imutat⁹· declara-
bat internū aī dolorem. Circūfusa. n. erat me-
sticia quedā viro. ⁊ horror corporis: per quē
manifest⁹ aspiciētib⁹ dolor cordis ei⁹ efficie-
bat. Alij etiā cōgregati de domib⁹ cōfluebāt
publica supplicatiōe obsecrātes: ꝓ eo q̄ i cō-
tēptū locus esset ventur⁹. Accincteq; mulie-
res cilitijs pectus ꝑ plateas confluebāt: s̄ ⁊
ꝟgines q̄ concluse erāt· ꝓcurrebāt ad oniā:
alie aūt ad muros: q̄dā ꝟo ꝑ fenestras aspi-
ciebāt: vniuerse aūt ꝓtendentes man⁹ in celū
deprecabant. Erat eni misera cōmixte multi-
tudinis ⁊ magni sacerdotis i agone ꝯstituti
expectatio. Et hi quidē inuocabāt oipotentē
deū: ut credita sibi his qui crediderāt cum oī
integritate conseruarēt. Heliodor⁹ aūt qd̄ de-
creuerat ꝑficiebat· eodē loco ipse cū satelliti-
bus circa erariū ꝑsens. Sed spūs omnipotētis
dei magnam fecit sue ostensiōis euidentiam:
ita ut oēs q̄ ausi fuerāt parere ei· ruentes dei
ꝟtute· in dissolutionē ⁊ formidinem ꝯuerte-
rent. Apparuit. n. illis q̄dā equus· terribilē
hñs sessorē optimis opimētis adornat⁹· isq;
cū impetu heliodoro ꝑores calces elisit. Qui
autē ei sedebat videbat arma habere aurea.
Alij etiā apparuerūt duo iuuenes ꝟtute de-
cori· optimi glīa· speciosiq; amictu: q̄ circūste-
terūt eū ⁊ ex vtraq; ꝑte flagellabāt· sine int-
missiōe multis plagis ꝟberātes. Subito aūt
heliodor⁹ cōcidit in t̄rā· eūq; multa caligine
circūfusū rapuerunt: atq; in sella gestatoria
positū eiecerūt. Et is q̄ cū multis cursoribus
⁊ satellitib⁹ ꝑdictū ingressus est erariū· por-
tabatur nullo sibi auxiliū ferente: manifesta
dei cognita virtute. Et ille q̄dē ꝑ diuinā ꝟtu-
tem iacebat mutus atq; oi spe ⁊ salute ꝑuat⁹.
Hi aūt dñm benedicebāt: q̄a magnificabat
locū suū. ⁊ templū qd̄ paulo ante timore ac
tumultu erat plenū· apparēte oipotente dño
gaudio ⁊ leticia impletū est. Tūc ꝟo ex ami-
cis heliodori quidā rogabāt ꝯfestim oniam
ut inuocaret altissimū: ut vitā donaret ei· qui
in supmo spū erat cōstitut⁹. Cōsiderās autē
sūm⁹ sacerdos ne forte rex suspicaret malitiā
aliquam ex iudeis circa heliodorum consū-
matam· obtulit ꝓ salute viri hostiā salutarē.
Cūq; sūm⁹ sacerdos exoraret: ijdē iuuenes
eisdem vestibus amicti astantes heliodoro

dixerūt. Onie sacerdoti grās age. Nā ppter eū dñs tibi vitā donauit. Tu aūt a deo flagellat⁹: nūcia oib⁹ magnalia dei ⁊ ptātē. Et his dictis nō cōparuerūt. Heliodor⁹ aūt hostia deo oblata. ⁊ votis magnis pmissis ei q viuere illi concessit. ⁊ onie gratias agens: recepto exercitu repedabat ad regē. Testabat aūt omnib⁹ ea q sub oculis suis viderat opa magna dei. Cū aūt rex interrogasset heliodor q̄s esset apt⁹ adhuc semel hierosolymā mitti ait. Si quē habes hostē aut regni tui insidiatorem: mitte illuc. ⁊ flagellatū eū recipies: si tñ euaserit: eo q i loco sit vere dei quedā virtus. Nā ipse q habet in celis habitationē: visitator ⁊ adiutor ē loci illi⁹. ⁊ venientes ad malefaciēdū pcutit ac pdit. Igit de heliodoro ⁊ erarij custodia ita res se habet. IIII

Symon aūt pdict⁹ pecuniar ⁊ patrie delator: male loq̄bat de onia: tanq̄ ipse heliodor instigasset ad h. ⁊ ipse fuisset incentor malorū: prouisorēq ciuitatis ac defensorē gētis sue. ⁊ emulatorē legis dei audebat insidiatorē regni dicē. Sz cū inimicitie intātū pcederēt ut etiā p quosdam symonis necessarios homicidia fierent: cōsiderās onias piculū ptentiōis. ⁊ apolloniū insanire utpote ducē celesyrie ⁊ phenicis: ad augēdā malitiam symonis: ad regem se contulit: non ut ciuiū accusator h cōmunē vtilitatē apud semetipsū vniuerse multitudinis considerās. Videbat.n. sine regali puidētia impossibile eē pacem rebus dari: nec symonē posse cessare a stulticia sua. Sed post seleuci vite excessū cū suscepisset regnū antioch⁹ q nobilis appellabatur: ambiebat iason frater onie sūmū sacerdotiū: adito rege pmittens ei argenti talenta trecenta sexaginta. ⁊ ex redditib⁹ alijs talēta octoginta. Sup hoc pmittebat ⁊ alia centū q̄nquaginta: si ptāti ei⁹ pcederet gymnasiū ⁊ ephebiā sibi pstituere. ⁊ eos q in hierosolymis erāt āntiochenos scribere. Qd cū rex ānuisset ⁊ obtinuisset pncipatū: statim ad gentilē ritū cōtribules suos transferre cepit ⁊ amotis his q humanitatis causa iudeis a regib⁹ fuerāt constituta: p iohānē patrē eupolemij q apud romanos de amicitia ⁊ societate functus est legatiōe legitima: ciuiū iura destituēs praua instituta sanciebat. Etenim ausus ē sub ipsa arce gymnasiū cōstituere: ⁊ optimos q̄sq ephebor i lupanarib⁹ ponere. Erat aūt h nō initiū h incrementū quoddam ⁊ pfect⁹ gentilis ⁊ alienigene conuersatiōis: ppē impij ⁊ nō sacerdotis iasonis nephariū ⁊ inauditū scel⁹: ita ut sacerdotes iā non circa altar officia dediti eēnt: h cōtēpto tēplo ⁊ sacrificijs neglectis festinarent pticipes fieri palestre. ⁊ prebitiōis ei⁹ iniuste. ⁊ in exercitijs disci. ⁊ patrios quidē honores nihil hñtes: grecas glorias optimas arbitrabāt. Quar grā piculosa eos contētio habebat. ⁊ eor instituta emulabant: ac p oia his psimiles esse cupiebāt: quos hostes ⁊ pemptores habuerāt. In leges.n. diuinas ipie agere ipune nō cedit: h tēp⁹ sequēs declarabit. Cū aūt q̄nquēnalis agon tyro celebraret. ⁊ rex psens eēt: misit iason facinorosos ab hierosolymis viros pctōres portātes argēti didrachmas trecētas in sacrificiū herculis: q̄s postulauerūt hi q asportauerāt ne in sacrificijs erogarent qa nō oporteret: h i alios sūpt⁹ eas deputari. Sed h oblata sūt qdē ab eo q miserat in sacrificiū herculis: ppt pñtes aūt date sūt in fabricā nauiū triremiū. Misso aūt i egyptū apollonio nesthei filio ppter pmates ptolemei philometoris reg: cū cognouisset antioch⁹ alienū se a negocijs regni effectū: pprijs vtilitatibus consulēs: pfectus inde venit ioppē: ⁊ inde hierosolymā. Et magnifice ab iasone ⁊ ciuitate susceptus: cū faculaꝝ luminibus ⁊ laudib⁹ ingressus ē. ⁊ inde in phenicē exercitū cōuertit. Et p⁹ triennij temp⁹ misit iason menelaū supdicti symōis fratrē portantē pecunias regi. ⁊ de negocijs necessarijs rñsa platurū. At ille cōmēdat⁹ regi cū magnificasset faciē ptātis ei⁹: in semetipsū retorsit sūmū sacerdotium: superponens iasoni talenta argenti trecēta. Acceptisq a rege mādatis venit: nihil qdē hñs dignū sacerdotio: aios p̄o crudelis tyrāni. ⁊ fere belue irā gerēs. Et iason quidē q ppriū fratrē captiuauerat: ipse deceptus pfugus i āmanitē expulsus ē regionē. Menela⁹ aūt pncipatū quidē obtinuit: de pecunijs p̄o regi pmissis nihil agebat: cū exactionē faceret sostrat⁹ q arci erat ppposit⁹. Nam ad hūc exactio vectigaliū pertinebat: quā ob cām vtriq ad regem sūt euocati. Et menela⁹ amot⁹ ē a sacerdotio succedēte lysimacho frē suo: sostrat⁹ aūt plat⁹ est cyprijs Et cū h agerēt: ptigit tharsenses ⁊ mallotas seditionē mouē: eo q antiochi reg pcubine dono essent dati. Festinanter itaq rex venit sedare illos: relicto suffecto vno ex comitib⁹

ſuis andronico. Ratꝰ aūt menelaꝰ accepiſſe ſe tēpꝰ opportunū· aurea q̄dā vaſa e tēplo furatus donauit andronico. ⁊ alia vendiderat tyro ⁊ ꝑ vicinas ciuitates. Qđ cū certiſſime cognouiſſet onias· arguebat eū: ipſe in loco tuto ſe continēs antiochie ſecꝰ daphnē. Vñ menelaꝰ accedēs ad andronicū: rogabat ut oniam interficeret. Qui cū veniſſet ad oniā. ⁊ datꝫ dextris cū iureiurādo q̄uis eēt ei ſuſpectus ſuaſiſſet de aſylo ꝓcedere: ſtatī eū peremit nō veritus iuſticiā. Ob quā cauſam nō ſolū iudei: ſed etiā alieꝙ natiōes indignabant. ⁊ moleſte ferebāt de nece tāti viri iniuſta. Sed regreſſū regem de cilicie locis adierunt iudei apud antiochiā· ſiml' ⁊ greci ꝯquerētes de iniq̄ nece onie. Cōtriſtatꝰ itaꝙ ē aīo antiochꝰ ꝓpt̄ oniā. ⁊ flexꝰ ad mīam lachrymas fudit: recordatꝰ defūcti ſobrietatē ⁊ modeſtiā. Accēſuſꝙ animo andronicū purpura exutū ꝑ totam ciuitatē iubet circūduci. ⁊ in eo loco in q̄ in oniam impietatē cōmiſerat· ſacrilegū vita priuari· dño illi condignā retribuente penā. Multꝫ āt ſacrilegijs i tēplo a lyſimacho cōmiſſis menelai ꝯſilio ⁊ diuulgata fama: cōgregata eſt multitudo aduerſum lyſimachū multo iā auro exportato. Turbis aūt inſurgentibꝰ ⁊ animis ira repletꝫ: lyſimachus armatis fere tribꝰ milibꝰ· iniquis manibus vti cepit: duce q̄dā tyrāno etate parit̄ ⁊ demētia ꝓuecto. Sed ut intellexerūt conatū lyſimachi· alij lapides· alij fuſtes validos arripuē· quidā ṽo cinerē i lyſimachū iecere. Et multi q̄dē vulnerati: quidā aūt ⁊ ꝓſtrati: oēs ṽo in fugā cōuerſi ſūt. Ipſū etiā ſacrilegū ſecꝰ erariū interfecerūt. De his ḡ cepit iudiciū aduerſus menelaū agitari. Et cū veniſſet rex tyrū: ad ipſū negociū detulerūt miſſi tres viri a ſeniorib ꝰ. Et cū ſuparet̄ menelaꝰ· ꝓmiſit ptolemeo multas pecūias dare ad ſuadēdū regi. Itaꝙ ptolemeꝰ i q̄dā atrio poſitū q̄ſi refrigerādi grā regē adijt ⁊ deduxit a ſnīa. ⁊ menelaū q̄dē vniuerſe malitie reū criminibus abſoluit: miſeros aūt qui etiā ſi apud ſcythas cām dixiſſent inocētes iudicarēt̄· hos morte dānauit. Cito ḡ iniuſtā penā dederūt· q̄ ꝓ ciuitate ⁊ ꝑplo ⁊ ſacris vaſis cām ꝓſecuti ſūt. Quobrē tyrij q̄ꝫ indigāti· erga ſepulturā eorū liberaliſſimi extiterūt. Menelaꝰ aūt ꝓpt̄ eoꝝ q̄ in potētia erāt auaritiā ꝑmanebat i ꝑtāte: creſcens in malitia ad inſidias ciuiū. V

Eodē tpe antiochꝰ ſecūdā ꝓfectionē parauit in egyptum. Contigit autē ꝑ vniuerſam hieroſolymoꝝ ciuitatē videri diebꝰ q̄draginta ꝑ aera eq̄tes diſcurrentes auratas ſtolas hñtes ⁊ haſtas· q̄ſi cohortes armatas. ⁊ curſus eq̄ꝝ ꝑ ordines digeſtos. ⁊ cōgreſſiōes fieri cominus ⁊ ſcutoꝝ motus ⁊ galeatorū multitudinē gladijs diſtrictꝫ ⁊ teloꝝ iactꝰ. ⁊ aureoꝝ armoꝝ ſplēdorē· oīſꝙ generis loricaꝝ. Quaꝓpt̄ oēs rogabāt in bonū mōſtra cōuerti. Sꝫ cū falſus rumor exiſſet· tanq̄ꝫ vita exceſſiſſet antiochus: aſſūptis iaſon nō minꝰ mille viris aggreſſus ē ciuitatē repēte. ⁊ ciuibꝰ ad murū cōuolantibꝰ ad vltimū apphēſa ciuitate menelaus fugit i arcē. Iaſon ṽo nō parcebat in cede ciuibꝰ ſuis nec cogitabat ꝓſꝑitatē aduerſū cognatos malū eē maximū· arbitrās hoſtiū ⁊ nō ciuiū ſe trophea captuꝝ. Et ꝑ̄ncipatū q̄dē non obtinuit: finē ṽo inſidiarū ſuaꝝ confuſionē accepit. ⁊ ꝓfugꝰ iteꝝ abijt i āmaniten. Ad vltimū in exitū ſui concluſus ab aretha arabū tyrāno fugiēs de ciuitate in ciuitatē· oībꝰ odioſus· ut refuga legū ⁊ execrabilis ut patrie ⁊ ciuiū hoſtis· in egyptū extruſus ē. ⁊ q̄ multos de patria ſua expulerat· ꝑegre ꝑijt lacedemonas ꝓfectꝰ· q̄ſi ꝓ cognatiōe ibi refugiū habiturꝰ. ⁊ q̄ inſepultos multos abiecerat· ipſe ⁊ illamētatꝰ ⁊ inſepultꝰ abijcit̄: ſepultura neꝙ ꝑegrina vſus· neꝙ patrio ſepulchro ꝑticipās. His itaꝙ geſtis ſuſpicatꝰ ē rex ſocietatē deſerturos iudeos. ⁊ ob h̄ profectꝰ ex egypto efferatꝫ animis ciuitatē quidē armis cepit. Juſſit aūt militibꝰ interficē· nec ꝑcē occurſantibꝰ. ⁊ ꝑ domos aſcēdētes trucidare. Fiebāt ergo cedes iuuenū ac ſenioꝝ· mulieꝝ ⁊ natorū exterminia· virginūꝙ ⁊ paruulorū neces. Erāt aūt toto triduo· octoginta milia interfecti: q̄draginta milia vincti: non minꝰ aūt venūdati. Sꝫ nec iſta ſufficiūt. Auſus ē etiā intrare tēplū vniuerſa t̄ra ſanctius menelao ductore: q̄ legū ⁊ patrie fuit proditor. Et ſceleſtis mānibꝰ ſumēs ſcā vaſa q̄ ab alijs regibꝰ ⁊ ciuitatibꝰ erāt poſita ad ornatū loci ⁊ gloriā: ꝯtrectabat indigne ⁊ ꝯtaminabat. Ita alienatꝰ mēte antiochꝰ nō ꝯſiderabat q̄ ꝓpt̄ pctā habitātiū ciuitatē modicū deꝰ fuerat iratꝰ: ꝓpt̄ qđ ⁊ accidit circa locū deſpectio. Alioq̄n niſi contigiſſet eos multis pctīs eſſe inuolutos: ſicut heliodorꝰ q̄ miſſus eſt a ſeleuco rege ad expoliandū erariū: etiam hic

ſtatim adueniens flagellat⁹ ⁊ repulſus vtiꝗ fuiſſet ab audacia. Nec ꝛ nõ ꝓpter locũ gẽtẽ: ſꝫ ꝓpter gentẽ locũ deus elegit. Ideoꝗ ⁊ ipſe loc⁹ ꝑticeps fact⁹ eſt ꝑpl'i maloꝝ: poſtea autẽ fiet ſoci⁹ bonoꝝ. ⁊ q̇ derelict⁹ ĩ ira dei oĩpotẽtis ẽ· iteꝝ in magni dñi recõciliatiõe cũ ſũma gloria exaltabit. Igit antiochus mille ⁊ octingẽtis ablatis de tẽplo talẽtis velocit antiochiã regreſſus ẽ· exiſtimãs ſe ꝑ ſuꝑbia terrã ad nauigandũ: pelagus vero ad iter agendũ deductuꝝ ꝓpt mẽtis elationẽ. Reliq̇t aũt ꝑpoſitos ad affligẽdã gẽtẽ: hieroſolymis q̇dẽ philippũ genẽ phrygẽ· moribus crudeliorẽ eo ipſo a q̇ ꝯſtitut⁹ ẽ: ĩ gariçim aũt andronicũ ⁊ menelaũ q̇ grui⁹ ꝗ ceti iminebant ciuib⁹ Cũꝗ appoſitus eſſet ꝯ iudeos: miſit odioſũ ꝑncipẽ apolloniũ cũ exercitu viginti ⁊ duob⁹ milib⁹: precipiens ei oẽs ꝑfecte etatis interficere: mulieres ac iuuenes vẽdere. Qui cũ veniſſet hieroſolymã pacẽ ſimulans q̇euit vſꝗ ad diẽ ſcm̃ ſabbati. ⁊ tũc feriatꝭ iudeis arma cape ſuis ꝑcepit. Oẽſꝗ ſimul q̇ ad ſpectaculum ꝓceſſerãt· trucidauit. ⁊ ciuitatẽ cũ armatis diſcurrẽs ingẽtẽ multitudinẽ ꝑemit. Judas aũt machabe⁹ q̇ decim⁹ fuerat ſeceſſerat ĩ deſertũ locũ· ibiꝗ int feras vitã ĩ mõtib⁹ cũ ſuis agebat. ⁊ feni cibo veſcẽtes demorabãt ne participes eſſent coinquinationis. VI

Sed nõ poſt multũ tꝑis miſit rex ſenẽ quendã antiochenũ qui compelleret iudeos ut ſe transferrent a patrijs ⁊ dei legib⁹: contaminare etiã qđ in hieroſolymis erat tẽplũ. ⁊ cog̃minare iouis olympij: ⁊ in gariçim ꝓut erãt hi q̇ locũ inhabitabãt iouis hoſpitalis. Peſſima autem ⁊ vniuerſis grauis erat maloꝝ incurſio. Nam templum luxuria ⁊ cõmeſſationib⁹ erat plenũ. ⁊ ſcortantiũ cũ meretricib⁹: ſacratiſꝗ edibus mulieres ſe vltro ingerebant: introferentes ea q̄ nõ licebant. Altare etiã plenũ erat illicitis: q̄ legib⁹ ꝓhibebant. Neꝗ aũt ſabbata cuſtodiebant: neꝗ dies ſollẽnes patrij ſeruabãt: nec ſimplicit ſe q̇ſꝗ iudeũ confitebat. Ducebant aũt cũ amara neccitate ĩ die natalis regꝭ ad ſacrificia. ⁊ cũ liberi ſacra celebrarẽt· cogebãt edera coronati libero circuire. Decretũ aũt exijt in ꝓximas ciuitates gentiliũ ſuggerẽtib⁹ ptolemeis: ut pari modo ⁊ ipſi aduerſus iudeos agerẽt ut ſacrificarẽt· eos aũt q̇ nollẽt tranſire ad inſtituta gentiliũ interficerẽt. Erat ḡ vidẽ miſeriã. Due. n. mulieres delate ſũt natos ſuos circũcidiſſe: quas ad vbera infantib⁹ ſuſpẽſis cũ publice ꝑ ciuitatem circũduxiſſent: ꝑ muros precipitauerũt. Alij vero ad ꝓximas coeũtes ſpelũcas. ⁊ latent ſabbati diẽ celebrãtes· cũ ĩdicati eſſent philippo· flãmis ſuccẽſi ſũt: eo ꝗ verebãt ꝓpt religionẽ ⁊ obſeruãtiã· manu ſibimet auxiliũ ferre. Obſecro aũt eos qui hunc librũ lecturi ſũt· ne abhorreſcãt ꝓpter aduerſos caſus: ſꝫ reputent ea q̄ acciderũt nõ ad interitũ· ſed ad correptionẽ eſſe generis noſtri. Eteni multo tꝑe nõ ſinere pctõrib⁹ ex ſententia agere: ſed ſtatim vltiões adhibẽ· magni bñficij ẽ indiciũ. Nõ. n. ſicut ĩ alijs natiõib⁹ dñs patienter expectat ut eas cum iudicij dies aduenerit in plenitudine pctõꝝ puniat: ita ⁊ ĩ nob ſtatuit ut pctis nr̃is ĩ finẽ deuolutis ita demũ ĩ nos vindicet: ꝓpt qđ nũꝗ q̇dẽ a nob mĩam ſuã amouet: corripiens vero in aduerſis ꝑpl'm ſuũ nõ derelinq̇t. Sed hꝫ nobis ad cõmonitionẽ legẽtiũ dicta ſint paucis. Jam aũt veniẽdũ ẽ ad narrationẽ. Igit eleaçar⁹ vn⁹ de ꝑmorib⁹ ſcribaꝝ vir etate ꝓuectus. ⁊ vultu decorus: aperto ore hians cõpellebat carnẽ porcinam mãducare: at ille glorioſiſſimã mortẽ magis ꝗ odibilẽ vitã cõplectẽs· voluntarie ꝑibat ad ſuppliciũ. Intuẽs aũt queadmodũ oporteret accedẽ: patiẽt ſuſtinẽs deſtinauit nõ admittere illicita ꝓpt vite amorẽ. Hi aũt q̇ aſtabãt: iniq̃ miſeratiõe cõmoti ꝓpt ãtiquã viri amicitiã tollentes eũ ſecreto rogabãt afferri carnes quib⁹ veſci ei licebat ut ſimularet mãducaſſe ſicut rex iꝑauerat de ſacrificij carnib⁹: ut hoc facto a morte liberaret. ⁊ ꝓpter veterẽ viri amicitiã hãc ĩ eo faciebãt hũanitatẽ. At ille cogitare cepit etatꝭ ac ſenectutis ſue eminentiã dignã. ⁊ ingenuã nobilitatis canitiem atꝗ a puero optime cõuerſatiõis act⁹. ⁊ ſꝫm ſcẽ ⁊ a deo ꝯdite legis ꝯſtituta· rñdit cito dicẽs: ꝑmitti ſe velle in infernũ. Nõ. n. etati nr̃e dignũ eſt inq̇t fingere· ut multi adoleſcentes arbitrantes eleaçaꝝ nonaginta annoꝝ tranſiſſe ad vitã alienigenarũ. ⁊ ipſi ꝓpter meam ſimulationẽ ⁊ ꝓpt modicũ corruptibilis vite temp⁹ decipiãt. ⁊ ꝑ hꝫ maculã atꝗ execrationẽ mee ſenectuti cõquirã. Nã ⁊ ſi in pñti tꝑe ſupplicijs hoiũ eripiar: ſed manũ oĩpotẽtis nec viu⁹ nec defũct⁹ effugiã. Quãobrẽ fortiter vitã excedẽdo· ſenectute q̇dẽ dign⁹ apparebo: adoleſcentib⁹ aũt exẽplũ forte relinquã: ſi ꝓmpto aio ac fortiter ꝓ grauiſſimis

ac sanctissimis legibus honesta morte ꝑfun-
gar. His dictis: cōfestim ad suppliciū traheba-
tur. Hi autē q̄ eū ducebāt ⁊ paulo añ fuerāt
mitiores: in iram cōuersi sūt ꝓpter sermōes
ab eo dictos: q̄s illi ꝑ arrogantiā ꝓlatos ar-
bitrabant̄. Sꝫ cū plagis ꝑimeret̄: ingemuit
⁊ dixit: Dñe q̄ habes scām sciam· manifeste
tu scis: q̄a cū a morte possem liberari· duros
corꝑis sustineo dolores: ſc̄m aiam vero ꝓpter
timorē tuū libenter h̄ patior. Et iste quidem
h̄ modo vita decessit· nō solū iuuenibꝰ· sed ⁊
vniuerse genti memoriā mortꝭ sue ad exēplū
ꝟtutis ⁊ fortitudinis derelinquens. VII

Contigit aūt septē frēs vna cum ma-
tre apprehensos cōpelli a rege edere
ꝯ̄ ꝓhibitas carnes porcinas· flagrꝭ ⁊ tau
reis cruciatos. Vnꝰ aūt ex illis q̄ erat primꝰ
sic ait. Quid q̄ris. ⁊ q̄d vis discere a nobis?
Parati sumus mori magis q̄ patrias dei le-
ges ꝑuaricari. Iratus itaq̄ rex iussit sartagi
nes ⁊ ollas eneas succēdi· quibꝰ statim suc-
cēsis iussit ei q̄ prior fuerat locutꝰ amputari
linguā. ⁊ cute capitꝭ abstracta· sūmas q̄ꝫ ma-
nus ⁊ pedes ei ꝑcidi: ceterꝭ eiꝰ fribꝰ ⁊ mr̄e in-
spiciētibꝰ. Et cū iā ꝑ oīa inutilis factus eēt·
iussit ignē admoueri. ⁊ adhuc spirātē torreri
in sartagine· in q̄ cū diu cruciaret̄: ceteri vna
cū mr̄e inuicē se hortabant̄ mori fortit̄ dicen-
tes: Dñs deus aspiciet veritatē. ⁊ consolabit̄
i nobis· queādmodū i ꝓtestatiōe cantici de-
clarauit moyses: Et in seruis suis cōsolabit̄.
Mortuo itaq̄ illo ꝑmo h̄ modo sequētē de-
ducebāt ad illudēdū. ⁊ cute capitis eiꝰ cū ca
pillis abstracta· interrogabāt si manducaret
priꝰ q̄ toto corꝑe ꝑ mēbra singula puniret̄.
At ille rñdēs patria voce· dixit: Non faciā.
Propter q̄d ⁊ iste sequēti loco primi tormēta
suscepit. ⁊ in vltimo spū ꝯstitutus· sic ait: Tu
q̄dē scelestissime i p̄nti vita nos ꝑdis· sed rex
mūdi defūctos nos ꝓ suis legibꝰ eterne vite
resurrectiōe suscitabit. Post hūc tertius illu-
dit̄. ⁊ linguā postulatꝰ cito ꝓtulit. ⁊ manus
ꝯstanter extendit. ⁊ cū fiducia· ait: E celo ista
possideo: ſꝫ ꝓpt̄ dei leges nūc h̄ ipsa despicio
q̄m ab ipso me ea receptuꝝ spero. Ita ut rex
⁊ q̄ cū ipso erāt miraret̄ adolescentis animū
q̄ tanq̄ nihil duceret cruciatus. Et h̄ ita de-
fūcto: quartū vexabāt similit̄ torquētes. Et
cū iam eēt ad mortē· sic ait: Potiꝰ ē ab hoibꝰ
morti datos spem expectare a deo: iterum ab
ipso resuscitādos. Tibi n. resurrectio ad vitā
non erit. Et cū admonuissent q̄ntū vexabant
eū: at ille respiciēs in eū· dixit: P̄tātē int̄ ho-
mines hn̄s cū sis corruptibilis facis q̄d vis
Noli aūt putare genꝰ nr̄m a deo eē derelictū.
Tu aūt patient̄ sustine. ⁊ videbis magnā po-
testatē ipsiꝰ qualit̄ te ⁊ semen tuū torquebit.
Post hūc ducebāt sextū. ⁊ is mori icipiēs· sic
ait: Noli frustra errare. Nos. n. ꝓpt̄ nosmet-
ipsos h̄ patimur peccātes i deū nostrū. ⁊ di-
gna āmiratione facta sūt i nobis. Tu aūt ne
existimes tibi impune futuꝝ: quod ꝯ̄ deū pu-
gnare tēptaueris. Supra modū aūt mr̄ mi-
rabilis ⁊ bonoꝝ memoria digna· q̄ pereūtes
septē filios sub vniꝰ diei tp̄e ꝯspiciēs: bono
aīo ferebat ꝓpter spem quā in deū habebat·
singulos illoꝝ hortabat̄ voce patria fortit̄
repleta sapia. ⁊ feminee cogitatiōi masculinū
animū inserēs dixit ad eos. Nescio qualit̄ in
vtero meo apparuistis. Neq̄. n. ego spiritū
⁊ aiam donaui vobis ⁊ vitā. ⁊ singuloꝝ mē-
bra non egoipsa cōpegi. Sed eni mūdi crea-
tor qui formauit hoīs natiuitatē· quiq̄ oīuꝫ
iuenit originē. ⁊ spm̄ vobis iteꝝ cū mīa red-
det ⁊ vitam: sicut nūc vosmetipsos despicitis
ꝓpter leges eiꝰ. Antiochꝰ aūt contēni se ar-
bitratus· simul ⁊ exprobrantꝭ voce despecta:
cū adhuc adolescētior supesset· nō solū ꝟbis
hortabat̄: ſꝫ ⁊ cū iuramēto affirmabat diuitē
se ⁊ btm̄ factuꝝ. ⁊ translatū a patriis legibꝰ
amicū habiturū. ⁊ res necessarias ei ꝓbituꝝ.
Sed ad hec cū adolescēs nequaq̄ iclinaret̄:
vocauit rex matrē ⁊ suadebat ei ut adolescē-
ti fieret i salutē. Cū aūt multis eā ꝟbis esset
hortatus: ꝓmisit suasuram se filio suo. Itaq̄
inclinata ad illū irridens crudelē tyrānū· ait
patria voce: Fili mi miserere mei q̄ te in vte-
ro nouē mensibꝰ portaui. ⁊ lac triēnio dedi ⁊
alui ⁊ in etatē istā ꝑduxi. Peto nate ut aspi-
cias ad celū ⁊ terrā. ⁊ ad oīa q̄ i eis sūt. ⁊ itel-
ligas q̄a ex nihilo fecit illa deus ⁊ hoīuꝫ ge-
nus: ita fiet ut non timeas carnificem istum
ſꝫ dignus fratribꝰ tuis effectꝰ ꝑticeps suscipe
mortē· ut in illa miseratiōe cū fratribꝰ tuis te
recipiā. Cū hec illa adhuc diceret· ait adole-
scēs. Quē sustinetis? Nō obedio p̄cepto re-
gis: ſꝫ p̄cepto legꝭ q̄ data est nobis ꝑ moysen.
Tu vero q̄ inuētor oīs malitie factus es i he-
breos· nō effugies manū dei. Nos. n. ꝓ pctīs
nr̄is h̄ patimur. Et si nobis ꝓpt̄ increpatio-
nem ⁊ correptionē dñs deus noster modicū
iratus est· sed iterū reconciliabit̄ seruis suis.

Tu āt o scelestë ⁊ oīuꝫ hoīuꝫ flagitiosissime noli frustra extolli vanis spebꝰ: in seruos eiꝰ inflāmatꝰ. Nōdū.n.omnipotentꝭ dei ⁊ oīa inspicientis iudiciū effugisti. Nam fratres mei modico nūc dolore sustētato sub testamento eterne vite effecti sūt: tu ꝟo iudicio dei iustas superbie tue penas exolues. Ego autē sicut ⁊ fratres mei aīam ⁊ corpus meum trado pro patrijs legibꝰ inuocās deū maturiꝰ genti nr̃e ꝓpitiū fieri: teq; cū tormētis ⁊ verberibꝰ confiteri ꝙ ipse est deꝰ solus. In me ꝟo ⁊ in fribꝰ meis desinet oīpotētꝭ ira. q̄ sup oē genus nr̃m iuste superducta est. Tunc rex accensus ira: in hūc sup oēs crudeliꝰ deseuit: indigne ferēs se derisū. Et hic itaq; mūdus obijt. per oia in dño confidens. Nouissime āt pꝰ filios ⁊ mat ꝯsumpta est. Igitur de sacrificijs ⁊ de nimijs crudelitatibus satis dictū est. VIII

Iudas ꝟo machabeus. ⁊ qui cum illo erant introibāt latentꝰ in castella: ⁊ cōuocantes cognatos ⁊ amicos. ⁊ eos q̇ permāserāt in iudaismo assumētes. eduxerūt ad se sex milia viros. Et inuocabant dñm ut respiceret i ꝑplm q̇ ab omnibꝰ calcabatꝰ. ⁊ misererē tēplo qđ ꝯtamiabatꝰ ab impijs. Misererē etiā exterminio ciuitatis q̄ esset ilico cōplanāda. ⁊ vocē sanguinis ad se clamantꝭ audiret: memorareturq; iniquissimas mortes paruulorū innocentiū. ⁊ blasfemias noi suo illatas. ⁊ indignaretur sup his. At machabeꝰ ꝯgregata multitudine intolerabilis gentibꝰ efficiebatꝰ. Ira.n.dñi in misericordiā cōuersa ē. Et supueniēs castellis ⁊ ciuitatibꝰ improuisus succēdebat eas. ⁊ oportuna loca occupās. nō paucas hostiū strages dabat. Maxime aūt noctibus ad huiuscemodi excursus ferebatꝰ: ⁊ fama virtutis eiꝰ vbiq; diffūdebatꝰ. Uidens aūt philippꝰ paulatim virum ad ꝑfectū venire. ac frequētiꝰ res ei cedere ꝓspere: ad ptolemeū ducem celesyrie ⁊ phenicis scripsit: ut auxiliū ferret regis negocijs. At ille velocitꝰ misit nicanorē patrocli de ꝑmoribꝰ amicū. datis ei de ꝑmixtis gētibꝰ. armatꝭ nō minꝰ viginti milibꝰ ut vniuersū iudeoꝝ genꝰ deleret. adiūcto ei ⁊ gorgia viro militari. ⁊ in bellicis rebꝰ expiētissimo. Cōstituit aūt nicanor regi ut tributū qđ romanis erat dandū duo milia talentorū de captiuitate iudeorū suppleret. Statimq; ad maritimas ciuitates misit cōuocās ad coemptionē iudaicoꝝ mācipioꝝ. ꝓmittēs se nonaginta mācipia talento distractuꝝ: nō respiciēs ad vindictā q̄ eū ab omnipotente eēt cōsecutura. Iudas aūt vbi cōperit: indicauit his q̇ secū erāt iudeis nicanoris aduētū. Ex q̇bꝰ quidā formidantes. ⁊ nō credētes dei iusticie. in fugam vertebantꝰ: alij ꝟo si qui de his superāt. veniebāt: simulq; dñm deꝑcabātꝰ ut eripet eos ab īpio nicanore q̇ eos priꝰ q̄ꝫ i cominꝰ venīret vēdiderat. Et si non ꝓpter eos: ꝓpter testamentū qđ erat ad patres eoꝝ: ⁊ ꝓpter inuocationē sci ⁊ magnifici noīs eius sup ipsos. Cōuocatꝭ aūt machabeus septem milibus qui cū ipso erāt: rogabat ne hostibꝰ reconciliarētꝰ: neq; metuerēt inique venientiū aduersū se hostiū multitudinē. ſʒ fortiter ꝯtēderēt. ante oculos habentes ꝯtumeliā q̄ loco scō ab his iniuste esset illata: itemq; ludibrio habite ciuitatis iniuriā: adhuc etiā veterū instituta cōuulsa. Nā illi quidē armis cōfidūt. ait simul ⁊ audacia: nos aūt in oīpotente dño q̇ pōt ⁊ venientes aduersū nos ⁊ vniuersū mūdū vno nutu delere. cōfidimꝰ. Ammonuit aūt eos ⁊ de auxilijs dei que facta sūt erga parentes: ⁊ ꝙ sub sennacherib cētū octogintaq̇nq; milia ꝑierūt: ⁊ de prelio qđ eis aduersus galathas fuit i babylonia: ut oēs vbi ad rem ventum ē macedonibꝰ socijs hesitātibꝰ: ipsi sex milia soli ꝑemerūt centū viginti milia ꝓpter auxiliū illis datū de celo. ⁊ bñficia ꝓ his plurima ꝯsecuti sūt. His verbis constantes effecti sūt. ⁊ ꝓ legibꝰ ⁊ patria mori parati. Constituit itaq; fratres suos duces vtriq; ordini symonē ⁊ iosephū ⁊ ionathan subiectis vnicuiq; millenis ⁊ quingentenis: ad hoc etiam ab esdra lecto illis scō libro ⁊ dato signo adiutorij dei: in prima acie ipse dux cōmisit cū nicanore. Et facto sibi adiutore omnipotēte: interfecerūt super nouē milia hoīuꝫ: maiorem aūt partem exercitus nicanoris vulneribus debilē factū fugere cōpulerunt. Pecunijs ꝟo eoꝝ q̇ ad emptionē ipsoꝝ venerant sublatis ipsos vsq;quaq; ꝑsecuti sūt. ſʒ reuersi sūt ora conclusi. Nā erat ante sabbatū: quā ob cām non ꝑseuerauerūt insequētes. Arma autem ipsorū ⁊ spolia cōgregātes sabbatū agebant bñdicētes dñm: qui liberauit eos in isto die: misericordie initiū stillās i eos. Post sabbatū ꝟo debilibꝰ ⁊ orphanis ⁊ viduis diuiserunt spolia: ⁊ residua ipsi cum suis habuere. His itaq; gestis ⁊ coiter ab omnibꝰ facta obsecratiōe: misericordem dñm postulabāt: ut

in finē seruis suis recōciliaret̄. Et ex his q̄ cū
timotheo ⁊ bachide erāt ꝯ se cōtendētes sup
viginti milia interfecerūt. ⁊ munitiōes excel-
sas obtinuerūt. ⁊ ples p̄das diuiserūt: equā
portionem debilibus pupillis ⁊ viduis sed ⁊
seniorib⁹ faciētes. Et cū arma eorū diligent̄
collegissent: oīa cōposuerūt ī locis opportu-
nis. Residua ꝟo spolia hierosolymā detule-
rūt: ⁊ philarchen q̄ cū timotheo erat ínt̄fece-
rūt virū scelestū: q̄ in mult̄ iudeos afflixerat
Et cū epinichia agerēt ī hierosolymis eos q̄
sacras ianuas incenderūt: id est calisthenen
cū ī quoddā domiciliū refugissent incēderūt
digna eis mercede ꝓ ípietatib⁹ suis reddita
Facinorosissim⁹ aūt nicanor qui mille nego-
ciantes ad iudeoꝝ venditionem adduxerat:
humiliatus auxilio dn̄i ab his quos nullos
existimauerat: deposita veste glorie ꝑ medi-
terranea fugiēs solus venit antiochiā: sūmā
infelicitatem de interitu sui exercitus conse-
cutus. Et q̄ ꝓmiserat romanis se tributū re-
stituere de captiuitate hierosolymoꝝ: predi-
cabat nūc ꝓtectorē deū habere iudeos ⁊ ob
ipsum inuulnerabiles esse: eo ꝙ sequerentur
leges ab ipso constitutas. IX

Eodem tēpore antioch⁹ inhoneste re-
uertebat̄ de perside. Intrauerat. n. in
eam que dicit̄ persipolis ⁊ temptauit
expoliare tēplū. ⁊ ciuitatē opprimere: ſ; mul-
titudine ad arma cōcurrēte in fugā versi sūt:
⁊ ita contigit ut antiochus post fugā turpit̄
rediret. Et cū venisset circa egbathanan. re-
cognouit que erga nicanorē ⁊ timotheū ge-
sta sūt. Elatus aūt ī ira. arbitrabat̄ se iīuriā
illoꝝ q̄ se fugauerāt posse ī iudeos retorq̄re:
ideoq; iussit agitari currū suū sine intermis-
sione agens iter. celesti eū iudicio ꝑurgente:
eo ꝙ ita supbe locut⁹ est se venturū hierosoly-
mā. ⁊ congeriē sepulchri iudeoꝝ eā facturū.
Sed qui vniuersa cōspicit dn̄s deus israhel
ꝑcussit eū insanabili ⁊ inuisibili plaga. Ut. n
finiuit hūc ipsū sermonē: apphendit eū dolor
dirus viscerū ⁊ amara internorū tormenta.
Et q̄dē satis iuste: quippe q̄ multis ⁊ nouis
cruciatibus aliorū torserat viscera: licȝ ille
nullo modo a sua malitia cessaret. Sup hoc
aūt supbia replet⁹ ignē spirans aīo ī iudeos
⁊ precipiens accelerari negociū. contigit illū
impetu euntē de curru cadere. ⁊ graui corpis
collisione mēbra vexari. Isq; q̄ sibi videbat̄
etiā fluctibus maris impare. sup humanū
modū superbia replet⁹. ⁊ montiū altitudines
in statera appendere: nūc humiliat⁹ ad terrā
in gestatorio portabat̄. manifestā dei virtutē
in semetipso contestans: ita ut de corpore im-
pij vermes scaturirent: ac viuentes in dolo-
ribus carnes eius effluerent: odore etiā illi⁹
⁊ fetore exercit⁹ grauaret̄. Et q̄ paulo ante
sidera celi cōtingē se arbitrabat̄: eum nemo
poterat ꝓpt̄ intolerantiā fetorꝭ portare. Hinc
igit̄ cepit ex graui supbia deductus ad agni-
tionē sui venire diuina āmonit⁹ plaga: ꝑ mo-
mēta singula dolorib⁹ suis augmēta capiē-
tibus. Et cū nec ipse iā fetorē suū ferre posset.
ita ait. Iustū est subditū eē deo: ⁊ mortalem
nō paria deo sentire. Orabat aūt hic scelest⁹
dn̄m a q̄ nō eēt misericordiā cōsecuturus: ⁊
ciuitatē ad quam festinans veniebat. ut eam
ad solū deduceret ac sepulchꝝ ꝯgestorū face-
ret: nūc optat liberā reddere. ⁊ iudeos quos
nec sepultura quidē se dignos habiturū. sed
auibus ac feris diripiēdos traditurū. ⁊ cum
paruulis exterminaturꝝ dixerat. equales nūc
atheniēsib⁹ facturū pollicet̄: templum etiam
sanctū quod pri⁹ expoliauerat. optimis do-
nis ornaturꝝ. ⁊ scā vasa multiplicaturꝝ. ⁊ per-
tinentes ad sacrificia sumpt⁹. de redditibus
suis prestaturū: super hec ⁊ iudeū se futurū: ⁊
omnē locū t̄re ꝑambulaturꝝ. ⁊ p̄dicaturꝝ dei
ptātē. Sȝ nō cessantib⁹ dolorib⁹: supuenerat
n. in eum iustū dei iudiciū: desperans scripsit
ad iudeos in hūc modū deprecatiōis ep̄lam
ħ ꝯtinētē. Optimis ciuib⁹ iudeis: plurimā
salutē ⁊ bene valere. ⁊ esse felices: rex ⁊ prin-
ceps antiochus. Si bn̄ valetis ⁊ filij vestri ⁊
ex sententia vobis cuncta sūt: maximas agi-
mus grās. Et ego in infirmitate constitut⁹:
vr̄i aūt memor benigne reuersus de persidis
locis ⁊ infirmitate graui apprehensus neces-
sariū duxi ꝓ coī vtilitate curam habere: non
desperās memetipsū: ſ; spem multam habens
effugiēdi infirmitatē. Respiciēs aūt ꝙ ⁊ pat̄
meus quib⁹ tpib⁹ in locis supiorib⁹ ducebat
exercitū: ostēdit qui post se susciperet principatū
ut si quid ꝯtrariū accideret aut difficile nun-
ciaret̄. scientes hi qui in regionib⁹ erant cui
esset rerū sūma derelicta nō turbarēt̄: ad hec
cōsiderās de ꝓximo potentes q̄sq; ⁊ vicinos
tēporib⁹ insidiātes ⁊ euentū expectantes. de-
signaui filiū meū antiochū regem. quem sepe
recurrēs ī supiora regna multis vestrꝝ com-
mendabam: ⁊ scripsi ad eū que subiecta sūt.

Oro itaq; vos ⁊ peto memores bñficioꝝ publice ⁊ priuatim: ut vnusq̄sq; cõseruet fidem ad me ⁊ ad filiũ meũ. Confido.n.eũ modeste ⁊ humane acturũ ⁊ sequentem propositum meũ: cõmunẽ vobis fore. Igitur homicida ⁊ blasfemus pessime ꝑcussus. ⁊ ut ipse alios tractauerat·peregre i mõtibꝰ miserabili obitu vita functus est. Transferebat autẽ corpus philippꝰ collactaneus eius: qui metuẽs filiũ antiochi·ad ptolemeũ philometorẽ in egyptum abijt.

X

Machabeus aũt ⁊ q̇ cũ eo erãt dño se ꝓtegente templũ q̇dẽ ⁊ ciuitatẽ recepit: aras autem quas alienigene per plateas extruxerãt itemq; delubra·demolitꝰ est. Et purgato tẽplo aliud altare fecerunt: ⁊ de ignitis lapidibꝰ igne cõcepto sacrificia obtulerũt post bienniũ: ⁊ incensũ ⁊ lucernas. ⁊ panes ꝓpositiõis posuerũt. Quibꝰ gestis rogabãt dñm ꝓstrati in terrã: ne amplꝰ talibꝰ malis inciderẽt. Sed ⁊ si qñ peccassent·ut ab ipso mitiꝰ corriperẽt. ⁊ nõ barbaris ac blasfemis hoibꝰ traderent̃. Qua die aũt templũ ab alienigenis pollutũ fuerat: contigit eadẽ die purificationẽ fieri vicesima ⁊ q̇nta mẽsis qui fuit casleu. Et cũ leticia diebus octo egerunt in modũ tabernaculoꝝ: recordantes q᷑ ante modicũ tp̄is diẽ sollẽnẽ tabernaculorũ in montibꝰ ⁊ in speluncis more bestiarũ egerant: ꝓpter qḋ tirsos ⁊ ramos virides ⁊ palmas p̄ferebant ei·q̇ ꝓsperauit mundare locũ suũ. Et decreuerunt coi p̄cepto ⁊ decreto vniuerse gẽti iudeorũ oibꝰ annis agẽ dies istos Et antiochi quidẽ q̇ appellatꝰ ẽ nobilis·vite excessus ita se habuit. Nũc autẽ de eupatore antiochi impij filio q̄ gesta sũt narrabimus: breuiantes mala que in bellis gesta sũt. Hic n. suscepto regno cõstituit sup̄ negocia regni lysiam quendã phenicis ⁊ syrie militie principem. Nam ptolemeꝰ q̇ dicebat̃ macer·iusti tenax erga iudeos: esse constituit. ⁊ precipue ꝓpter iniq̇tatẽ que facta erat i eos. ⁊ pacifice agere cũ eis. Sed ob hoc accusatꝰ ab amicis apud eupatorẽ: cũ frequent̃ ꝓditor audiret eo q᷑ cyprũ creditã sibi a philometore deseruisset. ⁊ ad antiochũ nobilẽ trãslatꝰ·etiã ab eo recessisset: veneno vitã finiuit. Gorgias aũt cũ esset dux locoꝝ: assũptis aduenis frequẽt̃ iudeos debellabat. Judei ṽo q̇ tenebãt opportunas municiões·fugatos ab hierosolymis suscipiebãt. ⁊ bellare tẽptabãt. Hi ṽo qui erãt cũ machabeo ꝑ orões dñm rogantes ut esset sibi adiutor·impetũ fecerũt in municiões idumeoꝝ: multaq; vi insistentes loca obtinuerũt. occurrẽtes interemerũt. ⁊ omnes simul nõ minꝰ vigintiq̇nq; milibꝰ trucidauerunt. Quidam aũt cũ confugissent in duas turres valde munitas·oẽm apparatũ ad repugnãdũ hñtes·machabeus ad eorũ expugnationem relicto symone ⁊ iosepho·itemq; zacheo·eisq; q̇ cũ ipsis erãt satis multi: ipse ad eas q̄ amplꝰ vrgebãt pugnas cõuersus est. Hi ṽo q̇ cũ symone erãt cupiditate ducti a quibusdã q̇ i turribꝰ erãt suasi sũt pecunia: ⁊ septuaginta milibus didrachmis acceptis dimiserũt quosdã effugẽ. Cũ aũt machabeo nũciatũ esset qḋ factũ est: p̄ncipibꝰ ꝓp̄li congregatis·accusauit q᷑ pecunia fratres vendidissent aduersarijs eorũ dimissis. Hos igitur proditores factos interfecit: ⁊ ꝯfestim duas turres occupauit. Armis aũt ac manibꝰ oĩa prospe agẽdo i duabꝰ munitiõibꝰ plusq̄ viginti milia ꝑemit. Et timotheꝰ q̇ prius a iudeis fuerat superatꝰ·ꝯuocato exercitu ꝑegrine multitudinis ⁊ cõgregato eq̇tatu asiano aduenit: q̄si armis iudeã capturꝰ. Machabeus aũt ⁊ q̇ cũ ipso erãt appropinquãte illo deprecabãt̃ dñm caput t̃ra aspergẽtes·lumbosq; cilitijs p̄cincti·ad altaris crepidinem ꝓuoluti: ut sibi propitius: inimicis aũt eorũ esset inimicus. ⁊ aduersarijs aduersaret̃ sicut lex dicit. Et ita post orõnẽ sũptis armis longius de ciuitate ꝓcedẽtes. ⁊ ꝓximi hostibus effecti resederũt. Primo aũt solis ortu vtriq; cõmiserũt·isti q̇dẽ victorie ⁊ ꝓsꝑitatis sponsorẽ cũ ṽtute dñm hñtes: illi aũt ducem belli aiuz habebãt. Sz cũ vehemẽs pugna esset: apparuerunt aduersarijs de celo viri q̇nq; in eq̇s·frenis aureis decori ducatũ iudeis prestãtes·ex quibꝰ duo machabeũ mediũ hñtes armis suis circũseptũ icolumem ꝯseruabãt: in aduersarios aũt tela ⁊ fulmina iaciebãt: ex q̄ ⁊ cecitate confusi ⁊ repleti perturbatione cadebãt. Interfecti sũt aũt vigiti milia q̇ngẽti peditũ. ⁊ eq̇tes sexcenti. Timotheus ṽo ꝯfugit in gaçarã presidiũ munitũ cui preerat cereas: machabeꝰ aũt ⁊ qui cũ eo erãt letantes obsederũt p̄sidiũ diebꝰ q̄tuor. At hi q̇ intus erãt loci firmitate confisi sup̄ modũ maledicebãt. ⁊ sermões nephãdos iactabãt. Sz cũ dies q̇nta illucesceret: viginti iuuenes ex his qui cũ machabeo erãt·accensi animis propt̃

blaſſemiã viriliť acceſſerũt ad muꝝ. ⁊ feroci
aĩo incedentes aſcendebãt: ſed ⁊ aliꝫ ſimiliter
aſcẽdẽtes turres portaſqꝫ ſuccẽdere aggreſſi
ſũt. atqꝫ ipſos maledicos viuos ꝯcremare. ꝑ
cõtinuũ aũt biduũ ꝓſidio vaſtato timotheũ
occultãtẽ ſe i q̃dã reptũ loco ꝑemerũt. ⁊ fra-
trem illius cereã ⁊ apollophanẽ occiderũt.
Quibꝰ geſtis: in hymnis ⁊ ꝯfeſſiõibꝰ bñdi-
cebant dñm qui magna fecit in iſrahel. ⁊ vi-
ctoriam dedit illis. XI

SEd paruo pꝰ tp̃e lyſias ꝓcurator re-
gis ⁊ ꝓpinquꝰ ac negocioꝝ ꝓpoſitus
grauiť ferẽs de his q̃ acciderãt: cõ-
gregatis octogĩta milibꝰ ⁊ eq̃tatu vniuerſo
veniebat aduerſũ iudeos exiſtimãs ſe ciui-
tatẽ q̇dẽ captã gentibꝰ hitaculũ facturꝝ. tem
plũ ṽo i ꝑecunie queſtũ ſicut cetera delubra
gentiũ hiturũ. ⁊ ꝑ ſingulos annos venale ſa
cerdotiũ: nuſq̃ꝫ recogitãs dei ptãtẽ. ſed mẽte
effrenatus in multitudine peditũ ⁊ in milibꝰ
equitũ ⁊ in octoginta elephantis cõfidebat
Ingreſſus ãt iudeã ⁊ appropiãs bethſure q̃
erat i ãguſto loco ab hieroſolyma interuallo
q̇nqꝫ ſtadioꝝ: illud preſidiũ expugnabat. Ut
aũt machabeꝰ ⁊ q̇ cũ eo erãt: cognouerũt expu-
gnari ꝓſidia: cũ fletu ⁊ lachrymis rogabant
dñm. ⁊ oĩs turba ſimul: ut bonũ ãgelũ mit-
teret ad ſalutẽ iſrł. Et ipſe primꝰ machabeꝰ
ſũptis armis ceteros adhortatꝰ ẽ ſimul ſecũ
ꝑiculũ ſubire ⁊ ferre auxiliũ fribꝰ ſuis. Cũqꝫ
pariť ꝓmpto aĩo ꝓcederẽt hieroſolymis. ap-
paruit ꝑcedẽs eos eques i veſte candida: ar-
mis aureis haſtã vibrãs. Tũc oẽs ſimul bñ-
dixerũt miſicordẽ dñm. ⁊ ꝯualuerũt animis
nõ ſolum hoies ſed ⁊ beſtias ferociſſimas ⁊
muros ferreos parati penetrare. Ibant igiť
ꝓmpti: de celo hñtes adiutorẽ ⁊ miſerantem
ſuꝑ eos dñm. Leonũ aũt more ĩpetu irruen-
tes in hoſtes ꝓſtrauerũt ex eis vndeci milia
peditũ. ⁊ eq̃tũ mille ſexcẽtos: vniuerſos aũt
in fugã verterũt: plures aũt ex eis vulnerati
nudi euaſerũt. Sed ⁊ ipſe lyſias turpiť fugi-
ens euaſit. Et q̇a nõ inſenſatus erat: ſecũ ipſe
reputãs factã erga ſe diminutionẽ. ⁊ intelli-
gens inuictos eẽ hebreos omnipotẽtiꝫ dei au-
xilio nitẽtes: miſit ad eos. ꝓmiſitqꝫ ſe cõſen-
ſurũ omnibꝰ que iuſta ſũt: ⁊ regẽ cõpulſurũ
amicũ fieri. Annuit aũt machabeus precibꝰ
lyſie: in omnibꝰ vtilitati cõſulens. Et q̃cũqꝫ
machabeꝰ ſcripſit lyſie de iudeis: ea rex con-
ceſſit. Nam erãt ſcripte iudeis epiſtole a lyſia
ſiquidẽ hũc modũ continẽtes. Lyſias: ꝓplo
iudeoꝝ. ſalutẽ. Iohãnes ⁊ abeſſalon q̇ miſſi
ſũt a vobis tradentes ſcripta poſtulabant: ut
ea q̃ ꝑ illos ſignificabanť implerẽ. Quecũqꝫ
igitur regi potuerũt ꝑferri. expoſui: ⁊ que res
permittebat. conceſſit. Si igiť i negocijs fidẽ
ꝯſeruaueritiꝫ. etiã deinceps bonoꝝ vobis cã
eẽ tẽptabo: de ceteriꝫ aũt ꝑ ſingula ṽba man-
daui ⁊ iſtis ⁊ his q̇ a me miſſi ſũt colloq̇ vo-
biſcũ. Bñ valete. Anno cẽteſimo q̃drageſi-
moctauo mẽſis dioſcori die viceſima ⁊ q̃r-
ta. Regiꝫ aũt epła iſta ꝯtinebat. Rex ãtiochꝰ:
lyſie fri. ſalutẽ. Patre nr̃o inter deos trãſlato
nos volentes eos qui ſũt i regno nr̃o ſine tu-
multu agere ⁊ rebꝰ ſuis adhibere diligẽtiã:
audiuimꝰ iudeos non cõſenſiſſe patri meo ut
transferrẽť ad ritũ grecoꝝ. ſꝫ tenere velle ſuũ
inſtitutũ: ac ꝓpťea poſtulare a nobis cõcedi
ſibi legitima ſua. Volẽtes igiť hanc q̊ꝫ gentẽ
quietã eẽ: ſtatuẽtes iudicauimꝰ tẽplũ reſti-
tui illis: ut agerent ſꝫm ſuorum maioꝝ con-
ſuetudinẽ. Bene igitur feceris: ſi miſeris ad
eos ⁊ dextrã dederis: ut cognita noſtra vo-
luntate bono aĩo ſint. ⁊ vtilitatibus ꝓprijs
deſuiãt. Ad iudeos ṽo regis epła talis erat
Rex antiochꝰ: ſenatui iudeorũ. ⁊ ceteris iu-
deis. ſalutẽ. Si valetis. ſic eſt ut volumus: ſꝫ
⁊ ipſi bñ valemꝰ. Adijt nos menelaus dicẽs
velle vos deſcẽdere ad vr̃os q̇ ſũt apud nos
His igiť q̇ cõmeãt vſqꝫ ad diẽ triceſimũ mẽſis
xandici damus dextras ſecuritatis: ut iudei
vtãť cibis ⁊ legibꝰ ſuis ſicut ⁊ priꝰ: ⁊ nemo
eoꝝ vllo modo moleſtiã patiať de his que ꝑ
ignorãtiã geſta ſũt. Miſimus aũt ⁊ menelaũ
qui vos alloquať. Valete. Anno centeſimo
q̃drageſimooctauo xandici mẽſis q̇ntadeci-
ma die. Miſerũt ãt etiã romani epiſtolã ita
ſe habẽtẽ. Quintꝰ mẽmiꝰ ⁊ titꝰ manliꝰ legati
romanoꝝ: ꝓplo iudeoꝝ. ſalutem. De his que
lyſias cognatꝰ regis ꝯceſſit vobis. ⁊ nos cõ-
ceſſimꝰ: de q̇bꝰ aũt ad regẽ iudicauit referen-
dum: cõfeſtim aliquẽ mittite diligentiꝰ inter
vos cõferẽtes: ut decernamus ſicut cõgruit
vobis. Nos. n. ãtiochiã accedimꝰ. Ideoqꝫ fe-
ſtinate reſcribere: ut nos q̊ꝫ ſciamꝰ cuiꝰ eſtis
volũtatis. Bñ valete. Anno cẽteſimo q̃dra-
geſimooctauo q̇ntadecia die mẽſis xandici.

HIs factiꝫ pactiõibꝰ lyſias ꝑge- XII
bat ad regem: iudei aũt agriculture
operã dabãt. Sed hi q̇ reſederant ti-
motheus. ⁊ apollonius gemnei filius. ſed ⁊

hieronymus ⁊ demophon ſuper hus ⁊ nica-
nor cypriarches nō ſinebāt eos i ſilentio agē
⁊ q̇ete. Jopite vero tale quoddā flagitiū ꝑpe-
trarūt. Rogauerūt iudeos cū q̇bꝰ habitabāt
aſcendē ſcaphas q̄s parauerāt cū vxoribꝰ ⁊ fi-
lijs: q̄ſi nullis īimicitijs int̄ eos ſubiacētibꝰ.
Scdm̄ cōe itaq̄ decretū ciuitatis. ⁊ ipſis ac-
q̇eſcentibꝰ paciſq̄ cā nihil ſuſpectū habētibꝰ:
cū in altū ꝓceſſiſſent: ſubmerſerūt non minꝰ
ducētos. Quā crudelitatē iudas i ſue gentꝫ
hoies factā ut cognouit: p̄cepit viris q̇ erāt
cū ipſo. ⁊ iuocato iuſto iudice deo venit ad-
uerſus interfectores fratꝝ. ⁊ portū q̇ dē nocte
ſuccēdit. ſcaphas exuſſit: eos autē q̇ ab igne
refugerant. gladio ꝑemit. Et cū h̄ ita egiſſet
diſceſſit q̄ſi iterꝝ reuerſurꝰ: ⁊ vniuerſos iopi-
tas eradicaturꝰ. Sꝫ cū cog̃uiſſet ⁊ eos q̇ erāt
iamnie velle pari mō facere habitantibꝰ ſecū
iudeis. iamnitis q̄ꝫ nocte ſuꝑuenit. ⁊ portum
cū nauibꝰ ſuccēdit: ita ut lumē ignis appare-
ret hieroſolymis ab ſtadijs ducētꝫ q̄dragita
Jnde cū iā abijſſent nouē ſtadijs ⁊ iter face-
rent ad timotheū: cōmiſerūt cum eo arabes
q̇nq̄ milia viri ⁊ equites q̇ngenti. Cūq̄ pu-
gna valida fieret ⁊ auxilio dei ꝓſpe ceſſiſſet:
reſidui arabes victi. petebant a iuda dextras
ſibi dari ꝓmittentes ſe paſcua daturos. ⁊ in
ceteris ꝓfuturos. Judas aūt arbitratꝰ vere
in multis eos vtiles ꝓmiſit pacem: dextriſq̄
acceptꝫ diſceſſere ad tabnacula ſua. Aggreſ-
ſus ē aūt ⁊ ciuitatē quandā firmā. pontibus
muriſq̄ circūſeptā q̄ a turbis habitabat̄ gē-
tiū ꝓmiſcuaꝝ. cui nomē caſphin. hi vero q̇ in-
tus erāt ꝯfidētes i ſtabilitate muroꝝ ⁊ appa-
ratu alimoniaꝝ remiſſiꝰ agebāt: maledictis
laceſſentes iudā ⁊ blaſfemātes. ⁊ loquētes q̄
phas nō ē. Machabeꝰ aūt iuocato magno
mundi principe qui ſine arietibꝰ ⁊ machinis
tꝑibꝰ ieſu p̄cipitauit hiericho: irruit ferociter
muris. ⁊ capta ciuitate ꝑ dn̄i volūtatē innu-
merabiles cedes fecit: ita ut adiacēs ſtagnū
ſtadioꝝ duoꝝ latitudinis ſanguine interfec-
torū fluere videretur. Jnde diſceſſerūt ſtadia
ſeptingenta q̇nq̄ginta ⁊ venerūt i tharacha
ad eos: qui dicunt̄ tibianei iudeos. ⁊ timo-
theū quidē in illis locis nō comprehēderūt:
nulloq̄ negocio ꝑfecto regreſſus ē. relicto i
q̄dā loco firmiſſimo p̄ſidio. Doſitheꝰ autē ⁊
ſoſipat̄ q̇ erāt duces cū machabeo ꝑemerūt
a timotheo relictos i p̄ſidio decē milia viros
At machabeus ordinatis circū ſe ſex milibꝰ
⁊ conſtitutis ꝑ cohortes: aduerſus timotheū
ꝓceſſit hn̄tē ſecū centum viginti milia peditū
equitūq̄ duo milia q̇ngentos. Cognito autē
iude aduētu timotheꝰ p̄miſit mulieres ⁊ fili-
os ⁊ reliquū apparatū in p̄ſidiū q̇ carmon
dicit̄. Erat. n. inexpug̃bile ⁊ acceſſu difficile:
ꝓpt̄ locoꝝ āguſtias. Cūq̄ cohors iude p̄ma
apparuiſſet. timor hoſtibꝰ incuſſus ē ex p̄ntia
dei q̇ vniuerſa conſpicit. ⁊ in fugam verſi ſūt
aliꝰ ab alio: ita ut magis a ſuis deijcerent̄: ⁊
gladioꝝ ſuoꝝ ictibꝰ debilitarent̄. Judas aūt
vehementer inſtabat puniēs ꝓphanos. ⁊ ꝓ-
ſtrauit ex eis triginta milia viroꝝ. Jpſe vero
timotheꝰ incidit i partes doſithei ⁊ ſoſipatris
⁊ multis precibꝰ poſtulabat ut viuꝰ dimitte-
ret̄: eo q̄ multoꝝ ex iudeis parētes haberet
ac frēs. q̄s morte eiꝰ decipi eueniret. Et cū fi-
dem dediſſet reſtituturꝝ ſe eos ſcd̄m conſtitutū
illeſū eū dimiſerūt ꝓpt̄ fratrū ſalutē. Judas
aūt regreſſus ē a carmon interfectꝫ vigītiq̇nq̄
milibꝰ. Poſt hoꝝ fugā ⁊ necē. mouit exercitū
ad effron ciuitatē munitā in q̄ multitudo di-
uerſaꝝ gentiū habitabat. ⁊ robuſti iuuenes
ꝓ muris ꝯſiſtētes fortit̄ repugnabāt. Jn hac
aūt machine multe. ⁊ teloꝝ erat apparatus.
Sꝫ cū oīpotētē iuocaſſent: q̇ ꝑtāte ſua vires
hoſtiū cōfringit. ceperūt ciuitatē. ⁊ ex eis qui
intꝰ erāt vigītiq̇nq̄ milia ꝓſtrauerūt. Jnde
ad ciuitatē ſcytharū abierunt: que ab hiero-
ſolymis ſexcētis ſtadijs aberat. Conteſtan-
tibus aūt his q̇ apud ſcythopolitas erāt iu-
deis q̄ benigne ab eis haberēt̄. etiā temporibꝰ
infelicitatis. q̄ modeſte ſecū egerint: gratias
agētes eis. ⁊ exhortati etiā de cetero erga ge-
nus ſuū benignos eē. venerūt hieroſolymā
die ſollēni ſeptimanaꝝ inſtante. Et poſt pen-
tecoſtē abierāt ꝯtra gorgiā p̄poſitū idumee
Exiuit aūt cū peditibꝰ tribꝰ milibꝰ. ⁊ equitibꝰ
q̄dringētis. Quibꝰ cōgreſſis cōtigit paucos
ruere iudeoꝝ. Doſitheꝰ vero q̇dā de bacheno-
ris eques vir fortis gorgiam tenebat. ⁊ cū
vellet illū capere viuū. eques q̇dā de thracibꝰ
irruit i eū: humerūq̄ eiꝰ amputauit: atq̄ ita
liosus: s3 mĩam dei cõsecutꝰ sũ: qa ignrans feci
in incredulitate. Supabũdauit aũt grã dñi
nri cũ fide ⁊ dilectione q̃ est in xpo ihu. Fide-
lis sermo ⁊ oi acceptione dignꝰ: qa xps ihs
venit in hũc mũdũ pctõres saluos facere: q̃r
pmꝰ ego sũ. S3 iõ mĩam cõsecutꝰ sũ: ut in me
pmũ oñderet xps ihs oēm patiētiã ad infor-
mationē eor̃ q̃ credituri sũt illi in vitã etnã.
Regi aũt seculor̃ imortali inuisibili soli deo
honor ⁊ glia: in secula seculor̃. amen. Hoc p-
ceptũ cõmēdo tibi fili timothee s'm pceden-
tes ite ꝓphetias: ut milites i illis bonã mili-
tiã hñs fidē ⁊ bonã ɔsciam. Quã qdã repel-
lentes circa fidē naufragauerũt: ex quibꝰ est
hymeneꝰ ⁊ alexander quos tradidi sathane:
ut discant nõ blasfemare. II

OBsecro igit' pmo oium fieri obsecra-
tiões. orones. postulatiões. grãr actiones
p oibꝰ hoibꝰ. p regibꝰ ⁊ oibus
q̃ i sublimitate constituti sũt: ut q̃etã ⁊ tran-
qllã vitã agamꝰ in oi pietate ⁊ castitate. Hoc
eni bonũ ē ⁊ acceptũ corã saluatore nro deo
q̃ oẽs hoies vult saluos fieri. ⁊ ad agnitionē
ṽitatis venire. Unꝰ. n. deꝰ. vnꝰ ⁊ mediator dei
⁊ hoium homo xps ihs: q̃ dedit redemptionē
semetipsũ p oibꝰ. Cuius testimoniũ tpibus
suis ɔfirmatũ est: i q̃ positꝰ sũ ego pdicator ⁊
aplus. Veritatē dico: nõ mētior. doctor gen
tiũ in fide ⁊ ṽitate. Volo g̃ viros orare i oi
loco. leuãtes puras manꝰ sine ira ⁊ discepta-
tione. Silit' ⁊ mulieres in habitu ornato. cũ
verecundia ⁊ sobrietate ornantes se: non in
tortis crinibꝰ aut auro aut margaritis uel ve-
ste pciosa: s3 qd decet mulieres: pmittentes
pietatē p opa bona. Mulier i silētio discat:
cũ oi subiectiõe. Docē aũt mulieri nõ pmitto
neq3 dñari i virũ: s3 esse in silentio. Adam. n.
pmus formatꝰ ē: deinde eua: ⁊ adã nõ est se-
ductꝰ: mulier aũt seducta i puaricatiõe fuit.
Saluabit' aũt p filior̃ gnãtionē: si pmãserit
in fide ⁊ dilectiõe ⁊ scificatiõe cũ sobrietate.

FIdelis s'mo. Si qs epatũ desi- III
derat. bonũ opus desiderat. Oportet
n. epm irrephensibilē eē. vniꝰ vxoris
virũ: sobriu. ornatũ. prudentē. pudicũ. hospi-
talē. doctorē. nõ vinolentũ. non pcussorē: sed
modestũ: nõ litigiosum. nõ cupidum: sue do-
mui bñ pposítũ: filios hñtem subditos cũ oi
castitate. Si qs aũt domui sue pesse nescit:
quõ ecclie dei diligentiã habebit? Non neo-
phitũ: ne i supbiã elatꝰ i iudiciũ incidat dia-
boli. Oportet aũt ⁊ illũ testimonium habere
bonũ ab his qui foris sũt: ut nõ in opprobriũ
incidat ⁊ i laqueũ diaboli. Diacones silit' pu
dicos. nõ bilingues. nõ multo vino deditos.
nõ turpe lucrũ sectãtes: hñtes mysteriũ fidei
in ɔsciã pura. Et hi aũt pbent' pmũ: ⁊ sic mi-
nistrēt nullũ crimen hñtes. Mulieres silit'
pudicas: nõ detrahētes: sobrias: fideles in
oibꝰ. Diacones sint vniꝰ vxoris viri: q̃ filijs
suis bñ psint. ⁊ suis domibꝰ. Qui eni bñ mi-
nistrauerint: gradũ bonũ sibi acq̃rēt. ⁊ mul-
tã fiduciã in fide q̃ ē i xpo ihu. Hec tibi scri-
bo fili timothee: spērãs me venire ad te cito.
Si aũt tardauero: ut scias quõ oporteat te i
domo dei ɔuersari q̃ ē ecclia dei viui: colũna
⁊ firmamētũ ṽitatis. Et manifeste magnũ est
pietatis sacr'm qd manifestatũ ē in carne. iu-
stificatũ ē i spũ: apparuit ãgelis: pdicatũ est
gentibꝰ: creditũ ē in mũdo: assũptũ ē in glia.

SPiritꝰ aũt manifeste dicit: IIII
q̃a i nouissimis tpibꝰ discedēt quidã

a fide: attēdētes spiritibus errorꝫ ⁊ doctrinis
demonioꝝ in hypocrisi·loquentiū mendaciū
⁊ cauteriatā hn̄tiū suā ꝯsciam: ꝓhibētiū nu-
bere: abstinē a cibis q̄s de⁹ creauit ad ꝑcipi-
endū cū grārū actione fidelibus: ⁊ his q̄ co-
gnouerūt ꝟitatē. Quia oīs creatā dei bona
ē. ⁊ nihil reijciendū qđ cū grāꝝ actiōe ꝑcipit.
Sctificat.n. ꝑ verbū dei ⁊ orationē. Hec ꝓpo-
nens frīb⁹·bon⁹ eris mīster xp̄i ih̄u: enutritus
ꝟbis fidei ⁊ bone doctrine quā assecutus es.
Ineptas aūt ⁊ inanes fabulas deuita. Exer-
ce aūt teipsū ad pietatē. Nā corꝑalis exerci-
tatio ad modicū vtilis ē. Pietas aūt ad oīa
vtilis ē: ꝓmissionē hn̄s vite·q̄ nūc ē ⁊ future.
Fidelis sermo ⁊ oī acceptiōe dign⁹. In h̄ enī
laboram⁹ ⁊ maledicimur: q̄a speram⁹ in deū
viuū·q̄ ē saluator oīuʒ hoīuʒ: maxime fide-
liū. Precipe h̄ ⁊ doce. Nemo adolescentiam
tuā ꝯtēnat: s̄ exemplū esto fideliū·in ꝟbo·in
cōuersatiōe·in caritate·ī fide·in castitate. Dū
venio: attende lectiōi·exhortatiōi ⁊ doctrine.
Noli negligere grām q̄ in te ē: q̄ data ē tibi ꝑ
ꝓphetiā cū impositione manuū p̄sbyterij. Hec
meditare: in his esto: ut ꝓfect⁹ tu⁹ manifest⁹
sit oībus. Attende.n. tibi ⁊ doctrine: insta in
illis. Hoc.n. faciēs. ⁊ teipsum saluū facies. ⁊
eos qui te audiunt. V

Seniorē ne increpauerꝫ: s̄ obsecra ut
patrē. Iuuenes ut frēs: anus ut ma-
tres: iuuēculas ut sorores ī oī casti-
tate. Viduas honora: que vere vidue sūt. Si
qua aūt vidua filios aut nepotes hʒ: discat
p̄mū domū suā regere. ⁊ mutuā vicē reddere
parentib⁹. Hoc.n. acceptū est corā deo. Que
aūt vere vidua est ⁊ desolata: speret in deū: ⁊
instet obsecrationib⁹ ⁊ orōnib⁹ nocte ⁊ die.
Nā q̄ in delitijs ē: viuēs mortua ē. Et h̄ p̄ci-
pe: ut irrep̄hensibiles sint. Si q̄s aūt suoꝝ ⁊
maxime domesticoꝝ curā nō hʒ·fidem nega-
uit. ⁊ ē infideli deterior. Vidua eligat̄ nō mi-
nus sexaginta ānoꝝ·q̄ fuerit vni⁹ viri vxor:
in opib⁹ bonis testimoniū hn̄s·si filios edu-
cauit·si hospitio recepit·si scōꝝ pedes lauit·si
tribulationē patientibus sūministrauit: si oē
opus bonū subsecuta ē. Adolescentiores āt
viduas deuita. Cū.n. luxuriate fuerit·in xp̄o
nubere volūt: hn̄tes dānationē·q̄a primā fi-
dem irritā fecerūt. Simul aūt ⁊ ociose discūt
circuire domos: non solū ociose. s̄ ⁊ ꝟbose ⁊
curiose: loquētes q̄ nō oportet. Volo aūt iu-
niores nubē·filios ꝓcreare·matresfamilias
eē: nullā occasionē dare aduersario maledi-
cti grā. Iā.n. q̄dā cōuerse sūt retro p⁹ satha-
nā. Si q̄s fidelis hʒ viduas·sūministret illis
ut nō ḡuet̄ ecclīa: ut his que vere vidue sunt
sufficiat. Qui bn̄ p̄sunt p̄sbyteri: duplici ho-
nore digni habeant̄: maxīeq̄ laborāt in verbo
⁊ doctrina. Dicit.n. scripta. Nō alligabis os
boui triturāti. Et dign⁹ ē oꝑari⁹ mercede sua.
Aduersus p̄sbyteꝝ accusationē noli recipe-
nisi sub duob⁹ aut trib⁹ testib⁹. Peccātes co-
rā oīb⁹ argue: ut ⁊ ceteri timorē habeāt. Te-
stor corā deo ⁊ xp̄o ih̄u ⁊ electꝫ angelis: ut h̄
custodias sine p̄iudicio: nihil faciens ī alterā
ꝑtē declināndo. Man⁹ cito nemini iposueris:
neq̄ coīcauerꝫ pctis alienis. Teipsum castū
custodi. Noli adhuc aquā bibere: s̄ modico
vino vtere ꝓpter stomachū tuū ⁊ frequentes
tuas infirmitates. Quorūdā hoīuʒ pctā ma-
nifesta sunt p̄cedentia ad iudiciū: q̄rūdā aūt
subsequūt̄. Silit̄ ⁊ facta bona manifesta sūt:
⁊ q̄ alit̄ se hn̄t·abscondi nō p̄nt. VI

Quicūq̄ sūt sub iugo s̄ui dn̄os suos
oī honore dignos arbitrent̄: ne no-
men dn̄i ⁊ doctrina blasfemet̄. Qui
autē fideles habent dominos: non contem-
nant: quia fratres sunt·sed magis seruiant:
quia fideles sunt ⁊ dilecti: quia bn̄ficij par-
ticipes sunt. Hec doce: ⁊ exhortare. Si quis
alit̄ docet ⁊ nō acquiescit sanis sermōib⁹ dn̄i
nr̄i ih̄u xp̄i. ⁊ ei que s̄m pietatem ē doctrine:
supb⁹ nihil sciēs·s̄ languēs circa q̄stiones ⁊
pugnas ꝟboꝝ: ex q̄b⁹ oriunt̄ iuidie·cōtētio-
nes·blasfemie·suspitiones male: cōflictatio-
nes hoīuʒ mente corruptoꝝ ⁊ q̄ a ꝟitate pri-
uati sūt: existimantiū q̄stū esse pietatē. Est āt
q̄stus magn⁹: pietas cū sufficiētia. Nihil.n.
intulim⁹ ī hūc mūdū: haud dubiū·quia nec
auferre q̄d possum⁹. Habentes aūt alimēta ⁊
q̄b⁹ tegamur: his ꝯtenti sim⁹. Nā q̄ volūt di-
uites fieri·incidunt in tēptatiōe ⁊ in laqueū
diaboli ⁊ desideria multa inutilia ⁊ nociua·
q̄ mergūt hoīes ī intitū ⁊ ꝑditionē. Radix.n.
oīuʒ maloꝝ ē cupiditas: quā q̄dā appetētes
errauerūt a fide. ⁊ iseruerūt se dolorib⁹ mul-
tis. Tu aūt o hō dei h̄ fuge. Sectare ꝟo iusti-
ciā·pietatē·fidē·caritatē·patientiā·mansue-
tudinē. Certa bonū certamē fidei: app̄hende
vitā etnā: ī q̄ vocat⁹ es ⁊ ꝯfess⁹ bonā ꝯfessio-
nē corā multis testib⁹. Precipio tibi corā deo
q̄ viuificat oīa ⁊ xp̄o ih̄u q̄ testimoniū red-
didit sub pontio pilato bonā cōfessionem: ut

serues mandatū sine macula irreprehensibile
vsq3 in aduentū dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i: quē suis tē-
porib9 ondet btūs ⁊ sol9 potens rex regum ⁊
dn̄s dn̄antiū: q̄ solus h3 imortalitatē. ⁊ lucē
habitat inaccessibilē: quē null9 hoīu3 vidit. s3
nec videre pōt. cui honor ⁊ iperiū sempiternū.
amen. Diuitib9 huius seculi p̄cipe nō sublime
sapere: neq3 spare i incerto diuitiaꝝ. s3 in deo
viuo q̄ p̄stat nob̄ oīa abūde ad fruendū: bene
agere. diuites fieri i bonis opib9. facile tribuē
coīcare: thesauriçare sibi fundamentū bonū
in futurū: ut app̄hendāt veram vitā. O timo-
thee depositum custodi: deuitans p̄phanas
vocum nouitates. ⁊ oppositiones falsi noīs
scientie: quā quidā promittētes circa fidem
exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Explicit epistola Pauli ad Timotheū p̄ma.
Incipit argumentū in epistolam secundam.

Item timotheo scribit de exhortatiōe
martyrij ⁊ oīs regule veritatꝭ: ⁊ quid
futurū sit temporibus nouissimis. ⁊
de sua passione: scribens ei ab vrbe roma.

Explicit argumentum. Incipit epistola
Pauli ad Timotheū secūda. Caplm I

Paulus apl's ih̄u xp̄i p voluntatē dei s̄m p̄missionem
vite q̄ est in xp̄o ih̄u: timotheo carissimo filio: gratia ⁊
mīa ⁊ pax a deo patre nr̄o ⁊
xp̄o ih̄u dn̄o nostro. Grās
ago deo meo: cui seruio a p̄genitorib9 meis
in ɔscia pura: q̄ sine intermissione habeam
tui memoriā in orationib9 meis nocte ac die
desiderans te videre. Memor lachrymarum
tuaꝝ: ut gaudio implear. Recordationē ac-
cipiēs ei9 fidei q̄ ē in te nō ficta: q̄ ⁊ habitauit
primū in auia tua loide ⁊ matre tua eunice:
cert9 sū aūt q̄ ⁊ i te. Propter quā cām āmo-
neo te: ut resuscites grām dei q̄ ē in te p impo-
sitionē manuū meaꝝ. Nō. n. dedit nobis de9
spm̄ timoris: s3 v̄tutꝭ ⁊ dilectiōis ⁊ sobrietatꝭ.
Noli itaq3 erubescere testimoniū dn̄i nr̄i ih̄u
xp̄i. neq3 me vinctū ei9: s3 collabora euāgelio
s̄m v̄tutē dei. q̄ nos liberauit ⁊ vocauit voca-
tione sua scā: nō s̄m opa nr̄a. s3 s̄m propositū
suū ⁊ grām q̄ data ē nobis i xp̄o ih̄u añ tp̄a
secularia: manifestata ē aūt nūc p illumina-
tionē saluatoris nr̄i ih̄u xp̄i: q̄ destruxit quidē
mortē. illuminauit aūt vitā ⁊ icorruptionē p
euāgeliū: in q̄ posit9 sū ego p̄dicator ⁊ apl's ⁊
mḡr gentiū. Ob quā cām etiā h̄ patior: s3 nō
ɔfūdor. Scio. n. cui credidi: ⁊ cert9 sū q̄a po-
tens ē depositū meū s̄uare i illū diē. Formā
habe sanoꝝ verborū q̄ a me audisti in fide ⁊
dilectiōe in xp̄o ih̄u. Bonū depositū custodi
p spm̄ scm̄ q̄ hitat i nob̄. Scis. n. h̄ q̄ auersi
sūt a me oēs q̄ i asia sūt: ex q̄b9 est phigelus ⁊
hermogenes. Det mīam domin9 onesifori do-
mui. q̄a sepe me refrigerauit ⁊ cathenā meam
nō erubuit. s3 cum romā venisset. sollicite me
q̄siuit ⁊ inuenit. Det illi dn̄s inuenire mīam
a deo in illa die. Et quāta ephesi ministrauit
mihi: tu melius nosti. II

Tu ḡ fili mi ɔfortare i grā q̄ est i xp̄o
ih̄u: ⁊ que audisti a me per multos
testes h̄ cōmenda fidelib9 hoib9: qui
idonei erūt ⁊ alios docere. Labora sicut bon9
miles xp̄i ih̄u. Nemo militās deo. iplicat se
negocijs secularib9: ut ei placeat cui se pro-
bauit. Nā ⁊ q̄ certat i agone. non coronabit
nisi legitime certauerit. Laborantē agricolā
oportet p̄mū de fructib9 accipe. Intellige que
dico: dabit. n. tibi dn̄s i oib9 intellectū. Me-
mor esto dn̄m ih̄m xp̄m resurrexisse a mor-
tuis ex semine dauid s̄m euāgeliū meū in q̄
laboro vsq3 ad vincula q̄si male operās: sed
v̄bū dei nō ē alligatū. Jō oia sustineo p̄pter
electos: ut ⁊ ipsi salutē ɔsequāt que est in xp̄o
ih̄u cū glīa celesti. Fidelis sermo. Nā si cō-
mortui sum9. ⁊ cōuiuem9: si sustinebimus ⁊
conregnabim9: si negauerim9. ⁊ ille negabit
nos: si nō credim9. ille fidelis p̄manet. nega-
re seipsū nō pōt. Hec cōmone testificans corā
deo. Noli ɔtendere v̄bis: ad nihil. n. vtile est
nisi ad subuersionē audiētiū. Sollicite autē
cura teipsū p̄babilē exhibere deo: operariū
incōfusibilē. recte tractantē v̄bū v̄itatꝭ. Pro-
phana āt ⁊ ianiloq̄a deuita. Multū. n. p̄fi-
ciūt ad ipietatē: ⁊ s̄mo eoꝝ ut cancer serpit.
Ex quib9 ē hymene9 ⁊ philet9: q̄ a v̄itate exci-
derūt dicentes resurrectionē iam factam: ⁊
subuerterūt q̄rūdā fidē. S3 firmū fundamē-
tū dei stat: hn̄s signaculū h̄. Cognouit dn̄s
q̄ sūt ei9: ⁊ discedat ab iniq̄tate oīs q̄ iuocat
nomē dn̄i. In magna aūt domo nō solū sūt
vasa aurea ⁊ argentea. s3 ⁊ lignea ⁊ fictilia:
⁊ q̄dā q̄dē in honorē: q̄dā aūt i ɔtumeliā. Si
q̄s ḡ emūdauerit se ab istꝭ. erit vas i honorē

sanctificatū: ⁊ vtile dn̄o · ad oē opus bonum ꝑatū. Juuenilia autē desideria fuge: sectare ꝟo iusticiā · fidem · caritatē. ⁊ pacem: cū his qui inuocāt dn̄m de corde puro. Stultas āt ⁊ sine disciplina q̄stiōēs deuita: sciēs q̄ a generāt lites. Seruū aūt dn̄i nō oportet litigare: ꝟ mānsuetū eē ad oēs. docibilē · patientē · cū modestia corripientē eos q̄ resistunt ꝟitati: ne qn̄ deꝰ det illis pn̄iam ad cognoscēdā ꝟitatē ⁊ resipiscāt a diaboli laqueis: a quo captiui tenent ad ipsius voluntatem. III

HOc aūt scito q̄ in nouissimis diebꝰ instabūt tp̄a ꝑiculosa: ⁊ erunt hoīes seipsos amantes · cupidi · elati · sup̄bi blasfemi · parentibꝰ nō obediētes · ingrati · scelesti · sine affectione · sine pace · criminatores · incontinentes · imites · sine benignitate · ꝓditores · ꝓterui · tumidi. ⁊ voluptatum amatores magis q̄ꝫ dei · hn̄tes speciē quidē pietatis virtutē aūt eius abnegātes. Et hos deuita. Ex his.n. sūt q̄ penetrāt domos. ⁊ captiuas ducūt mulierculas oneratas pctīs q̄ seducunt varijs desiderijs: sp̄ discētes ⁊ nūq̄ꝫ ad sciam ꝟitatꝫ ꝑuenientes. Quēadmodū autē iamnes ⁊ māmbres restiterunt moysi · ita ⁊ hi resistūt ꝟitati: hoīes corrupti mente · reprobi circa fidē: ꝟ vltra nō ꝓficiēt. Insipiētia enim eoꝝ manifesta erit oībꝰ: sic̄ ⁊ illoꝝ fuit. Tu aūt assecutꝰ es meā doctrinā · institutionē · ꝓpositū · fidē · lōganimitatē · dilectionē · patiētiā ꝑsecutiōēs · passiōēs: q̄lia mihi facta sunt antiochie · iconio · listris · q̄les ꝑsecutiones sustinui: ⁊ ex oībꝰ eripuit me dn̄s. Et omnes qui pie volūt viuere ī xp̄o ih̄u · ꝑsecutionē patient. Mali āt hoīes ⁊ seductores ꝓficiēt ī peius: errantes ⁊ in errorē mittētes. Tu ꝟo ꝑmane ī his q̄ didicisti. ⁊ credita sūt tibi: sciens a q̄ didiceris. Et q̄ ab infantia sacras lrās nosti q̄ te pn̄t instruerē ad salutē ꝑ fidē q̄ est in xp̄o ih̄u. Oīs.n. scriptura diuinitꝰ inspirata · vtilis ē ad docendū · ad arguendū · ad corripiendū ad erudiendū in iusticia: ut ꝑfectus sit hō dei ad oē opus bonū instructus. IIII

TEstificor corā deo ⁊ ih̄u xp̄o q̄ iudicaturꝰ ē viuos ⁊ mortuos. ⁊ ꝑ aduētū ipsiꝰ ⁊ regnū eiꝰ: p̄dica ꝟbū · insta opportune iportune: argue · obsecra · increpa ī oī patientia ⁊ doctrina. Erit.n. tēpꝰ cū sanā doctrinā non sustinebunt: ꝟ ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros pruriētes auribus: ⁊ a ꝟitate q̄dē auditū auertēt: ad fabulas aūt cōuertent. Tu ꝟo vigila · in oībꝰ labora · opus fac euangeliste · ministeriū tuū iple: sobriꝰ esto. Ego.n. iā delibor. ⁊ tēpꝰ resolutionis mee instat. Bonū certamē certaui · cursū cōsūmaui · fidē ꝟuaui. In reliq̄ reposita est mihi corona iusticie: quam reddet mihi dn̄s in illa die iustꝰ iudex. Nō solū aūt mihi: sed ⁊ his q̄ diligūt aduentū eiꝰ. Festina ad me venire cito. Demas.n. me reliq̄t diligēs h̄ seculum ⁊ abijt thessalonicā: crescens ī galatiā · titus ī dalmatiā: lucas ē mecū solꝰ. Marcū assume ⁊ adduc tecū: est.n. mihi vtilis ī ministerio. Tychicū aūt misi ephesū. Penulā quā reliq̄ troade apud carpū veniens affer tecū. ⁊ libros: maxie aūt mēbranas. Alexāder erarius multa mala mihi ostēdit: reddet illi dn̄s ꝟm opa eiꝰ: quē ⁊ tu deuita. Ualde n. restitit ꝟbis n̄ris. In p̄ma mea defensione nemo mihi affuit · ꝟ oēs me dereliquerūt: nō illis iputet. Dn̄s aūt mihi astitit ⁊ ꝯfortauit me ut ꝑ me p̄dicatio ipleat. ⁊ audiāt oēs gētes ⁊ libatꝰ sū de ore leonis. Libauit me dn̄s ab oī ope malo: ⁊ saluū faciet in regnū suū celeste: cui gloria in secula seculorū · amen. Saluta priscam ⁊ aquilā: ⁊ onesifori domū. Erastus remāsit corinthi: trophimū aūt reliq̄ infirmū mileti. Festina an̄ hyemē venire. Salutant te eubolꝰ ⁊ pudēs ⁊ linꝰ ⁊ claudia: ⁊ fratres oēs. Dn̄s ih̄s xp̄s cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

Explicit ep̄la Pauli ad Timotheū secūda. Incipit argumentū in epistolā ad Titum.

TItum cōmonefacit ⁊ instruit de cōstitutione p̄sbyterij ⁊ de sp̄uali conuersatiōē ⁊ hereticꝭ vitandis q̄ traditionibꝰ iudaicꝭ credūt: scribens ei a nicopoli.

Explicit argumentū. Incipit epistola Pauli ad Titum. Capl̄m I

PAulus seruꝰ dei · ap̄lus aūt ih̄u xp̄i · ꝟm fidē electoꝝ dei ⁊ agnitionem ꝟitatꝫ · q̄ ꝟm pietatē ē ī spem vite eterne: quā ꝓmisit q̄ nō mētit deꝰ an̄ tēpora secularia: manifestauit aūt tēporibꝰ suis ꝟbū suū in p̄dicatiōē · q̄ credita ē mihi scd̄m

ꝓceptũ saluatoris nostri dei: tito dilecto fi-
lio ꝑm cõmunẽ fidẽ: grã ⁊ pax a deo patre ⁊
xp̄o iħu saluatore nostro. Huiꝰ rei grã reliq̇
te crete ut ea q̄ desũt corrigas. ⁊ cõstituas ꝑ
ciuitates ꝑ̄sbyteros sicut ⁊ ego disposui tibi si
q̇s sine crimine ẽ vniꝰ vxoris vir: filios hñs
fideles nõ i accusatiõe luxurie aut nõ subdi-
tos. Oportet eñi ep̄m sine crimine esse sicut
dei dispensatorẽ: nõ sup̄bũ· nõ iracundũ· non
vinolentũ· nõ ꝑcussorẽ· nõ turpis lucri cupi-
dum: ꝫ hospitalẽ· benignũ· sobrium· iustum·
scm̄· ꝯtinentẽ· ãplectentẽ eũ q̇ ꝑm doctrinam
est fidelẽ sermonẽ: ut potens sit exhortari in
doctrina sana: ⁊ eos q̇ ꝯ̄dicũt arguere. Sũt
eñi multi ⁊ inobedientes· vaniloq̇ ⁊ seducto-
res: maxime q̇ de circũcisiõe sũt quos oportet
redargui: q̇ vniuersas domos subuertũt· do-
centes q̄ non oportet· turpis lucri grã. Dixit
q̇dã ex illis, ꝓpriꝰ ipsoꝝ ꝓph̄a. Cretenses semꝑ
mẽdaces: male bestie: ventris pigri. Testimo-
nium hoc verũ est. Quã ob cãm increpa illos
dure ut sani sint in fide: nõ intendẽtes iudai-
cis fabulis ⁊ mandatꝭ hoiuꝫ auersantiũ se a
veritate. Oia mũda mũdis: coinq̇natis aũt
⁊ infidelibꝰ nihil est mũdũ: ꝫ inq̇nate sũt eoꝝ
⁊ mens ⁊ ꝯ̄scia. Confitentꝭ se nosse deũ· factis
aũt negãt: cũ sint abhominati ⁊ incredibiles
⁊ ad omne opus bonũ reprobi. II

Tu aũt loq̄re q̄ decẽt sanã doctrinam. Senes ut sobrij sint· pudici· pruden-
tes· sani in fide· i dilectiõe· in patien-
tia. Anꝰ silit̃ i habitu scõ: nõ criminatrices·
nõ multo vino ꝯ̄uientes: bñ docẽtes ut pru-
dentiã doceãt. Adolescẽtulas· ut viros suos
ament: filios suos diligãt: prudẽtes· castas·
sobrias· domus curã hñtes: benignas· sub-
ditas viris suis: ut nõ blasfemetꝭ verbũ dei.
Iuuenes silit̃ hortare ut sobrij sint. In oibꝰ
teipsũ ꝑ̄be exemplũ bonoꝝ opeꝝ: in doctrina
in integritate· i ꝑ̄uitate. Verbũ sanũ irrepre-
hensibile: ut is q̇ ex aduerso est vereatꝭ: nihil
hñs malũ dicere de nob̃. Seruos dñis suis
subditos esse: in oibꝰ placẽtes: nõ ꝯ̄dicentes:
nõ fraudãtes: ꝫ i oibꝰ fidẽ bonã ostendẽtes:
ut doctrinã saluatoꝝ nostri dei ornẽt in oibꝰ.
Apparuit. n. grã dei ⁊ saluatoꝝ nostri oibus
hoibꝰ erudiens nos: ut abnegantes ipietatẽ
⁊ secularia desideria· sobrie ⁊ iuste ⁊ pie vi-
uamus in h̃ seculo: expectantes beatã spem ⁊
aduẽtũ glorie magni dei ⁊ saluatoꝝ nr̄i iħu
xp̄i q̇ dedit semetipsũ ꝓ nobis ut nos redime-
ret ab oi iniq̇tate. ⁊ mũdaret sibi ꝑp̄lm accep-
tabilẽ sectatorẽ bonoꝝ opeꝝ. Hec loq̄re ⁊ ex-
hortare. ⁊ argue cũ oi iꝑio. Nemo te ꝯtẽnat

Admone illos ꝑ̇ncipibus III
⁊ ꝑtãtibꝰ subditos esse: dicto obedi-
re: ad oẽ opꝰ bonũ paratos eẽ: nemi-
nem blasfemare· nõ litigiosos esse: ꝫ mode-
stos: oẽm ostendentes mãsuetudinẽ ad oẽs
hoies. Eramꝰ. n. aliqñ ⁊ nos insipiẽtes· incre
duli· errãtes· seruiẽtes desiderijs ⁊ volupta-
tibꝰ varijs: in malitia ⁊ iuidia agentes: odi-
biles· odiẽtes iuicẽ. Cũ aũt benignitas ⁊ hu-
manitas apparuit saluatoꝝ nostri dei: nõ ex
opibꝰ iusticie q̄ fecimꝰ nos· ꝫ ꝑm mĩam suam
saluos nos fecit ꝑ lauacrũ regnãtiõis ⁊ re-
nouatiõis spũs scĩ: quẽ effudit i nos abũde ꝑ
iħm xp̄m saluatorẽ nostrũ: ut iustificati grã
ipsiꝰ heredes simꝰ ꝑm spem vite etne. Fidelis
sermo est. Et de his volo te cõfirmare: ut cu-
rent bonis opibꝰ ꝑ̄esse q̇ credũt deo. Hec sunt
bona ⁊ vtilia hoibꝰ. Stultas aũt q̄stiones ⁊
genealogias ⁊ cõtentiones ⁊ pugnas legis
deuita. Sũt. n. iutiles ⁊ vane. Hereticũ hoiem
pꝰ vnã ⁊ secundã correptionẽ deuita: sciens
q̇a subuersus ẽ q̇ eiusmõi est. ⁊ delinquit cum
sit ꝓprio iudicio ꝯdẽnatꝰ. Cum misero ad te
arteman aut tychicum: festina ad me venire
nicopolim. Ibi. n. statui hyemare. Zenam le-
gisperitum ⁊ apollo sollicite ꝑ̄mitte: ut nihil
illis desit. Discãt aũt ⁊ nr̄i bonis opibꝰ preesse
ad vsus neccĩos: ut nõ sint infructuosi. Salu
tant te qui mecũ sũt oẽs. Saluta eos q̇ nos
amãt i fide. Gratia dei cũ oibꝰ vob̃. Amen.

Explicit epistola Pauli ad titum. Incipit
argumentũ in epistolam ad Philemonẽ.

Philemoni familiares lrãs facit pro
onesimo seruo eiꝰ: scribens ei ab vr-
be roma de carcere ꝑ suprascriptum
onesimũ.

Explicit argumentũ. Incipit ep̄la
Pauli ad Philemonẽ. Caplm I

Paulus vinctꝰ
xp̄i iħu. ⁊ timotheus frater:
philemoni dilecto adiutori
nr̄o. ⁊ appie sorori carissime
⁊ archippo cõmilitoni nr̄o
⁊ ecclesie que in domo tua

Ad Hebreos

est: gratia vobis ⁊ pax a deo prē nr̄o ⁊ dn̄o ihū xp̄o. Grās ago deo meo sp̄ memoriā tui faciēs in orationib⁹ meis audiēs caritatē tuā ⁊ fidē quā habes in dn̄o ihū ⁊ in oēs scōs: ut cōicatio fidei tue euidēs fiat i agnitione ois opis boni in xp̄o ihū. Gaudiū.n. magnū habui ⁊ ꝯsolationē i caritate tua: quia viscera scōꝝ requieuerūt ꝑ te frat̄. Propter qđ multā fiduciā hn̄s i xp̄o ihū iperandi tibi qđ ad rē ptinet: ꝓpt̄ caritatē magis obsecro cū sis talis ut paul⁹ senex: nūc aūt ⁊ vinct⁹ ihū xp̄i: obsecro te ꝓ meo filio quē genui in vinculis onesimo q̇ tibi aliqñ inutilis fuit: nūc autē ⁊ mihi ⁊ tibi vtilis: quē remisi tibi. Tu autem illū ut mea viscera suscipe. Quē ego volueram mecū detinere: ut ꝓ te mihi ministraret in vinculis euangelij. Sine consilio aūt tuo nihil volui facē: vti ne velut ex nccitate bonū tuū esset·sed volūtariū. Forsitan.n. iđ discessit ad horā a te·ut in et̄nū illū recipes: iā nō ut seruū·sed ꝑ seruo carissimū fratrem: maxime mihi. Quāto magis tibi. ⁊ in carne ⁊ i dn̄o. Si g̊ habes me sociū: suscipe illū sicut me. Si aūt aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi iputa. Ego paulus scripsi mea manu. Ego reddam: ut nō dicā tibi q̄ ⁊ teipsū mihi debes. Ita frater ego te fruar in dn̄o: refice viscera mea i xp̄o. Cōfidēs in obediētia tua scripsi tibi: sciēs qm̄ ⁊ sup id qđ dico facies. Simul ⁊ para mihi hospitiū: nā spo ꝑ orationes vr̄as donari me vob̄. Salutat te epaphras concaptiu⁹ meus i xp̄o ihū: marcus aristarchus·demas ⁊ lucas adiutores mei. Grā dn̄i nr̄i ihū xp̄i cū spū vestro. Amen.

Explicit ep̄la Pauli ad Philemonem. Incipit argumentū in epistolam ad Hebreos.

In primis dicendū est cur ap̄lus paulus in hac ep̄la scribēda nō seruauerit morem suū: ut uel vocabulum nois sui uel ordinis describet̄ dignitatem. Hec cā est: q̄ ad eos scribēs q̇ ex circūcisiōe crediderāt q̄si gentiū ap̄lus ⁊ nō hebreoꝝ: sciēs q̊z eoꝝ supbiā·suamq̄ hūilitatē ipse demonstrās: meritum officij sui noluit anteferre. Nam simili modo etiā iohānes ap̄lus ꝓpt̄ humilitatē i ep̄la sua nomē suū eadē ratione nō pretulit. Hāc g̊ ep̄lam fert̄ ap̄ls ad hebreos ꝯscriptā hebraica lingua misisse: cui⁹ sensū ⁊ ordinē retinens lucas euangelista post excessū apostoli pauli greco sermone composuit.

Explicit argumentū. Incipit epistola Pauli ad Hebreos. Capl̄m I

Multipharie multisq̄ modis olim de⁹ loquens prib⁹ in ꝓphetis: nouissime dieb⁹ istis locut⁹ est nob̄ in filio quē cōstituit heredem vniuersoꝝ: ꝑ quē fecit ⁊ secula. Qui cū sit splendor glīe. ⁊ figura substantie eius: portāsq̄ oia v̄bo v̄tutꝫ sue·purgationē peccatoꝝ faciēs: sedet ad dexterā maiestatꝫ i excelsis: tāto melior angelis effect⁹·quanto differenti⁹ p̄ illis nomē hereditauit. Cui eni dixit aliqñ āgeloꝝ: fili⁹ meus es tu·ego hodie genui te? Et rursū. Ego ero illi in patrē: ⁊ ipse erit mihi i filiū. Et cū iterū introducit p̄mogenitū i orbē t̄re·dicit: Et adorēt eū oēs āgeli dei. Et ad angelos quidē dicit: Qui facit angelos suos spūs: ⁊ mīstros suos flammā ignis. Ad filiū aūt. Thron⁹ tuus de⁹ i seculū seculi: v̄ga eq̄tatis v̄ga regni tui. Dilexisti iusticiā ⁊ odisti iniq̄tatē: ꝓpt̄ea vnxit te deus de⁹ tu⁹ oleo exultationis p̄ pticipib⁹ tuis. Et tu in p̄ncipio dn̄e t̄rā fundasti: ⁊ opa manuū tuaꝝ sūt celi. Ipsi pibūt tu aūt pmanebis: ⁊ oēs ut vestimentū veterascent. Et velut amictū mutab̄ eos ⁊ mutabūt̄: tu aūt idē ipse es ⁊ āni tui nō deficiēt. Ad quē aūt āgeloꝝ dixit aliqñ·sede a dextris meis: q̄adusq̄ ponā inimicos tuos scabellū pedum tuoꝝ? Nōne oēs sūt āministratorij spūs in misteriū missi ꝓpt̄ eos q̇ hereditatē capiūt salutis? C II

Propt̄ea abūdāti⁹ oportet obseruare nos ea q̄ audiuim⁹: ne forte pefflu amus. Si.n. q̇ ꝑ angelos dict⁹ ē sermo fact⁹ ē firmus: ⁊ ois p̄uaricatio ⁊ inobediētia accepit iustā mercedis retributionē: quō nos effugiem⁹ si tantā neglexerim⁹ salutē? Que cū īitiū accepisset enarrari ꝑ dn̄m ab eis q̇ audierūt i nos ꝯfirmata ē: ꝯtestāte deo signis ⁊ portentꝫ ⁊ varijs v̄tutib⁹ ⁊ spūs sci distributiōib⁹ s̄m suā volūtatē. Non enim angelis subiecit de⁹ orbē t̄re futurū: de q̄ loquimur. Testat⁹ ē aūt i quodā loco q̄s dicēs: Quid ē hō q̄ memor es eius: aut filius hois q̄m visitas eum? Minuisti eum paulo min⁹ ab angelis: gloria ⁊ honore coronasti eum:

⁊ constituisti eū sup̱ op̱a manuū tuaꝝ. Oia subiecisti sub pedibus ei⁹. In eo.n.ꝙ oia ei subiecit: nihil dimisit nō subiectum ei. Nunc aūt necdū videm⁹ oia subiecta ei. Eum autē q̇ modico ꝙ̄ angeli minorat⁹ est videm⁹ ihm ꝓpt̄ passionē mortis gl̄ia ⁊ honore coronatū ut gr̄a dei pro oib⁹ gustaret mortē. Decebat n.eū ꝓpt̄ quē oia ⁊ p̱ quē oia: q̇ multos filios i gloriā adduxerat: autorē salutꝭ eoꝝ p̱ passionē ꝯsūmari. Qui.n. sc̄ificat ⁊ q̇ sc̄ificant̄: ex vno oēs. Propt̄ quā cām nō confundit̄ fr̄es eos vocare dicēs: Nūciabo nomē tuū fr̄ib⁹ meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterū. Ego ero fidēs i eū. Et iterū. Ecce ego ⁊ pueri mei: q̄s dedit mihi de⁹. Quia ḡ pueri coicauerūt carni ⁊ sanguini: ⁊ ipse sil̄r̄ participauit eisdē: ut p̱ mortē destrueret eū q̇ habebat mortꝭ imperiū. id est diabolū: ⁊ liberaret eos q̇ timore mortꝭ p̱ totā vitā obnoxij erāt seruituti. Nusq̄.n. angelos apprehendit: sed semen abrahe apprehendit. Unde debuit per oia fr̄ibus similari: ut misericors fieret ⁊ fidelis pontifex ad deū: ut repp̄iciaret delicta p̄pli. In eo.n.in q̄ passus ē ipse ⁊ temptatus: potens ē ⁊ eis q̇ tēptant̄ auxiliari. C. III

Unde fr̄es sc̄i vocatiōis celestis p̱ticipes. cōsiderate apl̄m ⁊ pontificē confessionis nr̄e ihm: q̇ fidelis ē ei q̇ fecit illū: sicut ⁊ moyses in oi domo eius. Amplioris.n. gl̄ie iste p̄ moyse dign⁹ habit⁹ est: quāto ampliorē honorē hꝫ dom⁹: q̇ fabricauit illam. Ois nāq̄ dom⁹ fabricat̄ ab aliq̄. Qui aūt oia creauit: de⁹ ē. Et moyses q̇dē fidelis erat i tota domo ei⁹ tanq̄ famul⁹ in testimoniū eoꝝ q̄ dicēda erāt: xp̄s vo tanq̄ filius in domo sua. Que dom⁹ sum⁹ nos: si fiduciā ⁊ gloriā spei vsq̄ ad finem firmā retineamus. Quapꝓpt̄ sicut dicit sp̄ūs sc̄ūs. Hodie si vocē ei⁹ audieritis nolite obdurare corda vestra: sicut i exacerbatiōe s̄m diē tēptatiōis i deserto vbi temptauerūt me pr̄es vr̄i: probauerūt ⁊ viderūt op̱a mea q̄draginta ānis. Propt̄ qd̄ offensus fui gn̄ationi huic: ⁊ dixi semp̱ errāt corde. Ipsi aūt nō cognouerunt vias meas: q̇b⁹ iuraui i ira mea si introibūt in req̇ē meā. Uidete fr̄es: ne forte sit i aliq̄ vr̄m cor malū incredulitatis discedēdi a deo viuo. Sꝫ adhortami vosmetipsos p̱ singulos dies donec hodie coḡminat̄: ut nō obduret̄ q̇s ex vobis fallacia pc̄ti. Participes.n. xp̄i effecti sum⁹: si tn̄ initiū substantie ei⁹ vsq̄ ad finē firmū retineam⁹: dū dicit̄. hodie si vocē ei⁹ audieritis nolite obdurare corda vr̄a. queadmodū in illa exacerbatiōe. Quidā.n. audiētes exacerbauerūt: s̄ nō vniuersi q̇ ꝓfecti sunt ab egypto p̱ moysen. Quib⁹ aūt offensus est q̄draginta ānis? Nōne illis q̇ peccauerūt: q̄rū cadauera ꝓstrata sūt i deserto? Quib⁹ aūt iurauit nō introire i requiē ipsi⁹: nisi illis q̇ increduli fuerūt? Et videmus quia nō potuerunt introire ꝓpter incredulitatem. C. IIII

Timeamus ḡ: ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiē eius: existimetur aliquis ex nobis deesse. Eteni ⁊ nobis nunciatū est queadmodū ⁊ illis: sed nō ꝓfuit illis sermo auditus nō admixt⁹ fidei ex his q̄ audierūt. Ingrediemur n. in requiē q̇ credidim⁹: queadmodū dixit. Sic iuraui i ira mea: si introibūt in requiē meā. Et q̇dē opib⁹ ab institutiōe mūdi perfectis: Dixit.n.in q̄dā loco de die septima sic. Et req̇euit deus die septima ab oibus opib⁹ suis. Et i isto rursū. Si introibūt i req̇ē meā. Qm̄ ḡ supest introire q̄sdā in illā: ⁊ hi q̇bus p̄orib⁹ ānūciatū ē. nō introierūt ꝓpt̄ incredulitatē. iterū t̄minat diē quedā hodie i dauid dicēdo: post tantū tp̄is sicut supra dictū est: hodie si vocem ei⁹ audieritis nolite obdurare corda vr̄a. Nā si eis ihs requiē prestitisset: nūq̄ de alia loq̄ret̄ p⁹ hac die. Itaq̄ relinq̄t̄ sabbatissim⁹ p̄plo dei. Qui.n. ingressus ē i requiē ei⁹. etiā ipse req̇uit ab op̱ibus suis sicut ⁊ a suis de⁹. Festinem⁹ ḡ ingredi i illā requiē ut ne in idipsū q̇s incidat icredulitatꝭ exēplū. Uiu⁹ ē.n. sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oi gladio ancipiti: ⁊ p̱tingens vsq̄ ad diuisionē aie ac sp̄ūs. cōpagū q̄ꝫ ac medullarū: ⁊ discretor cogitationū ⁊ intētionū cordis. Et nō ē vlla creat̄a inuisibilis i cōspectu ei⁹: oia aūt nuda ⁊ ap̱ta sunt oculis ei⁹: ad quē nob̄ s̄mo. Hn̄tes ḡ pontificē magnū q̇ penetrauit celos ihm filiū dei. teneam⁹ spei nr̄e cōfessionē. Nō.n. habem⁹ pontificē q̇ nō possit cōpati infirmitatib⁹ nr̄is: tēptatū aūt p̱ oia p̱ similitudine absq̄ pc̄tō. Adeamus ḡ cū fiducia ad thronū gr̄e ei⁹: ut mīam ꝯseq̄mur. ⁊ gratiam inueniam⁹ in auxilio opportuno. C. V

Omnis nāq̄ pontifex ex hoib⁹ assūpt⁹ p̱ hoib⁹ cōstituit̄ ibis q̄ sūt ad deum: ut offerat dona ⁊ sacrificia pro pc̄tis. Qui cōdolere possit his q̇ ig̃rāt ⁊ errant: qm̄ ⁊ ipse circūdat⁹ est infirmitate: ⁊ ꝓptea debet

queãdmodũ ꝑ ꝓplo·ita etiam ⁊ ꝓ semetipso offerre ꝑ pctis. Nec q̇sq̄ sumit sibi honorẽ: ſ᷒ q̇ vocat a deo tãq̄ aaron. Sic ⁊ xp̄s nõ semetipsũ clarificauit ut pontifex fieret·ſ᷒ q̇ locut⁹ ẽ ad eũ: Filius me⁹ es tu·ego hodie genui te. Queãdmodũ ⁊ ĩ alio loco dic̄. Tu es sacerdos in et̃nũ: ſ᷒m ordinẽ melchisedech. Qui ĩ dieb⁹ carnis sue p̄ces supplicationesq̄ ad eũ q̇ possit illũ saluũ facẽ a morte·cũ clamore valido ⁊ lachrymis offerẽs: exaudit⁹ ẽ ꝓ sua reuerẽtia. Et q̇dẽ cũ eẽt fili⁹ dei: didicit ex his que passus ẽ·obediẽtiã. ⁊ cõsũmat⁹ fact⁹ est oĩb⁹ obtẽꝑãtib⁹ sibi cã salutꝫ et̃ne: appellat⁹ a deo pontifex iux̃ ordinẽ melchisedech. De q̇ nob̃ grãdis sermo ⁊ int̃pretabilis ad dicẽdũ: qm̃ ĩbecilles facti estis ad audiẽdũ. Etenĩ cũ deberetꝫ mg̃ri eẽ ꝓp̃t temp⁹: rursũ indigetꝫ ut vos doceamini q̇ sint elementa exordij sermonũ dei: ⁊ facti estis quib⁹ lacte op⁹ sit·nõ solido cibo. Ois.n.q̇ lactꝫ ẽ particeps: expers ẽ sermonis iusticie·Paruul⁹.n. est. Perfectorũ aũt ẽ solid⁹ cib⁹: eoꝝ qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionẽ boni ac mali.

VI

Quapropt̃ intermittẽtes inchoatiõis xp̄i sermonẽ·ad ꝑfectionẽ feramur: nõ rursũ iacientes fundamentũ pnie ab opib⁹ mortuis. ⁊ fidei ad deũ·baptismatũ doctrine·impositionis q̄ꝫ manuũ·ac resurrectiõis mortuoꝝ: ⁊ iudicij et̃ni. Et h̃ faciemus: si q̇dẽ ꝑmiserit deus. Impossibile.n.est eos q̇ semel sũt illuminati·gustauerũt etiam donum celeste. ⁊ participes facti sũt sp̄us sci·gustauerũt nihilomin⁹ bonũ dei ṽbũ·virtutesq̄ꝫ seculi venturi. ⁊ ꝓlapsi sũt: rursus renouari ad pniam: rursũ crucifigẽtes sibimetipsis filiũ dei. ⁊ ostentui hñtes. Terra.n.sepe venientẽ sup̱ se bibens hymbrẽ ⁊ germinans herbã opportunã illis a q̇b⁹ colit̃ accipit benedictionẽ a deo·ꝓferẽs aũt spinas ac tribulos reproba ẽ ⁊ maledicto ꝓxima: cui⁹ cõsũmatio in cõbustionẽ. Cõfidim⁹ aũt de vobis dilectissimi meliora ⁊ viciniora saluti: tam ⁊ si ita loquimur. Nõ.n.ĩiust⁹ deus ut obliuiscat̃ opis vr̃i ⁊ dilectionis quã ostendistis ĩ noĩe ipsi⁹: q̇ ministrastis scĩs. ⁊ ministratꝫ. Cupimus aũt vnũquẽq̄ꝫ vr̃m candẽ ostẽtare sollicitudinẽ ad expletionẽ spei vsq̄ꝫ in finẽ·ut nõ segnes efficiamini: veꝝ imitatores eoꝝ q̇ fide ⁊ patiẽtia hereditabũt ꝓmissiões. Abrahe nãq̄ꝫ ꝓmittens de⁹·qm̃ neminẽ habuit per quem iuraret maiorẽ: iurauit ꝑ semetipsum dicens: nisi bñdicens bñdicã te. ⁊ multiplicans multiplicabo te: ⁊ sic lõganimiter ferẽs adept⁹ est re ꝓmissionẽ. Hoies.n.ꝑ maiorem sui iurãt: ⁊ ois ꝯtrouersie eoꝝ finis ad cõfirmationẽ est iuramentũ. In q̇ abũdanti⁹ volens de⁹ oñdẽ pollicitatiõis heredib⁹ imobilitatẽ cõsilij sui·interposuit iusiurandũ: ut ꝑ duas res imobiles q̇b⁹ ĩpossibile est mentiri deũ·fortissimũ solatiũ habeam⁹ q̇ cõfugimus ad tenendã ꝓpositã spem: quã sicut anchorã habem⁹ aĩe tutã ac firmã ⁊ incedentẽ vsq̄ꝫ ad ĩteriora velaminis: vbi p̄cursor ꝓ nobis introiuit ih̄s scd̄m ordinẽ melchisedech: pontifex factus in eternum.

VII

Hic enĩ melchisedech rex salem sacerdos dei sũmi q̇ obuiauit abrahe regresso a cede regũ. ⁊ bñdixit ei: cui ⁊ decimas oĩuꝫ diuisit abrahã: primũ q̇dẽ q̇ int̃pretat̃ rex iusticie·deinde aũt ⁊ rex salẽ qḋ ẽ rex pacis: sine p̄re·sine m̄re·sine genealogia·neq̄ꝫ initiũ dieꝝ neq̄ꝫ finem vite habens: assimilat⁹ aũt filio dei manet sacerdos in ꝑpetuũ. Intuemini aũt quant⁹ sit hic: cui ⁊ decimas dedit de p̄cipuis abrahã patriarcha. Et q̇dẽ de filijs leui sacerdotiũ accipiẽtes: mandatũ hñt decimas sumẽ a ꝓplo ſ᷒m legem·id est a frib⁹ suis: q̄q̄ ⁊ ipsi exierint de lũbis abrahe. Cui⁹ aũt gñatio nõ annumerat̃ in eis·decimas sũpsit ab abrahã: ⁊ hũc q̇ habebat repromissiões bñdixit. Sine vlla aũt ꝯdictiõe qḋ min⁹ ẽ a meliore bñdicit̃. Et h̃ q̇dẽ decimas morientes hoies accipiũt: ibi aũt contestat̃ q̇a viuit. Et ut ita dictũ sit: ꝑ abrahã ⁊ leui q̇ decimas accepit·decimat⁹ est. Adhuc n.ĩ lũbis p̄ris erat: qm̃ obuiauit ei melchisedech. Si g̃ cõsũmatio ꝑ sacerdotiũ leuiticũ erat·ꝓpl's.n.sub ipso legẽ accepit: q̇d adhuc neccĩuꝫ fuit ſ᷒m ordinem melchisedech aliũ surgẽ sacerdotẽ ⁊ nõ ſ᷒m ordinẽ aaron dici? Trãslato.n.sacerdotio: necesse est ut ⁊ legis trãslatio fiat. In q̇.n.h̃ dicũt̃·de alia tribu ẽ de q̇ null⁹ altario p̄sto fuit. Manifestũ ẽ enĩ q̄ꝫ ex iuda ort⁹ sit dñs nr̃: in q̇ tribu nihil de sacerdotib⁹ moyses locut⁹ ẽ. Et ãpli⁹ adhuc manifestũ est: si ſ᷒m siĩtudinẽ melchisedech exurgat ali⁹ sacerdos q̇ nõ ſ᷒m legẽ mandati carnalis fact⁹ est: ſ᷒ ſ᷒m ṽtutẽ vite ĩsolubilis. Cõtestat̃ enĩ: qm̃ tu es sacerdos in et̃nũ ſ᷒m ordinẽ melchisedech. Reprobatio quidẽ fit p̄cedentis mandati ꝓpter infirmitatem eius

Ad Hebreos

⁊ inutilitatē. Nihil.n.ad ꝑfectū adduxit lex. Introductio ṽo melioꝛ͡ſpei ꝑ quā ꝓxima/mus ad deū. Et quantū ē: nō ſine iureiuran/do? Alij q̇dē ſine iureiurādo ſacerdotes fa/cti ſūt: Hic aūt cū iureiurādo ꝑ eū q dixit ad illū. Jurauit dn̄s ⁊ nō penitebit eū: tu es ſa/cerdos i et̄nū. Jn tātū melioꝛ͡ teſtamēti ſpō/ſoꝛ fact⁹ ē ih̄s. Et alij q̇dē plures facti ſūt ſa/cerdotes ſ͞m legē idcirco ꝙ morte ꝓhiberēt̄ ꝑmanere: hic aūt eo ꝙ maneat i et̄nū· ſempi/ternū hȝ ſacerdotiū. Unde ⁊ ſaluare i ꝑpetuū pōt accedēs ꝑ ſemetipſū ad deū: ſꝑ viuēs ad inꝑpellandū ꝓ nob̄. Talis.n.decebat ut no/bis eēt pōtifex: ſcūs· inocēs· impollut⁹· ſegre/gat⁹ a pctōrib⁹. ⁊ excelſioꝛ celis fact⁹. Qui nō hȝ nccītatē ꝗtidie queāmodū ſacerdotes pri⁹ ꝓ ſuis delictis hoſtias offerre: deinde ꝓ ꝑpl̄i. Hoc enī fecit ſemel ſe offerendo. Lex enī ꝯſtituit homines ſacerdotes infirmitatē ha/bentes· ſermo aūt iuriſiurandi qui poſt legē ē filiū in eternum perfectum.

CVIII

Capitulū aūt ſuꝑ ea q̄ dicunt̄. Talē habem⁹ pontificē: q ꝯſedit in dextera ſedis magnitudinis in celis· ſcōꝝ mi/niſter. ⁊ tabnaculi veri: qd̄ fixit de⁹ ⁊ nō hō. Oīs.n.pontifex ad offerendū munera ⁊ ho/ſtias ꝯſtituit̄· Unde nccē ē ⁊ hūc hr̄e aliquid qd̄ offerat. Si ḡ eēt ſuꝑ t̄rā: nec eēt ſacerdoſ cū eēnt q offerrēt ſ͞m legē munera q̇ exem/plari ⁊ vmbꝛe deſeruiūt celeſtiū: ſicut reſpon/ſū ē moyſi cū ꝯſūmaret tabnaculū. Uide inq̇t oīa facito ſ͞m exēplar: qd̄ tibi oſtenſū ē i monte. Nūc aūt meli⁹ ſoꝛtitus ē miniſteriū quāto ⁊ melioꝛ͡ teſtamēti mediatoꝛ ē· qd̄ i me/lioꝛib⁹ repmiſſionib⁹ ſancitū eſt. Nā ſi illud pri⁹ culpa vacaſſet: nō vtiꝗ ſecūdi locus in/q̇reret̄. Uituꝑrās.n.eos dicit: Ecce dies ve/niēt dicit dn̄s: ⁊ ꝯſūmabo ſuꝑ domū iſrl̄. ⁊ ſuꝑ domū iuda teſtm̄ nouū: nō ſ͞m teſtamē/tū quod feci patrib⁹ eoꝝ in die qua apprehē/di manū eoꝝ: ut educerē illos de terra egy/pti: qm̄ ipſi nō ꝑmanſerūt i teſtamēto meo: ⁊ ego neglexi eos dicit dn̄s. Quia hoc ē teſta/mentū qd̄ diſponā domui iſrl̄ p⁹ dies illos di/cit dn̄s· dādo leges meas i mētē eoꝝ ⁊ i coꝛ/da eoꝝ ſuꝑſcribā eas: ⁊ ero eis in deū: ⁊ ipſi erūt mihi in ꝑpl̄m. Et nō docebit vnuſquiſꝗ ꝓximū ſuū ⁊ vnuſq̇ſꝗ fratrē ſuū· dicens: co/gnoſce dn̄m: qm̄ omnes ſcient me a minoꝛe vſꝗ ad maioꝛē: q̇a ꝓpiti⁹ ero iniq̇tatib⁹ eoꝝ ⁊ pctōꝝ eoꝝ iā nō memoꝛabo. Dicendo aūt nouū: veterauit pri⁹. Quod aūt antiquatur ⁊ ſeneſcit: ꝓpe interitum eſt.

CIX

Habuit q̇dē ⁊ ꝑ̇us· iuſtificatiōes cul/ture: ⁊ ſcm̄ ſeculare. Tabnaculū enī factū ē ꝑ̇mū: in q̄ erāt candelabꝛa ⁊ menſa ⁊ ꝓpoſitio panū· q dr̄ ſcā: p⁹ velamen/tū aūt· ſecundū tabnaculū qd̄ dicit̄ ſcā ſcōꝝ: aureū hn̄s thuribulū. ⁊ archā teſtamēti cir/cūtectā ex oī ꝑte auro: i qua vrna aurea hn̄s manna. ⁊ ṽga aaron q̄ froduerat. ⁊ tabule teſtamēti: ſuꝑ q̄ erāt cherubin gloꝛie obum/bꝛātia ꝓpitiatoꝛiū: de q̇b⁹ nō ē modo dicēdū ꝑ ſingula. His ṽo ita cōpoſitꝭ· in ꝑ̇oꝛi q̇dē ta/bernaculo ſꝑ introibant ſacerdotes ſacrifi/cioꝝ officia cōſūmantes: i ſecūdo aūt ſemel i āno ſol⁹ pōtifex nō ſine ſanguine quē offer/ret ꝓ ſua ⁊ ꝑpl̄i ignōrantia: hoc ſignificante ſpū ſcō: nondū ꝓpalatā eſſe ſcōꝝ viā adhuc ꝑ̇oꝛe tabernaculo hn̄te ſtatū. Que ꝑabola eſt tpīs inſtantꝭ: iuxͣ quā munera ⁊ hoſtie offerunt̄· q̄ nō ꝑn̄t iuxͣ ꝯſciam ꝓfectū facē ſeruientē: ſo/lūmodo i cibis ⁊ in potib⁹ ⁊ in varijs baptiſ/matib⁹ ⁊ iuſticijs carnis: vſꝗ ad tp̄s corre/ctiōis ipoſitꝭ. Xp̄s aūt aſſiſtēs pontifex futu/roꝝ bonoꝝ ꝑ āpli⁹ ⁊ ꝑfecti⁹ tabernaculū non manufactū: id eſt nō hui⁹ creationis: neꝗ ꝑ ſanguinē hircoꝝ aut vituloꝝ· ſ꜕ ꝑ ꝓpriū ſan/guinē introiuit ſemel in ſcā: et̄na redēptione inuenta. Si.n.ſanguis hircoꝝ ⁊ tauroꝛū ⁊ cinis vitule aſꝑſus· inq̇natos ſanctificat ad emūdationē carnis: quāto mag̃ ſāguis xp̄i qui ꝑ ſpm̄ ſcm̄ ſemetipſū obtulit imaculatū deo emūdauit ꝯſciam nr̄am ab oꝑib⁹ moꝛtis ad ſeruiēdū deo viuēti? Et iō noui teſtamēti mediatoꝛ ē: ut moꝛte intercedēte i redēptionē eaꝝ ꝑ̇uaricationū: q̄ erāt ſub ꝑ̇oꝛi teſtamēto repmiſſionē accipiāt: q̇ vocati ſūt et̄ne here/ditatꝭ. Ubi enī teſtm̄ ē: moꝛs nccē ē interce/dat teſtatoꝛ͡. Teſtamētū enī i moꝛtuis cōfir/matū eſt. Alioq̇n nōdū valet: dū viuit qui teſtat⁹ eſt. Unde nec ꝑ̇mū q̇dē ſine ſanguine dedicatū eſt. Lecto.n.oī mādato leg̃ a moy/ſe vniuerſo ꝑpl̄o: accipiēs ſanguinē vituloꝝ ⁊ hircoꝝ cū aqua ⁊ lana coccinea ⁊ hyſopo: ipſū ꝗꝫ librū ⁊ oēm ꝑpl̄m aſꝑſit· dicens: Hic ſanguis teſtamēti: qd̄ mandauit ad vos de⁹. Etiā tabnaculū ⁊ oīa vaſa miſterij ſanguie ſilr̄ aſꝑſit. Et oīa pene i ſanguie ſ͞m legē mū/dant̄: ⁊ ſine ſanguinis effuſiōe nō fit remiſ/ſio. Neceſſe eſt ḡ exēplaria quidē celeſtiū his mundari: ipſa autē celeſtia melioꝛib⁹ hoſtijs

ꝙ̄ istis. Nō.n.i mãufactis scis introiuit ihs exēplaria verorū: ſʒ in ipsū celū: ut appareat nūc vultui dei ꝓ nobis. Neqȝ ut sepe offerat semetipsū: queadmodū pontifex intrat in scā ꝑ singulos ānos i sanguine alieno. Alioqn oportebat eū frequent̄ pati ab origine mūdi. Nūc aūt semel i cōsūmatiōe seculoꝝ ad destitutionē pcti ꝑ hostiā suam apparuit. Et quēadmodum statutum est hoibus semel mori: pꝰ hoc aūt iudiciū: sic ⁊ xp̄s semel oblatꝰ est ad multorum exhaurienda peccata: secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem.

X

Vmbram.n.hñs lex futuroꝝ bonorū nō ipsam imaginē rerū: ꝑ singulos annos eisdē ipsis hostijs q̄s offerunt indesinent̄: nūꝙ̄ pōt accedētes ꝑfectos facē. Alioqn cessassent offerri: ideo ꝙ nullā haberēt vltra ꝯsciam pcti cultores semel mūdati. Sed in ipsis cōmemoratio pctōꝝ ꝑ singulos ānos fit. Impossibile.n.ē sanguine tauroꝝ ⁊ hircoꝝ auferri pctā. Jō ingrediēs mūdū dicit: Hostiā ⁊ oblationē noluisti: corpꝰ aūt aptasti mihi. Holocaustomata ⁊ ꝓ pctō nō tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptū ē de me: ut faciā deus volūtatē tuā. Superiꝰ dicēs: quia hostias ⁊ oblatiōēs ⁊ holocaustomata ⁊ pro pctō noluisti nec placita sūt tibi q̄ ſʒm legē offerunt. tūc dixi: ecce venio ut faciā deꝰ voluntatem tuā: aufert ꝓmū ut sequēs statuat. In q̄ volūtate scificati sumꝰ: ꝑ oblationē corꝑis ihu xp̄i semel. Et ois q̄dē sacerdos ꝓsto est quotidie ministrās: ⁊ easdē sepe offerēs hostias q̄ nō pn̄t auferre pctā. Hic aūt vnā ꝓ pctis offerēs hostiā i sempitnū sedet in dextera dei de cetero expectās donec ponāt̄ īimici eiꝰ scabellū pedū eiꝰ. Una.n.oblatiōe ꝯsūmauit i sempiternū scificatos. Contestat̄ aūt nos ⁊ spūs scūs. Postq̄.n.dixit: Hoc aūt testm̄ quod testabor ad illos pꝰ dies illos dicit dñs: dabo leges meas i cordibꝰ eoꝝ. ⁊ i mētibꝰ eoꝝ suꝑscribā eas: ⁊ pctōꝝ ⁊ iīq̄tatū eoꝝ iā nō recordabor āpli⁹. Ubi aūt hoꝝ remissio: iā non est oblatio ꝓ pctō. Hñtes itaqȝ frēs fiduciā in introitu scōꝝ i sanguine xp̄i quā iītiauit nob viā nouā ⁊ viuentē ꝑ velamen id est carnem suā: ⁊ sacerdotē magnū suꝑ domū dei: accedamꝰ cū vero corde i plenitudine fidei: aspersi corda a ꝯscia mala: ⁊ abluti corpꝰ aq̄ mūda: teneamꝰ spei nr̄e ꝓfessionē indeclinabilē. Fidelis.n.est q̄ repmisit. Et cōsideremꝰ iuicē in ꝓuocationē caritat̄ ⁊ bonoꝝ operum: nō deserētes collectionē nr̄am sicut consuetudinis ē q̄busdā ſʒ ꝯsolātes: ⁊ tāto mag̃ quāto videritꝭ appropinquantē diē. Volūtarie eni peccantibꝰ nob pꝰ acceptā noticiā ṽitat̄ iam nō relinq̄t̄ ꝓ pctis hostia: terribilis aūt q̄dā expectatio iudicij ⁊ ignis emulatio: que consūptura ē aduersarios. Irritā q̄s faciēs legē moysi sine vlla miseratiōe duobus uel tribꝰ testibꝰ morit̄: quāto magis putatꝭ deteriora mereri supplicia q̄ filiū dei conculcauerit. ⁊ sanguinē testi pollutū duxerit in q̄ scificatus est. ⁊ spūi grē cōtumeliā fecerit: Scimꝰ.n.q̄ dixit. mihi vindictā: ⁊ ego retribuā. Et iterū. q̄a iudicabit dñs ṗplm suū. Horrendū ē incidere in manꝰ dei viuētis. Rememoramini aūt ꝓstinos dies in q̄bꝰ illuminati magnū certamen sustinuistꝭ passionū: ⁊ in altero q̄dē opprobrijs ⁊ tribulationibꝰ spectaculū facti: in altero aūt socij talit̄ cōuersantiū effecti. Nā ⁊ vinctꝭ cōpassi estꝭ: ⁊ rapinā bonoꝝ vestrorū cū gaudio suscepistꝭ: ꝯgnoscētes vos hr̄e meliorē ⁊ manētē subam. Nolite itaqȝ amittē ꝯfidentiā vestrā: q̄ magnā hʒ remunerationē. Patiētia.n.vobis nccīa est: ut voluntatē dei faciētes reportetꝭ ꝓmissionem. Adhuc enim modicū aliquātulūqȝ q̄ venturꝰ ē veniet ⁊ nō tardabit: iustꝰ aūt meꝰ ex fide viuit. Qꝫ si subtraxerit se: nō placebit aīe mee. Nos aūt nō simus subtractionis filij in ꝑditionē: sed fidei in acquisitionem anime.

XI

Est aūt fides sꝑādaꝝ sbā reꝝ argumentū nō apparentiū. In hac.n.testimoniū ꝯsecuti sūt senes. Fide intelligimꝰ aptata eē secula ṽbo dei: ut ex inuisibilibus visibilia fierēt. Fide plurimā hostiam abel q̄ cayn obtulit deo: ꝑ quā testimonium consecutus est esse iustus: testimonium perhibente muneribꝰ eiꝰ deo: ⁊ ꝑ illā defunctus adhuc loq̄t̄. Fide enoch trāslatꝰ ē ne videret mortē: ⁊ nō iueniebat̄: q̄a trāstulit illū dñs. Ante translationē.n.testimoniū habuit placuisse deo. Sine fide aūt ipossibile est placere deo. Credē.n.oportet accedētē ad deū q̄a ē: ⁊ inq̄rentibꝰ se remunerator sit. Fide noe responso accepto de his q̄ adhuc nō videbant̄ metuēs aptauit arcā i salutē domus sue: ꝑ quā damnauit mūdū: ⁊ iusticie q̄ ꝑ fidem est heres ē institutꝰ. Fide q̄ vocat̄ abrahā obedíuit i locū exire quē accepturꝰ erat i hēditatē

⁊ exijt nesciēs quo iret. Fide demoratꝰ ē i t̄ra repmissiōis tanq̄ i aliena: in casulis hitādo cū ysaac ⁊ iacob cohedibꝰ repmissiōis eiusdem. Expectabat.n. fūdamēta hn̄tē ciuitatē: cuius artifex ⁊ conditor deus. Fide ⁊ ipsa sara sterilis v̄tutē i cōceptiōe seminis accepit etiā p̄ter tp̄s etatꝫ: qm̄ fidelē credidit esse eum q̄ repmiserat. Propt̄ qd̄ ⁊ ab vno orti sunt: ⁊ h̄ emortuo tanq̄ sidera celi i multitudinē: ⁊ sicut arena q̄ ē ad orā marꝭ inumerabilis. Iuxta fidē defūcti sūt oēs isti nō acceptꝭ repmissiōibꝰ: ſ3 a lōge eas aspiciētes ⁊ salutātes ⁊ cōfitētes: q̄a pegrini ⁊ hospites sūt sup t̄rā. Qui.n. h̄ dicūt: significāt se patriā inquirere. Et si q̄dē ipsiꝰ meminissent de q̄ exierūt habebāt vtiq; tp̄s reuertendi. Nunc aūt meliorē appetūt: id est celestē. Jō nō confundit̄ deꝰ vocari deꝰ eoꝝ. Parauit eni illis ciuitatē. Fide obtulit abraham ysaac cū tēptaret̄: ⁊ vnigenitū offerebat in q̄ susceperat repmissiones: ad quē dictū ē q̄a in ysaac vocabit̄ tibi semē: arbitrās q̄a ⁊ a mortuis suscitare potens ē deꝰ. Unde eum ⁊ in parabolā accepit. Fide ⁊ de futurꝭ bn̄dixit ysaac iacob ⁊ esau. Fide iacob moriens singulos filiorū ioseph bn̄dixit. ⁊ adorauit fastigiū virge eius. Fide ioseph moriēs de pfectiōe filioꝝ isrl̄ memoratꝰ est: ⁊ de ossibꝰ suis mādauit. Fide moyses natꝰ occultatꝰ ē mensibꝰ tribꝰ a parentibꝰ suis eo q̄ vidissent elegantē infantē: ⁊ nō timuerūt regis edictū. Fide moyses grandis factꝰ negauit se esse filiū filie pharaonis: magis eligens affligi cū pp̄lo dei: q̄ tp̄alis pctī h̄re iocūditatē: maiores diuitias estimans thesauro egyptioꝝ improperiū xp̄i. Aspiciebat .n. i remunerationē. Fide reliq̄t egyptū: non veritꝰ animositatē regꝭ. Inuisibilē eni tanq̄ vidēs sustinuit. Fide celebrauit pasca ⁊ sanguinis effusionē: ne qui vastabat p̄mitiua tangeret eos. Fide trāsierūt mare rubꝝ tanq̄ p aridā t̄rā: qd̄ experti egyptij deuorati sunt. Fide muri hiericho corruerūt circuitu dierū septē. Fide raab meretrix nō perijt cū incredulis: excipiēs exploratores cū pace. Et q̄d adhuc dicā? Deficiet.n. me tp̄s enarrante de gedeon barach samson iepte dauid. samuel. ⁊ p̄phetis: q̄ p fidē vicerunt regna: operati sunt iusticiam: adepti sunt repromissiones. Obturauerūt ora leonū: extinxerūt impetū ignis. Effugauerūt aciē gladij: conualuerunt de infirmitate: fortes facti sūt i bello. Castra verterūt exteroꝝ: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij aūt distenti sunt nō suscipientes redēptionē: ut meliorē inuenirent resurrectionē. Alij v̄o ludibria ⁊ verbera experti insup ⁊ vincula. ⁊ carceres: lapidati sūt secti sūt tēptati sūt in occisiōe gladij mortui sūt. Circuierūt i melotꝭ in pellibꝰ caprinis: egētes āgustiati afflicti: quibꝰ dignꝰ nō erat mundꝰ in solitudinibꝰ errantes in montibꝰ ⁊ spelūcis ⁊ i cauernis t̄re. Et hi oēs testimonio fidei pbati nō acceperūt repmissionē: deo p nobis meliꝰ aliq̄d puidente: ut nō sine nobis cōsūmarentur.

XII

Ideoq; ⁊ nos tantā hn̄tes impositā nubem testiū: deponentes oē pondꝰ ⁊ circūstans nos pctm̄ p patiētiā curramꝰ ad ppositū nob certamē aspiciētes i autorē fidei. ⁊ cōsūmatorē ihm̄: qui pposito sibi gaudio sustinuit crucē cōfusione cōtēpta atq; in dextera sedis dei sedet. Recogitate eni eū q̄ talē sustinuit a pctōribꝰ aduersus semetipsū ꝯdictionē: ut ne fatigemi animis v̄ris deficiētes. Nōdū.n. vsq; ad sanguinē restitistis aduersus pctm̄ repugnātes: ⁊ obliti estꝭ cōsolatiōis q̄ vob tanq̄ filijs loq̄t̄ dicēs: Fili mi noli negligere disciplinā dn̄i neq; fatigerꝭ dū ab eo arguerꝭ. Quē.n. diligit dn̄s castigat: flagellat aūt oēm filiū quē recipit. In disciplina pseuerate. Tanq̄ filijs vobis offert se deꝰ. Quis.n. filiꝰ quē nō corripit pr̄? Q2 si extra disciplinā estis cuiꝰ pticipes facti sūt omnes: ḡ adulteri ⁊ nō filij estꝭ. Deinde p̄res quidem carnis n̄re eruditores habuimꝰ ⁊ reuerebamur eos. Nō multo magis obtemperabimꝰ p̄ri spirituū ⁊ viuemꝰ? Et illi q̄dē in tp̄e paucoꝝ dieꝝ s̄m voluntatē suā erudiebant nos: hic aūt ad id qd̄ vtile est in recipiendo sciſicatione eiꝰ. Ois aūt disciplina i p̄nti q̄dē videt̄ nō eē gaudij ſ3 merorꝭ: pꝰ ea aūt fructū pacatissimū exercitatꝭ p eā reddet iusticie. Propter qd̄ remissas manus ⁊ soluta genua erigite: ⁊ gressus rectos facite pedibꝰ v̄ris ut nō claudicās q̄s erret: magꝭ aūt sanet̄. Pacē seq̄mini cū oibus ⁊ scīmoniā: sine qua nemo videbit deū. Contemplantes ne q̄s desit gr̄e dei: ne q̄ radix amaritudinis sursū germinās ipediat ⁊ p illam inq̄nent̄ multi. Ne q̄s fornicator aut pphanꝰ ut esau: q̄ pp̄t vnā escā vendidit primitiua sua. Scitote enim qm̄ ⁊ postea cupiēs hereditare bn̄dictionē repbatꝰ ē. Nō .n. inuenit penitētie locū: q̄q̄ cum lachrymis

inq̇ſiſſet eā. Non enī acceſſiſtꝭ ad tractabilem ⁊ acceſſibilē ignē ⁊ turbinem ⁊ caliginē ⁊ ꝓcellā ⁊ tube ſonū ⁊ vocē ꝟboꝝ: quā q̇ audierūt excuſauerūt ſe ne eis fieret ꝟbū. Nō enim poꝛtabant quod dicebaꝛ: ⁊ ſi beſtia tetigerit montē lapidabiꝛ. Et ita ṫribile erat qḋ videbaꝛ. Moyſes dixit: Exṫrit⁹ ſū ⁊ tremebūd⁹. Sꝫ acceſſiſtis ad ſyō mōtē ⁊ ciuitatē dei viuentis irl'm celeſtē. ⁊ multoꝝ miliū angeloꝝ frequētiā. ⁊ eccleſiā ꝑmitiuoꝝ qui conſcripti ſūt in celis. ⁊ iudicē oīū deū ⁊ ſpm̄ iuſtoꝝ ꝑfectoꝝ. ⁊ teſtamēti noui mediatoꝛē ihm̄. ⁊ ſanguinis aſꝑſionē meli⁹ loquētē q̄ꝫ abel. Videte ne recuſetꝭ loquētē. Si. n. illi nō effugerūt recuſantes eū q̇ ſuꝑ ṫrā loq̄baꝛ multo magis nos q̇ de celis loquētē nob̄ auertim⁹: cui⁹ vox mouit terrā tunc: nūc aūt repmittit dicēs: Adhuc ſemel: ⁊ ego moueb nō ſolū ṫrā ſ ⁊ celū. Qḋ aūt adhuc ſemel dicit: declarat mobiliū tranſlationē tāq̄ꝫ factoꝝ: ut maneāt ea q̄ ſūt imobilia. Itaq̄ꝫ regnū imobile ſuſcipientes habem⁹ gratiā ꝑ quā ſeruiam⁹ placētes deo cū metu ⁊ reuerentia. Etenim deus noſter ignis cōſūmens eſt.

XIII

